WYDAWNICTWA KOMISYI HISTORYCZNEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI W KRAKOWIE
N. 74.

MONUMENTA POLONIAE VATICANA

TOMUS IV

CONTINET

I. A. CALIGARII NUNTII APOST. IN POLONIA

EPISTOLAS ET ACTA

1578—1581

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS
APUD BIBLIOPOLAM SOCIETATIS LIBRARIAE POLONICAE
1915

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS
N. 74.

I. A. CALIGARII
NUNTII APOSTOLICI IN POLONIA
EPISTOLAE ET ACTA

1578—1581

EDIDIT
DR. LUDOVICUS BORATYŃSKI

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS
APUD BIBLIOPOLAM SOCIETATIS LIBRARIAE POLONICAE
1915

ETYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS JAGELLONICAE
Provisore Iosepho Filipowski.

CONSPECTUS TOTIUS VOLUMINIS.

ADDENDA.

P. 11 N. 6 adn. 5. — Fridericus Ranaldus (Ranaldi), secretarius Card. Sirleti et custos Bibl. Vatic.; frater eius Marinus. Plures eorum epistolae, vel quae ad eos datae erant, in Bibl. Vat. Reg. Lat. Ms. 2023 asservantur.

p. 33 N. 19 adn. 5. — Malvezzi († 28 Augusti 1578) internuntius tantum erat; Cagnoli litteras Iohannis III Romam apportavit, ubi haud longe commorabatur. Pro qua emendatione gratias ago D. Henrico Biaudet.

p. 47 N. 29 adn. 4 versus 3 ab imo, post »Transsilvanici« adde: Susanna Bebek (vid. Veress o. c.).

p. 89 N. 59 adn. 1. — Vid. etiam T. Wierzbowski, Materiały k' istorii mosk. Gosudarstwa (Varsavia 1903) fasc. V p. 19.

p. 103 N. 65 addendum est: Hieronymus Senensis a celeberrimo Bernardino Ochino Senensi in Poloniam conductus esse dicebatur (Borgh. III 67ª).

p. 157 N. 94 in fine addenda est adnotatio 4ª: Caligarius d. 29 Martii 1579 canonicatum Crusviciensem contulit decano Vladislaviensi Matthiae Wieliczki (Borgh. III 67ª), qui d. 23 Ianuarii 1581 ep-pus Margaritensis in p. i. et suffraganeus Vladislaviensis factus est (Korzeniowski, Analecta Rom. p. 127).

p. 174 N. 101 adn. 1. — Abraham Krosnowski, officialis Gedanensis (1578—1582). Vid. P. Czaplewski, Wykaz oficyałów Gdańskich i Pomorskich (Roczn. Tow. Nauk. Toruń. XIX, p. 49).

p. 212 N. 116 v. 6 post *orig.* adde: Bibl. Vat. Vat. Lat. Ms. 6218 *(miscell. ad Card. Sirletum pertinentia)* f. 244 *fragm. cop.*

p. 292 N. 156 adn. 9. — De Scipione Cicala (Sinan Bassa) vid. P. Oliva, Sinan Bassa, celebre rinnegato del sec. XVI. Messina 1908.

p. 309 N. 167 addenda est adnot. 3ª: De archidiaconatu Sandecensi, in mense Ap, vacante, Valentinus Wrobolenski (s) a Nuntio Ap., Iohannes Gomoliński autem ab ep-po Crac. provisus est (Garampi Ind. N. 190 p. 454).

p. 489 N. 263 ad nomen: Zochinio adnotandum est: Zołczyński, Polonus.

p. 538 N. 297 adn. 1 adde: *De panegyrico hoc Chr. Varsevicius Card. Morono d. d. Varsaviae 4 Ianuarii 1581 haec scripsit:* Mitto D-ni V, Ill-mae Paradoxa mea, quae Ser-mo Regi nostro — — redeunti dedicavi. Quae quidem fateor typis excussa esse negligentius, nec ea, qua debuerant, vigilantia propter temporum angustias a nobis erant expolita — — (Arch. Vat. Concil. Vol. 71 f. 148 *orig.*).

p. 660 N. 372 in initio adn. 1 adde: Vid. App. N. 14.

p. 707 N. 398 versus 9 adde: Ed. Pierling, Bathory et Possevino p. 94 sq.

CORRIGENDA.

p. 12 N. 7 adn. 1 v. 2	*pro* otto et dl	*lege:* otto dl
« 53 « 35 « 2 « 1	« 13 Sept.	« 12 Sept.
« 124 « 77 v. 9	« vera. Sl	« vera, sl
« 130 « 80 adn. 4	« Andreas	« Anselmus

p. 145	N. 88	adn. 1	*pro*	1578	*lege:* 1579
« 185	« 103	« 7	«	Forse.... 352	« Forte.... 353
« 188	« 105	v. 22	«	parte	« parti
« «	« «	« 29	«	minutia	« minuta
« 209	« 115	adn. 1	«	28 Iulii... Vol. 45	« 28 Augusti... Vol. 46
« 225	« 118	« 14 v. 6	«	1580	« 1579
« 233	« 121	« 4 « 22	«	datum	« elatum
« 249	« 130	« 6	«	Drisna	« Dzisna
« 329	« 178	« 1	«	258	« 259
« 331	« 179	« 1	«	246	« 250
« 362	« 195	v. 20	«	redegimus	« redigimus
« 395	« 211	adn. 1 v. 7	«	250	« 254
« 607	« 340	« 2	«	Krassowski	« Krussowski
« 670	« 380	« 1 v. 12 ab imo	«	exandat	« exanclat
« 677	« 383	« 11 « «	«	horamando al quanti	« hora mando alquanti
« 716	« 405	v. 5	«	vero	« verso

PRAEFATIO.

Quo studio quantaque cura fontes ad historiam Poloniae pertinentes in tabulariis et bibliothecis Romanis Italicisque inde ab antiquioribus iam temporibus perquirerentur, iam initio praefationis I-mi Monumentorum Poloniae Vaticanorum voluminis breviter narratum est. Ibi quoque enumerata sunt, quae ante magnam A. Theineri editionem publici iuris facta sunt, quae autem materia, olim a Iohanne Albertrandi XVIII saeculo collecta, potissimum innituntur. Ex quibus elucet iam tum litteras a nuntiis Ap. missas acceptasque minime neglectas esse. qui nuntii post medium XVI saeculum in Polonia assidue commorari coeperunt. Epistolae illae, quae per aliquot saecula, ad exitum nempe Reipublicae Poloniae mittebantur, sescentis voluminibus continentur. quae partem quandam tabularii Vaticani, *Nunziatura di Polonia* appellatam conficiunt. Quinquaginta ferme priora volumina a professore B. Dembiński breviter excussa sunt, omnia vero sed tantum ad XVI saeculum pertinentia, a professore E. Szmurło latius descripta, qui etiam multos eorum locos multasque partes adfert[1]. Quae tabularii pars non completa quidem neque perfecta ingentes lacunas exhibet. praesertim quod ad antiquissimos nuntios Ap. pertinet, qui ad Sigismundum II. Augustum missi erant, ut e brevi enumeratione, quae sequitur, elucet.

[1] B. Dembiński, Sprawozdanie z poszukiwań w archiwach i bibliotekach rzymskich (Archivum Collegii Historici T. IV Cracoviae 1886) p. 28 sq. E. Szmurło. Rossia i Italia. Sbornik istoriczeskich materiałow i izsljedowanii kasajuszczichsia snoszenii Rossii i Italii T. II (Petropoli 1908). Qua in inscriptione Russiam solam nominari, Poloniae autem nullam fieri mentionem plane admirandum est, cum liber iste a viro rerum gestarum perito eruditoque scriptus est, cui animus sine dubio ab omni partium studio alienus est. Non omnia enim in hoc libro ad res Ruthenicas vel Russicas illustrandas pertinent, multo plura potius ad res Poloniae, tam ecclesiasticas quam publicas, vel etiam ad historiam familiarum Polonarum spectant, et quidem non solum earum veteris olim Reipublicae Poloniae partium, quae aliquot post saecula Russorum imperio subiectae sunt, sed etiam earum, quae, uti Cracovia, Posnania etc., ab omni dominio Russico alienae erant adhucque sunt.

Primus nuntius Ap., qui quidem in Polonia diutius commorabatur, Aloisius Lippomanus, ep-pus Veronensis, erat, qui autumno a. 1555 advenerat, post comitia vero Varsoviensia exeunte m. Ianuario a. 1557 in Italiam rediit. In *Nunziatura di Polonia* vastum de illo est silentium; fragmenta epistolarum eius cum verarum, tum ab inimicis suppositarum, Relatio finalis quoque in aliis partibus tabularii Vaticani multisque Italicis bibliothecis inveniuntur, unde ab Albertrandi transscripta, a Rykaczewski autem in linguam Polonam conversa et publici iuris facta sunt[1]. Aliquot epistolae manu eius scriptae in Bibliotheca Vaticana (antea Bibliotheca Barberiniana) servantur, completum vero epistolarum eius corpus et epistolae Roma ad eum missae, e registro ipsius transscriptae, in apographis eodem tempore confectis (»Libros de Berzosa«) in tabulario Simancensi[2] inveniuntur et forte mox iam edentur.

Aliquo tempore interiecto in locum Lippomani Camillus Mentuatus (Mentovato), ep-pus Satrianensis, successit, qui postquam autumno a. 1558 in Poloniam pervenit, Cracoviae d. 16 m. Septembris a. 1559 supremum diem obiit et in ecclesia Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium sepultus est, ubi nunc etiam monumentum eius monstratur, in quo annus mortis et quidem a. 1553 false traditur. Instructio eius in *Nunziatura di Polonia Vol. 170 A* falsam inscriptionem prae se gerit, qua ad successorem eius, ep-pum Camerinensem refertur. Alterum autem huius instructionis exemplar, argumentum tantum eius exhibens, in *Misc. Arm. II Vol. 92*, antea *Polit. Var. Vol. 91*, merito nomine Mentovati notatum est. Instructio illa bis iam cum falso nuntii nomine edita est, et quidem in lingua Italica apud Ciampium cum nomine Strassoldi et sub a. 1557, in lingua Polona autem apud Rykaczewski cum nomine ep-pi Camerinensis[3]. In *Lettere dei Principi Vol. XI* aliquot eius epistolae ad Card. Caraffam missae inveniuntur, ex quibus una a Theinero publici iuris facta est[4]. In Bibliotheca Chigiana sunt aliquot commentarii, minutae vulgo dicti (registrum?) epistolarum Card. Caraffae, quae ad eum, dum in Polonia legatus commoratur, missae sunt.

Tertius deinceps nuntius Ap., qui intra longius temporis spatium continue in Polonia commorabatur, Berardus Buongiovanni, ep-pus

---

[1] E. Rykaczewski, Relacye Nuncyuszów Ap. i innych osób o Polsce od r. 1548 do 1690 (Berolini et Posnaniae 1864), T. I, p. 3 sq. et p. 64 sq.

[2] Vid. H. Biaudet, Les Archives de Simancas au point de vue de l'histoire des pays du Nord-Baltique. Helsinki (Ann. Acad. Scient. Fennicae B. VIII, 1) 1912.

[3] Sebastianus Ciampi, Bibliografia critica (Florentiae 1834) T. II p. 33. Rykaczewski, o. c. p. 74 sq.

[4] A. Theiner, Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae (Roma 1861) T. II p. 592.

Camerinensis, erat, qui iam a Pio IV P. M. missus, tres annos (1560—1563) in Polonia permansit. Multae de eo mentiones vestigiaque in *Nunziatura di Polonia* inveniuntur, nempe *(Vol 170 A)* minutae (registrum) epistolarum, quas ad eum Card. Carolus Borromaeus, secretarius status, a. 1560—1563 miserat, in *Vol. 5 A* autem ipsius nuntii Ap. manu scriptae epistolae ad Card. Moronum a 1561—1563, quae quidem fere omnes a Theinero editae sunt[1]. Si eas cum illis supra commemoratis comparamus, opinemur necesse est etiam epistolas ab eo ad Card. Borromaeum missas, quae hodie quidem desiderantur, idem fere argumentum exhibuisse. Aliquot epistolae illius nuntii Ap. ad Card. Moronum, aut ad alios viros, aut quorundam ad nuntium missae neque minus eius Relatio de Regno Poloniae, quae saepius in variis tabulariis bibliothecisque inveniuntur, in linguam Polonam conversae et a Rykaczewski editae sunt[2].

In locum ep-pi Camerinensis a. 1563—1565 in Polonia Iohannes Franciscus Commendonus, ep-pus Zacynthi, successit, qui ultimo legationis suae anno Cardinalis creatus est. Omnes epistolas eius, eisdem temporibus ad Card. secretarium status, Carolum Borromaeum missas, M. Malinowski in linguam Polonam conversas edidit qua in re apographis usus est, olim ab Albertrandi e magno codice manu scripto Bibliothecae Barberinianae confectis[3] Alterum exemplar idemque mancum, quod easdem epistolas posterioribus temporibus transscriptas exhibet, in Arch. Vaticano *Nunziature Diverse Vol. 146* invenitur. Partem quandam epistolarum Card Caroli Borromaei et Card Marci de Altaemps ad Commendonum eodem tempore missarum Theiner edidit[4]. Sunt etiam in Arch. Vaticano *(Nunz. di Polonia*, *Lettere Princ*, *Conc. Trid.)* multae epistolae autographae procerum Polonorum ad Commendonum missae (plerasque earum Theod. Wierzbowski, Uchańsciana Vol. I, p. 64 sq. et IV p. 233 sq edidit), sed procul dubio universum minutarum Commendoni corpus in Arch. Gratiani in Civitate Castelli (Città di Castello) latere, quod tamen tabellarium nostris temporibus clausum est.

Commendono successit magister Iulius Rogerius (Ruggieri), protonotarius Ap., qui in Polonia a. 1566—1568 commorabatur, post reditum vero Relationem haud brevem de Polonia conscripsit, quae in plerisque

[1] A. Theiner, o. c. p. 658 sq.

[2] E. Rykaczewski, o. c. p. 85 sq.

[3] Pamiętniki o dawnej Polsce z czasów Zygmunta Augusta, zebrał Jan Albertrandi biskup zenopolitański. Z rękopisów włoskich i łacińskich wytłumaczył Józef Krzeczkowski. Wiadomość o życiu Commendoniego, tudzież potrzebne sprostowania i objaśnienia dodał Mikołaj Malinowski. Wilno 1847—1851, 2 tomy.

[4] A. Theiner, o. c. p. 715 sq. et 721 sq.

transscriptionibus servata, apud Rykaczewski in linguam Polonam conversa et edita est[1]; epistolae tamen eius e Polonia Romam missae, quarum quidem ipse in relationis supra commemoratae fronte mentionem facit, prorsus desiderantur[2]. In Arch. Vaticano instructio sola, quam proficiscens acceperat *(Misc. Arm. 11 Vol. 82* antea *Polit. Var. Vol 81)* et minutae Card. secretarii status Hieronimi Rusticucii, quas ad eum a. 1567 miserat *(Nunz. Polon. Vol. 1)*, inveniuntur.

Vincentius a Porticu (dal Portico), protonotarius Ap., in Poloniam nuntius Ap. medio a. 1568 pervenit ibique usque ad mortem Sigismundi Augusti permansit; intererat interregno usque ad finem comitiorum electionis Henrici Valesii in Regem Poloniae discessitque eodem, quo Card. Commendonus, tempore. Qui Card. Commendonus iam exeunte a. 1571 ad Sigismundum Augustum missus erat illaque legatione plane perfecta iam rediturus, ob mortem Regis auditam in Polonia usque ad Henrici Valesii electionem commoratus est. Quod ad temporis spatium ante mortem Sigismundi Augusti pertinet, habemus solum minutas Card. Rusticucii ad Porticum a. 1570 et originales epistolas nuntii ad Card. Rusticucium a. 1571 *(Nunz. Polon. Vol. 1)* et aliquot epistolas eiusdem nuntii ad Commendonum *(Nunz. Polon. Vol. 6)*, quarum omnium una pars a Theinero edita est[3]. Ad tempus interregni referendae sunt minutae Card. Comensis ad Porticum et Card. Commendonum *(Nunz. Polon. Vol. 172)* et series originalium epistolarum Commendoni ad Card. Comensem a. 1572 et 1573, quarum partes quasdam Turgeniew in Hist. Russ. Monum. I et Wierzbowski in Uchańscianis IV p. 12 sq. ediderunt.

Ex illis, quae supra dicta sunt, elucet missas acceptasque epistolas ordinariorum nuntiorum in Polonia temporibus Sigismundi Augusti partim iam, quamvis mendose (epistolae ep-pi Camerinensis et Commendoni a. 1563—1565) editas esse, partim vero aut prorsus ignotas, aut Romae in fragmentis ita exiguis servatas esse, ut ad illas colligendas supplendasque et impensa magna et maximo difficilique labore opus sit. Quae cum ita sint, Expeditio Romana Polonorum hanc curam posteritati demandavit, ipsa vero posteriorem imprimis nuntiorum litterarum partem animadvertit et quidem epistolas ad Regis Stephani Bathory tempora pertinentes, quae demum in *Nunziatura di Polonia* sine lacunis fere servatae sunt, nempe epistolae Vincentii Laurei, Iohannis Andreae Caligarii, Al-

[1] E. Rykaczewski, o. c. p. 165 sq.

[2] Huius nuntii Ap. Polonicae legationis acta manuscripta saeculo XVIII in bibliotheca Card. Marefuschii exstitisse testatur F. Bonamicus, De claris pontificiarum epistolarum scriptoribus (Romae 1753) p. 257.

[3] A. Theiner, o. c. p. 770 sq.

berti Bolognetti; quae omnia Theiner in Monumentis Poloniae et Lithuaniae prorsus neglexit (Vol. II morte Pii V explicit, Vol. III autem pontificatu Sixti V incipit), in Annal. Eccles. autem admodum pauca tantum edidit. Nihil fere ex epistolis Laurei desideratur, qui iam vivente Sigismundo Augusto nuntius Ap. in Poloniam destinatus est, sed eodem tempore, quo novus Rex, Henricus Valesius scilicet, ibi pervenit, post fugam autem eius permansit, et apud Stephanum quoque Regem usque ad a. 1578 munere suo functus est, quoad post adventum Caligarii in Italiam rediit. Laurei epistolas, quas, dum in Polonia commoratur (1574—1578), praesertim ad Card. Comensem miserat, Theodorus Wierzbowski collegit et iam a. 1887 Varsoviae edidit, quod epistolarum corpus »Vincent Laureo et ses depêches« inscribitur. Quae cum iam ante adventum Expeditionis Romanae fere perfecta essent, huius quoque nuntii acta omittere, Caligarii solum Bolognettique litteras curare placuit. Itaque iam primi Expeditionis Romanae participes multi erant in epistolis utriusque nuntii excerpendis, transscribendis, ordinandis, quorum laborum fructus in »Thecis Romanis« depositi sunt, cum etiam tum consilium has litteras statim edendi deesset. Aliquot demum annos abhinc, postquam Academia Litterarum ab c. r. Ministerio Cultus et Publicae Instructionis extraordinariam quandam pecuniam ad hanc editionem curandam accepit, Collegium Historicum statuit, ut utriusque legationis acta proximo tempore ita ederentur, ut editio praeter epistolas a nuntiis et ad nuntios missas, acta quoque omnesque epistolas contineat, ex quibus eluceret, qualis ratio inter Poloniam et Curiam Romanam id temporis intercederet. Cura igitur actorum Caligarii necnon Possevini, tunc temporis in Polonia agentis, edendorum Dri Stanislao Zakrzewski, Bolognetti vero eiusdemque Possevini Dri Ludovico Boratyński demandata est. Dr. Stanislaus Zakrzewski bibliothecas Italicas Romanasque diligenter perscrutando, materiam iam antea comparatam magna ex parte supplevit; quaerebat quoque Brisighellae, quo loco Caligarius natus est. Haec omnia dum facit, diu in editione incipienda cunctatus, denique a labore perficiendo sese subtraxit. Tum Collegium Historicum id quoque munus Ludovico Boratyński exsequendum tradidit, qui materia iam pridem comparata usus, denuo eam diligentissime excussit, novis rebus quaerendis inveniendisque dilatavit et feliciter a. 1911—1913 editionem epistolarum et actorum (p. 1—876) ad finem adduxit, qua in re usus est Romae grato auxilio Dris Ceslai Nanke, Cracoviae autem Dris Eduardi Kuntze, qui, dum liber typis exscribitur, summa diligentia laborem tollendorum erratorum subiit. At bellum a. 1914 inchoatum operi nostro sine ulla mora omnino perficiendo edendoque obstitit, quod facile excusari potest.

gario consilia quaedam communicabat et postea a. 1581 legatus in Poloniam et Moscoviam missus, eodem tempore atque Caligarius, sed libere et ad suum arbitrium immediate cum Stephano Rege agebat. Acta Possevini, quae in *Nunz. Polon. Vol. 15 A, 15 B* (postea hic iniunctis; vet. sign. *Lettere e Memorie ms. del P. Possevino Nunzio Ap. in Settentrione T. I* et *II*), necnon *Vol. 17 A* atque *Addit. II* prostant, partim a P. ipso, partim a Bolognetto, Caligarii successore, qui ea describi iussit, originem trahunt. Gravissimae tamen et longe plurimae epistolae Possevini unacum diversis scriptis adiunctis exstant in *Nunz. German. Vol. 92* (a. 1577—1580) et *Vol. 93* (a. 1581—1582), quae autem a Card. Comensi ad P. scriptae erant, *Vol. 13* (minutae a. 1579—1585) continentur[1].

Ad illustranda autem ea, quae inter C. et nuntios Ap. in aula Imperatoris degentes, Bartholomaeum Portia, Horatium Malaspina et Octavium Sanctacrucium intercedebant, *Nunz. di Germ. Vol. 11* (minutae ep. Card. Comensis ad supradictos duos postremos nuntios 1578—1581), *Vol. 82* (ep. Barth. Portia a. 1577—1578), *Vol. 99* (ep. Horatii Malaspina et Octavii Sanctacrucii 1578—1581) necnon ad describendam vitam C. *Vol. 68* (ep. Caligarii 1584—1587) excussa sunt. Ad negotia Caligarii explananda nonnulla etiam attulerunt: *Nunz. Spagna Vol. 20* (ep. minutae Card. Comensis ad Philippum Sega, nuntium Ap. a. 1577—1579), *Vol. 22* (ep. eiusdem Sega a. 1579) et *Vol. 29*, ex quo una epistola Possevini deprompta est; *Nunz. Francia Vol. 11* (ep. minutae Card. Comensis ad nuntios Ap. a. 1576—1580); *Nunz. Venezia Vol. 19, 21* et *22* (ep. Alberti Bolognetti nuntii Ap. a. 1578—1581) et *Vol. 20* (ep. min. Card. Comensis ad eundem nuntium ex iisdem annis); *Nunz. Savoia Vol. 10* (orig. ep. Card. Comensis ad nuntium Ap. Laureum a. 1580—1581) et *Vol. 12* (ep. Laurei ad eundem Card. a. 1581—1582). Praeterea *Nunz. Portog. Vol. 2* et *3* (ep. Caligarii, collectoris Ap. a. 1574—1577) quaedam ad vitam C. describendam praebuerunt.

Brevia et minutae brevium, quae hic tractantur, deprompta sunt ex sequentibus codicibus: *Arm. 44 Vol. 23—25 (Sanctissimi D. N. D. Gregorii PP. XIII Epistolae ad principes viros et alios. Antonio Buccapadulio secretario)*, registrum est epistolarum Gregorii XIII P. M. a d. 28 Maii 1575 ad d. 6 Aprilis 1585, quarum aliquot etiam in *Arm. 44 Vol. 29* (Gregorii XIII et Sixti V epistolae) continentur; *Arm. 44 Vol.* autem *28. (Epistolae latinae scriptae nomine Ptolomaei Gallii Card. secretarii status ab a. 1572 ad a. 1580)* registrum epistolarum Card. Comensis ad varios continet. Minoris momenti copias et regesta brevium, ad facultates prae-

[1] Vid. Dembiński, o. c. p. 36 et Szmurło o. c. p. 63 sq. et 205 sq. De Possevino vid. Karttunen Liisi, Ant. Possevino. Lausanne 1908.

sertim nuntiis Ap. diversis temporibus concessas pertinentium, *Arm. 44 Vol. 43 (Brevia diversa a Summis pontificibus concessa)*, saec. XVII confectum, exhibuit. *Arm 52 Vol. 31 (Ordini di Card. di Como da spedir brevi dal 73 fin al 79)* revera mandata Card. Comensis ad brevia conficienda a m. Ianuario 1573 usque ad a. 1582 comprehendit, sed inter m. Decembrem a. 1579 et m. Novembrem a. 1582 lacuna exsistit. Minutas brevium subministraverunt *Arm. 42 Vol. 34, 37, 42, 44, 45* (ab a 1578 ad a. 1581) et *Archivum Secretariatus Brevium A. 1578 Vol. II* (nov. sig. 45), ***A. 1579 Vol. I*** (Vol. 46) et ***A. 1580 Vol. 1*** (Vol. 48)[1].

Singula satis gravia attulerunt *Princip. Vol. 23* (Caligarii epistolae a. 1556—1578, vitam eius illustrantes), *Vol. 26, 27, 32, 41* et *Vescov. Vol. 10*[2], aliqua autem *Misc. Arm. 1 Vol. 12 (Miscellanea de Regno Hungariae), Arm. II Vol. 117, 130. 146 (Polit. Var. Vol. 116, 129* et *145)*, ex quibus Vol. 130 (Registrum instructionum originalium pro nuntiis) ad instructionem Possevini depromendam utile fuit et *Arm. XII Vol. 34* (F. Mucantii Diaria a. 1572—1581). Quaedam, non tamen multa exhibuerunt: *Borgh. III 5ᶜ (Lettere di sovrani, vescovi), III 65ᵃᵇ (Lettere di G. B. Schiano al vescovo di Cervia a. 1579), III 67ᵃ (Polonia prima e nel pontificato di Clemente VIII)*[3], necnon *III 6ᵃ et IV 240ᵃ; Cast. S. Ang. Arm. 2 caps. 8* (ad rationes Neapolitanas Annae Reginae nonnulla spectantia) et ***Arch. Consist. Acta Camer. Vol. 10*** et ***Acta Miscell Vol. 43.***

Praeter epistolas diversorum (etiam Caligarii) ad Card. Commendonum in *Nunz. Pol. Vol. 1 A*, depromptae sunt aliquot litterae ad Card. Moronum ex *Arch. Vat. Concil. Vol. 71* (vet. sig *Polonia / 313 / 69 / Vol. I*)[4] et e ***Bibl. Vat. Vat. Lat. Ms. 6406***, porro epistolae et acta Card. Sirleti e *Vat. Lat. Ms. 6218, 6432* (miscellanea), *6946* et *7093* (registrum ep. a. 1565—1585 et minutae Sirleti), nonnulla e *Vat. Lat. Ms. 6205 (De Panonia varia;* minutae praesertim Stephani Szánto), denique ep. Caligarii ad Philippum Sega ex *Ottob. Lat. Ms. 3207* (ep. a. 1577—1580). Singulas epistolas et acta exhibuerunt *Ottob. Lat. Ms. 2415 P. II* et *Ms. 2366*,

[1] De Arch. Secr. Brev. vid. S. Ehses, Nuntiaturberichte aus Deutschland (Quellen und Forschungen der Görresgesellschaft VII p. XI sq.) et Franc. Steffens atque Henr. Reinhardt, Die Nuntiatur von Giov. Franc. Bonhomini (Nuntiaturberichte aus der Schweiz I A, I B) p. XXII. De brevibus in Arch. Vat.: Wirz Casp., Bullen und Breven aus Italienischen Archiven (Basilea 1902) p. XXIV sq.

[2] Vid. Dembiński, o. c. p. 10 et 14.

[3] F. 1 sq.: Informatio de rebus Polonicis, 48 articulis constans, quam Hieronymus Bovius (de Buoi) a. 1586 successori suo, Hannibali de Capua reliquit. Exemplum eiusdem informationis in *Bibl. Vat. Ottob. Lat. Ms. 2427 f. 320 sq.* (vid. Dembiński, o. c. p 63).

[4] Apud Dembiński (p. 34) volumen hoc ***Polonia, Lettere al Card. Morone, T. II*** obsignatum est.

plura autem ad ea, quae a Caligario et aliis afferuntur, illustranda *Urb. Lat. Ms. 1046—1049*, quibus *„Avvisi“* a. 1578—1581 continentur.

Nonnulla, non tamen multa, alia tabularia Romana et Italica attulerunt: *Archivio di Stato Romae* (Depositeria generale Vol. a. 1578—1581) ad explananda expensa a Camera Ap. facta, praesertim quoad salarium a Caligario perceptum; *Arch. Buoncompagni (cod. D. 34, 36, 37)* et *Bibl. Chigiana (cod. L. III 66)* nonnullas litteras ad legationem C. spectantes. *Bibl. Vallicellanea cod. Z. 80* (prius I N. 34) unam epistolam Petri Dunin Wolski ad Caligarium, denique Institutum histor. Prussicum, *Fondo Minucci Vol. 27* quaedam ad iter Possevini per Poloniam illustrandum. Epistolae oratorum hoc tempore Romae degentium, Venetorum, Florentini (praeterea Alberti, oratoris in aula Imperatoris) et Ferrariensis ex *Archivio di Stato* Venetiis, *Senato. Disp. Roma Secr. Filza 13, 14, 15)*, Florentiae *(Mss. Medicei 3234, 3294, 4338, 4339)* et Mutinae *(Cancell. Ducale. Avvisi e notizie dell' estero)* depromptae sunt. *Arch. di Stato* Parmae (Carte Farnesi) aliquot litteras ad Alexandrum Card Farnesium attulit. Mediolani in *Bibl. Ambrosiana* plures epistolae Caligarii ad Card. Borromaeum in *F. 54, 59, 61, 88, 95, 99, 143, 145, 149, 155* et *174* exstant. Quamquam autem maiore ex parte, quae ad Card. Comensem a C. scripta erant, in iis repetuntur, afferunt tamen multa et alia haud minimi momenti ita, ut quodammodo epistolas publicas Romam missas compleant.

Multo maiora et graviora Brisighellae (Brasichella), in oppido non tam omnibus noto (prope Faventiam), ubi C. natus erat, inventa sunt. In Archivo ecclesiae, quae titulum collegiatae C. conatu acceperat, pars quaedam epistolarum ad eum, praesertim a Stephano Rege datarum (originales et exempla) unacum nonnullis actis iis adiunctis diligentissime asservatur, quae epistolae in fasciculum tantum, qui *Pacco 11* denominatur, colligatae sunt. In possessione D. Francisci Bracchini gravissimus codex, qui sine dubio a Caligario ipso originem ducit, retinetur. Codex hic nostra aetate conglutinatus, auratis litteris inscriptus: *„Lettere scritte a Mons. G. A. Calegari* (s) *vescovo di Bertinoro“*, comite Francisco Caróli mortuo, haereditate Alberto et Aloisio (Luigi) fratribus Bacchi della Lega obtigit, qui eum D. Petro Bracchini, patri nunc temporis possessoris, dono obtulerunt, ut ex adnotatione in parte interna involucri apparet: *„Al Sig. Pietro Bracchini, studioso raccoglitore di patrie memorie, queste lettere scritte ad un pio concittadino, Alberto e Luigi Bacchi della Lega con verace amicizia donano“*. Propterea codicem hunc, ex quo plurima desumpsimus, *Cod. Bracchini* obsignamus[1].

[1] Idem D. Albertus Bacchi della Lega ex hoc codice nonnullas epistolas (quae fere omnes Italicae sunt) edidit in Scelta di curiosità letterarie inedite o rare.

Codex hic folio duabus manibus scriptus, in duas partes dividi potest. Pars prima a f. 9 (prima 8 folia evulsa, recenti carta suppleta) usque ad f. 251, continuatione epistolae Card. Tranensis (Bernardi Scoti) d. d. 29 Novembris 1561 incipit et annorum ordine exempla epistolarum a variis ad C. scriptarum, usque ad d. 3 Ianuarii 1604 (f. 249) comprehendit. Sequitur ff. 249^v—251 index personarum, litterarum ordine digestus; ff. 252—253 desunt (carta recens adglutinata). F. 254 incipit manus secunda, quae epistolas ad C. (a. 1604—1605) descripsit, quarum postrema (f. 262) d. d. 16 Aprilis 1605 est, quae autem omnes appendicem quendam ad corpus supranominatum faciunt. Sequitur deinde (ff. 263—270) »*Summa brevis vitae R-mi D. Io. And. Caligarii*« (eadem manu secunda), f. 271 deest, f. 272^r non descriptum, ff. 272^v—273 duo exempla epistolarum a. 1609 exstant. Denique in fine codicis separatus libellus (minore carta) sine numero foliorum adiunctus est, quo testamentum atque actum donationis cuiusdam a C. d. 13 Maii 1606 factae continetur, qui tamen postea adglutinatus est, neque principio ad codicem hunc pertinebat. Utraque manus saec. XVI exeuntis vel XVII incipientis est demonstratque codicem illum Caligario vivente et inspiciente confectum esse. Pars prima a. 1604 ad finem perducta esse videtur, index autem suspicionem movere potest C. epistolas illas prelo subiiciendas in animo habuisse. Quoniam vero pars secunda, priori addenda, a. 1605 1609 collecta est, ideo vita C. ibi exstans ad hos quoque annos referenda, eo vivente conscripta necesse est. Cum autem manu eiusdem secretarii exarata sit, qui tunc temporis Caligario assistebat, facile conici potest opus hoc a C. ipso compositum et codici insertum esse.

Si vero ea, quae vita illa continentur, consideramus, notanda est tanta copia diligentissime atque accuratissime conscriptorum factorum, quae ad res a Caligario gestas pertinent quaeque aliis fontibus comprobari possunt, ut prorsus reicienda sit coniectura quemquam alium Caligario vivente haec omnia in actis investigavisse et tantorum laborum fructum tam concinne verbis astrictum exaravisse. Attamen ea, quae de maioribus Caligarii, de eius successibus ac inprimis de exspectatione cardinalatus frustrata aliaeque observationes privatae et familiares leguntur, hominis necesse sunt, qui ipse ea, quae conscripsit, expertus erat et exeunte vita tot labores suos non sine aegritudine enumerat.

Dispensa N. 198 (Bononiae 1885) inscr.: *Cronaca di Brisighella e Val d'Amone dalla origine al 1504 per Mons. Gio. Andrea Calegari s. con una raccolta di lettere di personaggi illustri scritte al medesimo, pubblicate sopra inediti manoscritti.* Ab eo de re interrogatus, D. Bacchi della Lega benigne respondit nihil se scire, quibus casibus codex hic iactatus esset, solum se conicere eum haereditate e familia Caligariorum ad Carrolos pervenisse.

Vitam hanc Caligario tribuendam esse apparet etiam ex aliis. In possesione D. Bracchini Brisighellae prostat codex manuscriptus parvulus, quo exemplum Historiae Brasichellensis a Caligario confectae continetur. Praecedunt eam, quae nullas paginas numeratas exhibet, duo folia n. 293 et 294 obsignata eademque manu, quae Vitam in cod. Br. conscripsit, exarata. Continetur illis opus Caligarii ipsius inscr.: *Origine della famiglia de' Caligari in Romagna*[1], numeri autem foliorum indicant ea olim ad codicem modernum Bracchini pertinuisse. Quae in »Vita«, de maioribus Caligarii proferuntur, tam manifeste ostendunt eundem auctorem esse, qui utrumque opus composuit, ut sine dubio Vita haec vere atque aeque autobiographia Caligarii putanda sit[2].

Alterum exemplum eiusdem Vitae prostat in *Commentario di Val d'Amone* Francisci Mariae Saletti, civis Brisighellensis (n. 1596), qui magnam vitae partem in describendis et colligendis variis monumentis, historiam patriae suae illustrantibus, consumpsit[3]. In parte octava huius thesauri antiquitatum Brasichellensium inscr.: *Della vivacità del spirito da nostri anco nelle scienze egualmente mostrata*, in capite 2 (f. 481) enumerantur dignitates et officia Caligarii (qui Brasichellae natus erat): *Dignità tutte assai più ample et ordinatamente descritte. et esso vivente. da un affettuosissimo suo concittadino nella maniera seguente, con animo forse di darla un giorno alle stampe, cioè* et sequitur initium Vitae latine exaratae, nobis iam e codice Br. notae. F. tamen 481^v cancellatum est et supra in margine haec adnotatio Saletti legitur: *In cambio della vita qui inserta si potria porre l'altra, descritta in fine del volume del istesso Monsignore come più copiosa, con tralasciare però le lettere del S.r Card. S. Giorgio ivi incluse.* Revera f. 483 incipit *Summa brevis vitae R.mi D. Io. Andreae Caligarii ep-pi Bertinorii*, scilicet eadem Vita, quae in codice Bracchini prostat, cuius autem initium f. 481^v cancellatum fuit, explicit verum f. 497. F. 499 et 501 non descripta, f. 503 sequitur additamentum Saletti ad vitam Caligarii (usque ad f. 509) cum nonnullis epistolis et testimoniis res gestas eius illustrantibus.

Ex adnotatione Saletti conici non potest, quibus in locis Vita illa a »concittadino« quodam composita et Vita in codice Br. exsistens inter se

[1] Ed. Albertus Bacchi della Lega in Scelta etc. (vid. super. adnot.) inscr.: *Notizie che riguardano la famiglia Calegari* (s), *fornite per Mons. Gio. Andrea C., vescovo di Bertinoro.*

[2] Vid. inf. App. N. 29.

[3] Codex hic folio min. (f. 1189) a D. A. Metelli Brisighellensi possidetur, cuius patruus Ant. Metelli in Storia di Brisighella, 2 Partes, 4 Volumina (Faenza 1869—1872) plura e Commentario illo desumpsit. De Saletto vid. ibidem P. I, Vol. II, p. 451.

discordaverint, cum utraque eodem modo incipiat. Salettus aliud exemplum eiusdem Vitae (forsitan paullulum abbreviatae) habuisse videtur, sed postquam in codicem (»Bracchini«) incidit, quem a Caligario confectum esse non ignorabat, maiorem fidem huic exemplo quam alteri tribuisse videtur. Revera exstant signa a Saletto in codice *Bracchini* facta, indicantia, quaenam a describente omitti deberent, quae etiam in Commentario omissa sunt, qua re probatur codicem *Bracchini* et *Volume del istesso Monsignore* eadem esse et Vitam in codice Br. exsistentem a Caligario ipso originem suam ducere.

Brictinorii (Bertinoro), cuius ep-pus C. fuit, in *Arch. Capitulari* instructio originalis C. asservatur.

Extra Italiam Lutetiae Parisiorum *Bibl. Nation. Fonds Latins Ms. 6063*, quo exempla epistolarum ad res Polonicas exteras, praecipue a. 1570—1581, spectantium (inter quas et ep. C. ad Regem in Nunz. Spagna Vol. 1 A inventae prostant) continentur, plura acta satis gravia attulit, sed exempla plerumque mendose descripta sunt. Frauenburgi *Arch. Ep-pale D. 34* et *64* et *Arch. Capitul. Ab. 5:* aliquot epistolae C. ad Martinum Cromerum, coadiutorem et postea ep-pum Varmiensem, asservantur[1]. Varsoviae *Arch. Maximum, Acta nuntiaturae* (Vol. I) ad causas in iudicio nuntii Ap. diiudicatas spectant. Leopoli *Bibl. Ossoliniana* (Ossolineum) e *Ms. 156* (registrum ep. Hieronymi Rozdrażewski) litterae Caligarii ad H. R. excussae sunt[2]. Cracoviae nonnulla ex *Arch. Capitul. (Acta actorum Vol 7)*, ex *Arch. Actorum Castrensium et Terrestrium (Acta Castr. Nr. 510)* et e *Bibl. Iagellonica (Mss. 28 et 160)*[3] usui fuerunt, praecipue autem *Bibl. Musaei Principum Czartoryski* multa e *Mss. 86, 87, 308, 403, 1617, 1619, 1620, 2242, 2460 (II)*, praesertim epistolas ad Cromerum datas et alia ad singula explananda, editori praebuit[4]. Magno usui erat quoque *Ms. 3074*, inscr.: *Epistolae ex cancellaria Petri Myskovii ep-pi Cracoviensis, per cancellarium eius Christophorum Drozdowski, archidiaconum Plocensem, conscriptae*, qui liber in duas partes duabus manibus scriptas dividitur. Prima parte exempla epistolarum Petri Myszkowski ad varios, praecipue tempore Stephani Regis, sed plerumque sine die datarum continentur, secunda autem minore (sine fol. numero) exempla 40 epistolarum (quae numeris notantur) a variis ad Petrum Myszkowski scriptarum comprehenduntur, inter quas tria exempla C. prostant[5].

[1] Cf. Ant. Eichhorn, Der ermländische Bischof Martin Kromer (Braunsberg 1868).

[2] Vid. W. Kętrzyński, Katalog rękopisów Biblioteki Zakładu Narod. im. Ossolińskich (Leopoli 1880) T. I.

[3] Vid. W. Wisłocki, Catalogus codicum manuscriptorum (Cracoviae 1877—1878).

[4] Vid. Catalogus codicum musei princip. Czartoryski (Cracoviae 1887 sq.).

[5] Prima epistola (N. 4) d. d. Zator 6 Junii 1578 Caligarius praefectum domus

Ex his fontibus epistolae et acta, quae collecta sunt, partim (535) integra eduntur, partim (481) excerpuntur, partim (378) denique regestantur, quarum omnium summa numerum 1394 facit, non adnumeratis iis, quae illustrandi causa aliis ex operibus typis impressis adhibita sunt. Quaedam (336) ex supranominatis actis, maxima tamen ex parte non integra, aut solum excerpta, iam prius variis temporibus in lucem prodierunt. Praeter A Possevini Moscoviam[1], ubi pauca tamen, quae ad annos hic tractatos spectant, habentur, reliqua saec. XIX demum edita sunt Primum paucissimas quidem epistolas Card Comensis ad Caligarium Sebastianus Ciampi[2], plures autem Caligarii ad Card. Comensem, sed rarissime integras, necnon nonnulla Posseviniana A. I. Turgeniew paullo post edidit[3]. Ad res a Caligario et Possevino gestas explanandas plura etiam ab A. Theiner allata sunt[4], paucissima autem, quae ad rem nostram faciunt, apud E. Rykaczewski inveniuntur[5]. P. Pierling, qui in libris suis Caligarii epistolas quoque adhibuit[6], nonnulla tantum ex iis in Rome et Moscou App. XIII (Lutetiae Parisiorum 1883), multo plura tamen, quae ad legationem A Possevini ad Stephanum Regem Poloniae et Iohannem IV M. Ducem Moscoviae pertinent, in Bathory et Possevino, Documents inédits sur les rapports du Saint-Siège avec les Slaves (Lutetiae Parisiorum 1887) publicavit. Eodem fere tempore Th. Wierzbowski non pauca ex Archivo et Bibl Vat. ad vitam Iacobi Uchański archiep-pi Gnesnensis describendam collegit et inter alia Caligarii quoque plurimas epistolas et Card. Comensis ad eum datas, excerptas tamen maxima in parte, prelo subiecit[7]. Eodem modo excerpta fere tantum ex plurimis

suae, Vincentium Diacetum, commendat, qui cum ep-po de ingressu suo in civitatem Cracoviensem consilia communicaturus erat.

[1] De editionibus, vid. Carlos Sommervogel, Bibliothèque de la Compagnie de Jésus (a. 1895) T. VI p. 1071 sq.

[2] Sebastianus Ciampi, Bibliografia critica. 3 Vol. (Florentiae 1834).

[3] A. I. Turgeniew, Historica Russiae Monimenta (s) ex antiquis exterarum gentium archivis et bibliothecis deprompta. T. I (Petropoli 1841) et Supplementa ad Hist. R. Mon. (1842).

[4] A. Theiner. Schweden und seine Stellung zum hlg. Stuhl unter Johann III, Sigismund III und Carl IX, 2 T. (Augustae Vindelicorum 1838 39) et Annales Ecclesiastici T. II et III (Romae 1856).

[5] E Rykaczewski, Relacye Nuncyuszów Ap. i innych osób o Polsce od r. 1548 do 1690 T I (Berolini et Posnaniae 1864).

[6] P. Pierling, La Russie et le Saint-Siège T. I (Lutetiae Parisiorum 1896). Ex iisdem Caligarii epistolis L. Boratyński, Stefan Batory i plan ligi przeciw Turkom (Rozpr. Wydz. histor.-filoz. Akad Um. T. XLIV Cracoviae 1903), W. Nowodworski, Borba za Liwoniu (Petropoli 1904) et K. I. Karttunen, Jean III et Stefan Batory (Genevae 1911) fructum quoque ceperunt.

[7] T Wierzbowski, Uchańsciana, czyli zbiór dokumentów wyjaśniających życie i działalność Jakóba Uchańskiego 5 Volum. (Varsoviae 1884—1895).

epistolis, quae ex Arch. Vat. in editione nostra deprompta sunt, E. Szmurło in »Rossija i Italia« allegavit[1].

Praeterea nonnullae epistolae Caligarii, aut quae ad eum datae sunt, ex Arch. Vat. depromptae, in aliis nostri temporis editionibus typis impressae sunt: utpote aliquot epistolae Iesuitarum Polonorum a N. Lubowicz, K' istorii Jezuitow w Litowsko-Russkich zemlach w XVI w. (Varsovia, Uniw. Izwiestia a 1884 N. 4); epistolae Iohannis Zamoyski S. cancellarii Regni in Archiwum Jana Zamoyskiego kanclerza i hetmana W. Kor. T. I a. 1553—1579 a Venceslao Sobieski (Varsov. 1904) et T. II a. 1580—1582 a Iosepho Siemieński (Varsov. 1909); denique ab Andrea Veress, Epistolae et acta Iesuitarum Transylvaniae temporibus principum Bathory T. I et II[2] (Claudiopoli et Budapesti 1911 et 1913) et a P. Iohanne Sygański S. I. in Listy Ks. Piotra Skargi (Cracoviae 1912).

Postremo alii quoque libri mentio est facienda: M. Kojałowicz, Dniewnik posledniago pochoda Stefana Batorja na Rossju[3] (Petropoli 1867). Quamquam enim ad Caligarium directe non pertinet, nonnulla tamen ex actis, quae illo continentur (a d. 4 Decemb. 1580 ad d. 10 Febr. 1582), e cancellaria Regis expedita sunt, propterea que ea, quae ad negotia Romae peracta spectant, denuo ex eo desumpta sunt.

Quod rationem edendi attinet, haec praecepta observata sunt. Epistolae Caligarii et Possevini ad Card. Comensem necnon eiusdem Cardinalis ad utrumque fere semper integrae eduntur, raro minoris momenti huius generis epistolae excerpuntur. Inscriptio et clausula finalis cuiusque epistolae omittitur, exempli tantum gratia, aut si quaedam singularia praebentur, proferuntur. Similiter ea capita omittuntur, quae ad res Poloniae non pertinent, aut ea, in quibus negotia semel exposita, iisdem verbis iterantur. Signo — — notatur aliquid ab editore omitti, uncis quadratis aliquid completum esse, nisi aliter in adnotatione significatum est. Acta epistolis his adiuncta, epistolae a nuntio Ap. ad varios missae et a variis receptae, scripta denique omnia ad materiam explanandam pertinentia, graviora solum integre proferuntur, cetera minoris momenti, aut iam edita excerpuntur, aut regestantur, quae omnia acta magna ex parte adnotationibus ad epistolas principales comprehendi solent, scilicet eas, quae

[1] E. Szmurło, Rossija i Italia. Sbornik istoriczeskich materiałow i izsljedowanii kasajuszczichsia snoszenii Rossii i Italii T. II fasc. I (Petropoli 1908). Eiusdem voluminis fasc. 2, quo varia alia excerpta, plerumque a nobis quoque edita, complectuntur (vid. sup. p. IX adn. 1), in lucem prodiit, dum liber noster excuderetur, propterea que eius ratio hic haberi non potuit.

[2] Tomus II prodiit in lucem, postquam liber noster iam ad finem perductus est.

[3] Vid. I. Polkowski, Acta Stephani Regis. Praefatio.

secundum tempus et argumentum illis proximae sunt. Adnotationes et omnia, quae ab editore originem ducunt, excepta praefatione, litteris cursivis imprimuntur. Elenchus abbreviationum in fine praefationis, addendorum et corrigendorum autem in fine operis apponitur.

II. De vita Caligarii.

Iohannes Andreas Caligarius d. 14 Octobris a. 1527 Brisighellae in Aemilia (ad meridiem a Faventia) patre Iuliano, matre Cornelia Gualamini natus est. Huius familia tenuis quidem fuisse videtur, tamen a Florentia oriundam se esse gloriata est, quam maiores C. saeculo XIII, Albis et Nigris sese debellantibus, reliquisse dicebantur, ut Brisighellae prope fines Etruriae considerent [1]. Modicis vitae rationibus ineuntem aetatem degens, quibus sollertiam et parcimoniam, usque ad finem vitae praecipuas virtutes, debere videtur, litterarum elementis ab »optimis praeceptoribus« Brisighellae imbutus, viginti annos natus Bononiam se contulit, ubi septem annos in Academia studiorum causa versabatur, Sebastianum Regulum (Regoli), grammaticum, popularem suum [2] et celebrem iurisconsultum, postea Card., Gabrielem Paleottum, magistros secutus. Anno 1554 utriusque iuris doctoris gradum adeptus [3], Romam profectus est, ubi annos septem (ab a. 1554 usque ad a. 1561) »in laboribus et negotiis Romanae aulae« contrivit. Ex eis, quae C. in Vita sua communiter dicit se eo tempore ea, quae Bononiae didicerat, »sive in pontificio, sive in iure civili tractando causisque diiudicandis« exercitavisse, conicere possumus eum in Sacra Rota Romana occupatum fuisse, haud dubie officialem aut familiarem auditorum cuiusdam [4]. Simul Iohanne Francisco Commendono, Zacynthi ep-po, tum Pauli IV P. M. secretario, familiariter utebatur, domi eius frequens erat, crebris autem longisque eius legationibus agentis munere functus, negotia eius Romae exsequebatur [5]. Oppidi autem sui

---

[1] Vid. Vitam a C. ipso confectam App. N. 29 (adn. 1—8), quam, etsi plurimis locis ad gratiam lectoris captandam facta est, potissimum sequimur, aliis quoque fontibus adhibitis.

[2] *M-ser Sebastiano Regoli da Brassichella, mio precettore, lesse umanità publicamente nello studio di Bologna oltre 25 anni* (Cronaca di Brisighella in Scelta di curiosità letterarie. Disp. 198. Bononia 1883, p. 28 sq.).

[3] Vid. inf. App. N. 29 adn. 10.

[4] Vid. Bangen, Röm. Curie p. 314. De hoc patrono suo (nobis ignoto) forsitan C. Ioh. Francisco Commendono d. d. Roma 22 Aprilis 1559 scripsit: — — *Monsignore mio sta molto meglio del solito — — è vecchio molto* (*Arch. Vat. Princip. Vol. 23 f. 50* orig.).

[5] Epistolae C. ad Commendonum a. 1556—1578 asservantur in ***Arch. Vat. Princip. Vol. 23.***

mandatu unacum aliis Brisighellensibus, qui tum Romae erant, plerumque in Curia orator de rebus eius verba faciebat[1].

Condicio rerum urbis Romanae Paulo IV et Pio IV Pontificibus Maximis emendandae ecclesiae catholicae studiosissimis, proximorum et amicorum auctoritas (protonotarius d'Avila non satis notus et clarus Iohannes Carga)[2], Teatino fervore flagrantium, qui a rebus humanis animos avertebat et ad severam et integram vitam spiritualem impellebat, denique fortasse etiam persuasio mutatis vitae condicionibus sacerdoti soli viam ad maiorem potestatem maioresque dignitates patere — haec omnia C. ad grave consilium, quod autumno a. 1561 iniit, ad sacros ordines accipiendos impulisse videntur. Qua in re ipse C. plurimum Commendonum valuisse putat, praecipue autem Bernardinum Scotum Narniensem, Card. Tranensem, antiquum Teatinum, qui nuper consecratum C. vicarium suum in ep-patu Placentiae designavit[3]. Dubitasse tamen C. videtur, utrum id munus iniret, nec ne, cupiebatque Commendoni gratiam retinere, quem de eis, quae conabatur, certiorem quidem faciebat, consilia tamen sua occultabat ita, ut vix tribus mensibus post ei nuntiaret se Placentiae commorari novoque officio contentum esse[4]. Hoc quidem tres

---

[1] Vid. Ant. Metelli, Storia di Brisighella e della Valle di Amone. Faenza 1869. P. I Vol. II sub a. 1558, 1560, 1561, p. 254, 260 et 266.

[2] Vid. inf. adn. 4, p. XXVII adn. 1, p. XXVIII adn. 1 et N. 87 adn. 9.

[3] Vid. inf. App. N. 29. Exeunte Novembri C. officium vicarii generalis ecclesiae Placentinae ingressus est (Card. Tranensis ad vicarium suum d. d. 29 Novembris 1561. Brisighella, *Cod. Bracchini f. 9* sq. cop. sine principio). C. ad Commendonum d. d. Placentiae 20 Martii 1562: — — *Io sono debitore a V. S. di molti oblighi gravissimi che li tengo, ma in particolare di havere sempre imparate così in casa sua et dall'esempio della persona sua medesima, che non mi hanno lasciato traviare, ma sempre tirato per la via dritta et conduttomi a questa bona voluntà che di presente mi trovo, della quale se nascerà mai alcuno bono frutto, io lo deverò sempre riconoscere da Dio et da V. S.* — — (*Arch. Vat. Princip. Vol. 23 f. 92* orig.).

[4] C. ad Commendonum d. d. Romae 22 Octobris 1561: — — *adesso non ho che dirli altro, se non che io mi sono risoluto a farmi prete et lasciare questi impicci di corte per un pezzo; così spero fra un mese al più partirmi di Roma et andare verso la patria — — — So che V. S. piglierà meraviglia di questa mia risolutione, tuttavia, quando sarà in Italia et che intenderà le ragioni che mi movono, forse mi haverà per iscuso. Et per hora li basti questa una che in fino adesso sono vissuto da secolare, per l'avvenire ho animo et speranza vivere da prete; et facendomi Iddio lume per riconoscere il mio errore, è giusto ch'io lo conosca, per non mi trovare sempre nelle tenebre. Ma in qualunque stato che io mi sia, non mi scorderò già mai degli oblighi infiniti che tengo a V. S., dalla quale riconosco tutto quello che ho et che so, quanto egli si sia, così havessi io potuto havere il suo prudentissimo consiglio, presentialmente in questa mia risolutione, come io l'ho desiderato infinitamente.* D. 12 Novembris 1561 — — *Io credo di partire alli 24 di questo di Roma, et con le mie ultime avvisarò a V. S. dove et come* — — D. d. Placentiae 20 Martii 1562: *Io sono qui già tre mesi in una nova sorte di vita, in più fatiche che mai, ma in più consolatione dell' anima mia che*

annos obtinebat cleri malos mores exstirpando, seminaria ecclesiasticorum condendo, studium et industriam clericorum excitando, facta sua Cardinali, patrono suo, capitulo, ipsa etiam civitate Placentina comprobante[1]. Ibi gaudium quoque percepisse videtur ex eo, quod accurate rationem administrandae ecclesiae cognovisset usuque intellexisset, quibus artibus utendum esset ad clerum secundum ea, quae tum in ecclesia agitabantur nova, emendandum. Iam tum fortasse sperabat se Scoto in ep-patu Placentiae successurum esse, cuius res ita accurate noverat, ut quindecim annis post, cum nuntius Ap. in Polonia esset, amico suo Philippo Sega, nuntio Ap. quondam in Hispaniis, ep-po Ripae, in hunc ep-patum translato peculiaria consilia daret[2]. Hic etiam ad Farnesiorum familiaritatem se applicavit, quibus adiuvantibus, paucos menses Romae moratus[3], Bononiam venit. Octavius enim Parmae et Placentiae dux ita eum Raynutio fra-

---

fussi mai. Io trovai questa città et diocesi disordinatissima, et trovai una bona voluntà nel Cardinale mio et una in me medesimo di fare bene, et così ho principiato al nome di Dio, et vo continuando con più spirito che io possa, et anco con satisfattione del Cardinale, per quanto S. S. Ill-ma mostra, et si è guadagnato pure qualche cosa — — D. autem 28 Martii h. a.: — — *Io mi trovo qui a Piacenza sano, Dio gratia, et anco consolato nell'animo mio di havere havuto un po poco* (s) *di lume d'indrizzare i miei passi a miglior via, che non havevo fatto per fino ad hora.* Praeterea Aloisio Gratiano (Venetiis) d. d. Placentiae 29 Martii 1562 haec nuntiavit: *Io sono qui in Piacenza in una sorte di vita tutta nova, et mi trovo ogni dì più consolato. Il Cardinale mio mi fa le spalle davantaggio di quanto bisogna, io non curo altro et non attendo a rubbare, come facevo in Roma; io son divenuto maggiore Theatino del Carga* (Iohannes. Vid. Th. Sickel, Röm. Berichte in Sitzungsberichte d. Wiener Ak. Hist. Cl. T. 133 p. 104 sq.) *mille volte, et senza burla ci sto volentieri più che non harei mai creduto, sendo stato innamorato di Roma come io ero. Et in questo vedo espressamente che l'amor di Dio supera tutti gl'altri amori. Quanto alla mia famiglia, tengo un prete, dui servitori, una cavalcatura, una frotta di sbirri. Ho un palazzo grande, et bono per vescovo non che vicario. Mi vo rassettando al meglio ch'io posso, però ancora che qui non accetti presenti da niuno, però accettarò da voi, se mi havete portato qualche cosa di soria (?) per uso di casa* — — (*Arch. Vat. Princip. Vol. 23 f. 83* sq. orig.).

[1] De C. Placentia discedente capitulum d. d. Placentiae 14 Decembris 1564 attestatum est, quod C. *cathedralis ecclesiae Placentinae archipresbyter ac I. U. Doctor, vicariatus generalis officium in civitate Placentiae et eius diocesi pro Ill-mo et R-mo D. D. Bernardino Scoto — — per triennium continuum proxime praeteritum digne et laudabiliter gesserit — — attestantur et affirmant* (canonici) *praefatum R. D. Io. And. C. dicto tempore — — ita se gessisse in omnibus eius actionibus ac se ipsum tam probum, fidelem, iustum et incorruptum iudicem praebuisse praedictumque officium memoratum aequitate, integritate ac dexteritate peregisse, ut eo — — tota civitas praefata quemquam sibi gratiorem et acceptiorem desiderare aut expectare non potuerit, aut possit* — — In litteris autem testimonialibus civitatis Placentiae d. d. 19 Decembris 1564 haec de C. leguntur: *huomo da bene, fedele et incorrotto, giudice giusto et amorevole in le sue attioni* (Brisighellae, *Cod. Bracchini f. 13* sq. cop.). Quid Caligarius ipse de hoc officio suo scripserit, vid. inf. App. N. 28 et N. 29.

[2] D. d. Varsoviae 25 Martii 1579 (*Bibl. Vat. Ottob. Lat. 3207 f. 171* sq. orig.).

[3] Romae iam m. Martio 1565 commorabatur (*Arch. Vat. Princ. Vol. 23 f. 109*)

tri suo, Card. S. Angeli, ep-po Bononiensi commendavit, ut eo Bononiae vicario ad ecclesiam administrandam uti constitueret[1]. Vix tamen aliquot menses hoc officio functus est, cum praematura mors Card. Raynutii spem fefellit, quam C. conceperat, cum se in fidem Farnesiorum committeret damnaque pecuniae ei intulit, e quibus semper peracerbos dolores capiebat[2].

Cum nunc omni vacans munere Romae commoraretur, iterum Commendonum, fautorem suum quondam, adiit, qui tum (d. 12 Martii 1565 Pio IV P. M.) cum in Polonia nuntium Ap. ageret, Cardinalis creatus, mox Cardinalis legatus a Pio V P. M. ad comitia Imperii Augustae Vindelicorum celebranda (Martius—Maius 1566) destinatus est. Quamquam C. in Vita sua asseverat Pontificem M. ipsum Augustam Vindelicorum se proficisci iussisse, »ut praesto esset Card. Commendono«, seque ea occasione data galerum rubrum simulque crucem, quam uti legatus Sedis Ap. sibi de more praeferri curaret et totum legationis commentarium illi attulisse[3], tamen ex eius litterarum cum Commendono commercio perspici potest eum apud hunc vehementer operam dedisse, ut ei praecipue Augustae Vind. inserviret et si permisisset, se extemplo Augustam cum galero card. et commenterio legationis venire paratum esse ostendit, addito quasi urgendi causa, Card. Estensem se magnis muneribus affectum, auditorem

---

[1] Card. Raynutius Farnesius (28 Aprilis 1564 ep pus Bononiensis nominatus) protonotario Avila (vid. inf. N. 87 adn. 9), qui ea de causa cum Caligario acturus fuit (ep. Farnesii ad Caligarium d. d. Bononiae 8 Maii 1565 ed. Scelta etc. p. 73) haec d. d. Bononiae 9 Maii h. a. significavit: *Io ho havuto tanto buona relatione di quest' huomo* (Calig.) *dal Duca mio fratello, che desidero di valermi de l'opera sua per l'indirizzo di questa chiesa* — — (Brisighellae *Cod. Bracchini* f. 16v cop. Duae epistolae Octavii Farnesii ad C. d. d. 9 Augusti 1562 et Bruxellae 4 Iulii 1563 ed. Scelta etc. p. 63 sq.). D. autem 23 Iunii 1565 Bononiae idem Cardinalis C. respondit propositum eius Bononiam veniendi libenter se accepisse (*Cod. Bracchini* f. 16v cop.).

[2] C. ad Fulvium Ruggierum d. d. Bononiae 5 Novembris 1565: ***Alli 29 di questo*** (scil. Octobris) *alle 16 hore in Parma passò a migliore vita Card. S. Agneli* (s) *mio signore, con dolore incredibile* — — *Circa lo stato mio vi dirò prima che questa servitù nova infino adesso mi costa più di 300 scudi, et per ancora non ho havuto un quattrino di mia provisione, et ne spero poco, sendo absente il S r Duca* (Octavius). *Con tutto ciò voglio andare a Parma a basciare le mani al Card. Farnese* (Alexander) *et vedere quello che posso fare per rihavere qualche cosa. Di mei servitù doverei havere più di 100 scudi d'oro, ma voi conoscete il mundo in materia pecuniaria quanto sia ladro; in ogni caso voglio restare servitore della casa, della quale certo n'ho ricevuto più honore che non merito. Fatto questo, me n'anderò a Roma con animo di starvi, se la fortuna non me ne sbalza un' altra volta al mio dispetto* — — *et mi pare anco gran gratia che Iddio me habbia sbrigato di qui così presto* (*Arch. Vat. Princip. Vol. 23 f. 102 sq.* orig.). Cf. inf. App. N. 28 et N. 29. C. iam nuntius in Polonia, cum Card. Alexandri F. auxilium contra calumniatores suos invocaret (vid. inf. N. 87 adn. 10), in memoriam ei redigebat *il giudicio che fece di me il S-r Card. S. Angelo, suo fratello di fel. me. già quattordici anni.*

[3] Vid. inf. Ap. N. 29.

suum Romae designare velle[1]. Ex quo patet eum Commendono, cuius fortuna tum splendidissima erat, duce et auspice rem publicam ecclesiasticam capessere eiusque »creaturam« maiores magistratus petere voluisse. Et id quidem consecutus est, ut in comitia Augustana cum galero rubro et commentario legationis Commendono dato contenderet ibique ei inserviret, comitiis autem exeuntibus cum Commendonus gravia quaedam haberet, quae Pontifici M. nuntiaret, quae autem eo inscio diiudicare nollet, C. Romam mitteret. Hic negotium suum ita festinanter confecit, ut sexto die Romam venerit mandatoque functus sit, qua de re in Vita sua longe et late animo contentissimo scribit[2].

Cur tamen in Commendoni officio non manserit, quem tanta industria sibi devinciret necesse fuit cuiusque Cardinalis auditor appellatur, haud facile conici potest[3]. Item intelligi nequit adversane fortuna, an Card. Scoti amicitia dissoluta factum sit, ut eum Romae pertaesum sit, ubi neque animus eius alte volans quae affectabat. assequebatur. neque quibus vitam uberius sustentaret, invenit. Cum itaque comperisset parochiam S. Iohannis in Octavo (Pieve del Thó) prope Brisighellam, ex qua quotannis tre-

---

[1] C. ad Commendonum d. d. Romae 12 Ianuarii 1566: *Io mi trovo quì senza guadagno niuno, perchè questi tempi d'adesso portano così; però, sendo ricercato da Ferrara* (Hippolytus Card. Estensis v. Ferrariensis) *a servirlo per auditore in Roma con buona provisione, credo sarò sforzato accettare. Ho sfuggito quanto ho potuto, ma la necessità non ha legge, et credo non farò dispiacere a V. S. Ill-ma, perchè, stando anco con esso, la potrò servire in maggiore cose ch'io habbia mai fatto.* D. autem 16 Ianuarii h. a.: *Io, et per levarmi con buona occasione dalla prattica che tengo con Ferrara che pure vorria ch'io andassi a servirlo, et per vedere et servire V. S. Ill-ma, la quale desidero servire prima et oltre tutti gl'altri et tanto a Roma come fuori in qualsivoglia sua legatione ecclesiastica, quando però habbia bisogno di me, procurarò di haver il cappello et il breve della legatione da portarli, sperando che l'opera mia non li habbia ad essere discara, tanto più non li mancando agenti in Roma che ci sono Mons. d'Avila, il Car*[ga], *il Ruggieri anco, et quando pure io li fossi inutile costì, non li mancherà modi* (s) *di rimandarmi a dietro utilmente. Et perchè il negotio potria pigliar più dilatione che altri non pensano, V. S. Ill-ma si contenti scrivermi quanto vole ch'io facci: che se vorrà che venghi, verrò, se vorrà che resti, restarò, se vorrà anco ch'io vada con Ferrara, anderò — — — caso che la prescia della espeditione fosse tanta, che non si potesse espettare la risposta, io verrò senz' altro — — —* D. 16 Ianuarii h. a.: — — *però, parendoli che io non li habbia ad essere servitore inutile, mi commandi o che resti, o che venga da lei con l'occasione del capello — – (Arch. Vat. Principi Vol. 23 f. 164, 167*[v] sq. orig.). Praeterea vid. W. F. Schwarz, Der Briefwechsel des Kaisers Maximilian II mit Papst Pius V (Paderborn 1889) p. 4 et 6.

[2] Vid. inf. App. N. 29 adn. 15.

[3] Caligarius, qui per reliquum annum 1566 et maiorem partem 1567 negotia Card. Commendoni Romae agebat, iam tempore comitiorum Augustanorum (Braunsberger O., P. Canisii epistolae Vol. V p. 233 et 254) et postea a Philippo Soderino d. d. Florentiae 25 Iunii 1567 (*Arch. Vat. Princip. Vol. 23 f. 358* orig.) auditor eius appellabatur.

centi ducati redibant, vacare, ex Card. Commendono petivit, ut sibi apud Iohannem Bapt. Sighicellium, ep-pum Faventinum, auxilio esset, caplo consilio, ut ibi sedem haberet et animarum curam susciperet. Probatione ab ep-po et examinatoribus synodalibus obtenta, mense Septembri a. 1567 prioris et parochi officium iniit eoque quinque annos functus est [1]. Laborum suorum in hac parochia, inter quos haud mediocrem locum administrationis et rei familiaris cura obtinet, moribus eius tam propria, singula in Vita sua persequitur et prorsus credere ei possumus, cum dicit ep-pum Faventiae se in administranda dioecesi adhibuisse, cum et iurisprudentia et eis, quae ad id temporis in variis administrationis ecclesiasticae partibus egerat, inter dioecesis Faventinae sacerdotes procul dubio excelleret [2].

Hoc temporis spatio primus eius cum Carolo Card. Borromaeo, archiep-po Mediolanensi, congressus accidit. Qui cum C. iam ex eis nosset, quae Placentiae et Bononiae fecerat, ordinis Carmelitarum protector, quaestionem de P. Frumento Bononiae, haeresis accusato, ei commisit et relatione eius contentus, eum a. 1572 ad se Mediolanum arcessivit, opera eius in proxima provinciali synodo usurus. Card. Borromaei sanctitas vitae, aulae et Mediolanensis ecclesiae administrandae ratio, quae animos aequalium tantopere commovebant, etiam ad C. mores animumque conformandos plurimum contulerunt. Quamquam enim Mediolani vix paucas hebdomades commoratus est, quia Card. Borromaeus Pio V. P. M. mortuo Romam ad conclave contendit, sanctum archiep-pum, de cuius operibus tum temporis libellum quendam, ex Italica lingua posteriore tempore in Lusitanam versum Regique Sebastiano traditum, scripsit, usque ad vitae finem admirari non desiit, litterarum sermone assiduo cum eo usus et eum

[1] Multum hac in re valuisse videtur, quod Caligarius eodem fere tempore beneficio quodam spoliatus est. Ita enim d. d. Romae in Iulio 1567 Card. Commendono nuntiavit: *Il Card. di Trani dopo tante parole et promesse mi ha fatto spogliare del possesso et datolo a un suo procuratore* — — Paulo post d. d. Romae 9 Augusti 1567 eidem Commendono significavit: *Per morte di M-ser Matteo Salvagni da Brisighella vaca nella terra nostra la pieve del Tìó* (S. Iohannis in Octavo), *la quale vale 300 scudi d'oro l'anno d'intrata. Et perchè vaca il primo di questo mese presente d'agosto che è del vescovo nostro di Faenza, et a S S-ria starà il disporne, ho procurato di esserli raccommandato ancora io come prete, dottore et del loco proprio, offerendomi a residere et a'l resto che ordina il S. concilio di Trento Supplico a V. S. Ill-ma che voglia ancora lei scrivere al detto vescovo in raccommandatione mia quello che le parerà in questo caso* — — Quod etiam a Commendono factum esse, apparet ex epistola Caligarii ad eum d. d ex plebe Octavi 24 Septembris 1567: — — *Io attendo a la mia cura, et mi sforzarò ci che le mie operationi siano conformi alle calde raccommandationi fattemi col mio vescovo da V. S. Ill-ma. (Princip. Vol. 23 f. 378, 424* et *452* orig.).

[2] Vid. inf. App. N. 29. Praeterea nomine parochialium suorum de ponte super Hamone exstruendo litem in iudicio legati Bononiensis (Card. Sfortia) cum civitate Brasichellensi habuit causamque obtinuit. (Vid. Metelli, o. c. p. 317).

eiusque opera sibi exemplum ad imitandum proponens; relatio autem eius de S. Carolo, quam octoginta annos natus scripsit. pietatis huius non extinctae optimum documentum est[1].

Quinque annos cum parochus in Plebe Octavi peregisset, Romam rursus revertitur[2]. Res familiaris eius adeo aucta esse videtur, ut domum et familiam conducere posset; etiam novum fautorem Antonium Card. Caraffam invenit, cui promotionem ad gradum referendarii utriusque signaturae debebat et quo semper familiariter usus est[3]. Cum autem a Gregorio XIII P. M. Senas missus cum auctoritate cleri Senensis beneficia de integro taxandi, rem prospere confecisset, collector Ap. in Lusitania ab eo nominatus est[4]. Quadragesimum septimum annum agebat, cum ad hunc infimum nuntiorum Ap. gradum ascendit. Cum eius rei familiaris administrandae facultatem noverimus, conicere possumus eum in iis, quae ad rem pecuniariam spectabant, Camerae Ap. satisfecisse. Sed et rerum civilium peritia postulatis Curiae respondisse videtur, praesertim in controversia cum Card. Henrico, Sebastiani Regis patruo magno, de bonis monasterii de Thomar, quod ordinis militum Christi erat, si tres annos in Lusitania commoratus, ad maiorem gradum destinatus est[5]. Quod aliis etiam rebus comprobatur. Extremo enim anno, quo in Lusitania versabatur, Card. Borromaeus eum, adiutorem administrandae ecclesiae Mediolanensis, apud se habere voluit, quod ut fieret, Pontifex M. permisit[6]. Sed priusquam C. Romam reverteretur, quod exeunte Ianuario a. 1578 accidit, iam exeunte m. Decembri 1577 nuntius Ap. in Polonia destinatus est, ex quo cognosci potest Pontificem M. Caligarii ingenium magni aestimavisse et probavisse eumque in officio nuntii Ap. retinere voluisse[7]. Antequam

---

[1] Vid. inf. App. N. 28, praesertim adn. 9.

[2] De prioratu ecclesiae S. Iohannis in Octavo Vallis Hamonis C. demum 21 Octobris 1575 cessit (Brictinorii, *Cod. Calig. f. 43* sq.).

[3] Vid. inf. N. 166 adn. 1. Praeterea Andream Bathory Romam (1583) proficiscentem cum Card. Caraffa strictiori amicitia iungere desiderabat eiusdemque Card. Caraffae epistolam, virtutes Andreae Bathory extollentem, Regi misit (Calig. Stephano Regi d. d. Brittonorii 15 Iulii 1584. *Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A. f. 380ᵛ* cop reg.).

[4] Vid. inf. App. N. 28 et N. 29 adn. 18.

[5] Vid. inf. App. N. 29 et *Arch. Vat. Nunz. Portog. Vol. 2* et *3* (epistolae Caligarii ex Lusitania ad Card. Comensem a. 1574--1577). Romam discedenti Antonius prior Crati, qui post obitum Card. et Regis Henrici coronam Lusitanam ambibat, adamanta magni valoris donavit, qui postea a Caligario collegiatae Brasichellensi legatus est (Metelli o. c. P. II Vol. III p. 12).

[6] Card. Comensis ad Caligarium d. d. Romae 24 Iulii 1577 *(Arch. Vat. Nunz. Portog. Vol. 3 f. 53 sq.* min.). Cur propositum hoc evanuerit, latet nos.

[7] Card. Comensis ad Laureum, ep. pum Montis Regalis, nuntium Ap. in Polonia d. d. Romae 28 Decembris 1577 *(Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 172 f. 267 sq.* min.). Idem epistola Card. Paleotti ad Caligarium d. d. Bononiae 28 Ianuarii 1578 confirmari vide-

tamen C., cum se Borromaei precibus commendavisset[1]. in Poloniam contenderet, a Pontifice M. Anagniam proficisci iussus est (d. 20 Martii a. 1578) ad conscribendas et extrahendas scripturas ad Sedem Ap. quomodolibet spectantes[2]. Tabulario Anagnino diligenter excusso et supra centum et quinquaginta tabularum seu actorum capitibus ad Pontificem M. delatis, eidem Pontifici iuris studiosissimo quasdam Compilationes Decretalium Anagniae inventas dicavit[3].

Nuntii Ap. in Polonia officium (a. 1578 ad a. 1581) vitae fortunaeque Caligarii summum fastigium est, cuius recordatione sine dubio maxime delectabatur. Latissime manabat eius industria et quamquam — qua de re plerumque queritur — invidia malignorum afflictabatur, qui auctoritatem eius infringere conabantur[4], in universum laudibus et studio Card.

tur. Hic enim, cum ei de nova legatione Polona congratularetur, haec addidit: — — *la quale elettione — — sendo stata fatta innanzi l'arrivo suo, arguisce manifestamente la sadisfattione buona che N. S-re ha dell'opera sua — —* (Ed. Scelta di curios. D. 198 N. 11 p. 74 sq.).

[1] Caligarius ad Card. Borromaeum d. d. Romae 30 Ianuarii 1578 (Mediolani *Bibl. Ambros. F. 37 Let. 121 f. 269* orig.).

[2] *Arch. Brev. a. 1578 lib. I f. 131* min. et Brisighellae, *Cod. Bracchini* cop.

[3] *Inventario delle scritture portate d'Anagni l'anno 1578 del mese d'Aprile da Mons. Caligari (Arch. Vat. Arm. 37 Vol. 40 f. 27 sq.* Apud Laemmer, Mon. Vatic. p. 446 false volum. 60). Compilationes Pontifici M. dedicatae inscribuntur: *Quatuor compilationes Decretalium ante compilationem Gregorii Papae IX, cum glossis Tancredi, canonici Bononiensis et aliorum, ex quibus tres fuerunt factae per privatas personas, una sola de mandato Innocentii Papae III.* Epistola dedicatoria ad Gregorium PP. XIII d. d. Romae 13 Aprilis 1578 (Brisighellae, *Cod. Bracchini f. 68* sq. cop.). De his compilationibus Card. Torres, praefectus Bibl. Vat., cum d. d. Romae 6 Augusti 1607 Caligario, qui ei hanc dignitatem gratulatus est, gratias ageret, haec addidit: — — *Sono stato tardo a rispondere a V. S., perchè ho voluto far vedere le sue lettere a N. S re e l'inventario delle scritture che S. S-tà mi ha commandato ch'io ritrovi nell'Archivio di Castello. come farò quanto prima diano luogo questi caldi. E come prima io ponga mano nella libraria Vaticana, non aspettarò che mi si faccia incontro, ma cercarò con ogni diligenza il libro delle compilationi delle decretali, per abbracciarlo e farli quel honore che meritano le cose di V. S., che è tanto benemerita e della libraria e di S. chiesa, quanto io vorrei che fosse in poter mio di fare riconoscerlo* (Brisighella, *Commentario di Val d'Amone di F. M. Saletti f. 1005* cop.).

[4] Iam d. d. Lisbonae circa 2 Aprilis 1577 Caligarius ea de re Card. Comensi haec scripsit: *Mi vien scritto di un buono et amorevole officio che ha fatto alli mesi passati il S-r Card. Morone a beneficio mio con la S-tà di N. S., per obstare alle passioni particolari di alcuni che non mi vorriano vedere nè in gratia nè in servitio di S. B-ne — — (Arch. Vat. Nunz. Portog. Vol. 2 f. 229 sq.* orig.). De servitoribus Caligarii Romae famam eius detrahentibus vid. inf. N. 87. Eadem de causa haec Ioh. Bapt. Schianus Santacrucio, ep-po Cerviensi, d. d. Romae 17 Ianuarii 1579 significavit: — — *Sono tornati a Roma alcuni servitori di Mons. Calegari nuntio di Polonia, li quali si sono partiti da lui malissime satisfatti et vanno canzonando assai bene della gran miseria et avaritia di quel prelato, et Dio voglia che non vadino a piedi del Papa, pretendendo di non esser satisfatti delli lor salarii con lamentarsi di più di certi termini bassi usati*

secretarii status et Pontificis M. gaudebat, qui eum d. 14 Octobris a. 1579 ep-patui Brictonoriensi praefecit. Quod praeter opinionem e Polonia a. 1581 revocatus est, neque odii neque doli, ut initio Stephanus Rex credebat, documentum erat; id enim praecipue agebatur, ut Alberto Bolognetto locus patefieret (vid. inf.). Procul dubio tamen etiam mutata Vaticanarum in eum partium gratia id efficisse videtur. Tenuis enim ep-patus Brittonoriensis ei concessus, ubi sine magno detrimento, ut tot alii in eadem condicione nuntii, diutius abesse poterat, testimonio esse potest consilium Pontificis M. fuisse eum longius in munere reipublicae ecclesiasticae retinere. Manifestum tamen est legatione C. in Polonia (vid. inf.) bonam opinionem, quae principio de eo habebatur, imminutam esse, cum eum postea Card. Comensis ad nullam graviorem dignitatem aptum esse putaret. Ex eo quoque fortasse intelligi potest, cur C. etiam ex Polonia revocatus, tam cupide se intima Regis familiaritate usum esse praedicaverit, quasi docere voluisset legationem suam maioris fuisse momenti, quam aliunde vulgabatur.

Cum ex Polonia revertisset, primum Brittonorium, tum Romam profectus est, unde mox in ep-palem sedem suam rediit, ubi usque ad a. 1584 continue residebat. Hoc tempore iter Andreae Bathory in Italiam atque Romam factum rationem, quae inter eum et hunc Stephani Regis fratris filium et ipsum etiam Regem intercedebat, arctiorem reddidit. Usque ad Bononiam Andreae obviam profectus, Brittonorii eum excepit, revertentem autem, iam cardinalitia dignitate ornatum, ad Ariminium in »via militari« iterum salutavit secumque Brittonorium conduxit, ubi Andreas biduum consumpsit. Ab eodem Andrea invitatus, in Italico itinere eum comitabatur et Travisium usque cum eo pervenit[1].

Brevi post eodem a. 1584 Graecium in aulam archiducis Caroli nuntius

---

loro dal detto Mons. In somma, il ritorno di costoro non li ha aggiunto niente di reputatione, ma sì ben scematagliela, et intendo di buon luogo che il Card. di Como che è il fautor suo, gli ha fatta una gagliarda monitione — — D. d. autem Romae 27 Iunii 1579 famam de Caligario ex Polonia revocando rettulit, *il quale dicono che non dà una satisfattione al mondo, et dicono ancora che sta spilorcamente et con indignità dell'offitio in quelle parti.* Eadem fama de revocatione Caligarii etiam d. 19 Octobris 1579 a Schiano repetebatur (*Arch. Vat. Borgh. III 65*^{ab} *f. 8*^{v}, *63*^{v}, *116* orig.).

[1] Brisighellae in *Cod. Bracchini f. 139*^{v} *et 149*^{v} exstant duae orationes Caligarii: *Oratio habita in occursu Ill-mi D. Andreae Bathorei d. 23 Novembris 1583* et *Oratio in occursu Ill-mi Card. Bathorei d. 13 Augusti 1584.* De hoc itinere C. d. d. Bononiae 20 Augusti 1584 Card. Borromaeo significavit: — — *Io* (And. Bathory) *servirò per tutta Italia, poichè S. S. Ill-ma così commanda* — — (Mediolani, *Bibl. Ambros. F. 96 Let. 253 f. 506* orig.). D. d. autem Travisii (Treviso) 15 Septembris 1584 Stephanum Regem de hac Italica peregrinatione peracta certiorem fecit, asserens se auctorem fuisse, ut complures nobilissimi adolescentes, partim Poloni, partim Itali, cum Andrea profecti essent (*Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 381*^{v} cop. reg.). Vid. etiam App. N. 28.

Ap. missus est, quod officium usque ad initium anni 1587 administrabat[1]. Splendida in aula Regis Poloniae legatione functus, nunc gradu sibi quodam modo deiectus esse videbatur, quoad tamen Gregorius XIII P. M. vixit et Card. Comensis secretarius status plurimum valuit, silentium tenuit. Sixto V P. M. demum electo et Hieronymo Card. Rusticuccio secretario status nominato, secundiora sibi tempora venisse arbitratus est. Per Card. Caraffam enim cum creaturis Pii V P. M. coniunctus, a Card. Rusticuccio aestimatus, persuasum habebat Sixti V P. M. pontificatum, Pii V P. M. reipublicae ecclesiasticae administrandae continuationem, omnium eorum, qui Pii V P. M. severiori saeculo faverunt, auctoritatem altius elaturum esse. Quare audacter Card. Rusticuccium appellavit eique ministerium suum pollicitus est, sperans eum se ad graviora usurum esse, mox autem hac spe destitutus, non solum auctoritatem suam debilitatam, sed etiam proventus suos imminutos esse plane exposuit et ut revocaretur Brittonoriumque redire posset, petivit[2]. Contento igitur sine dubio animo ineunte a. 1587 locum reliquit, qui omnes spes eius frustraverat.

Neque tamen interea desperabat se ad maiores honores ascensurum

[1] Instructio Caligarii d. d. Romae 13 Octobris 1584 (ed. Scelta etc. p. 170 sq.). De hac legatione vid. inf. App. N. 29 adn. 23.

[2] Caligarius d. d. Graecii 13 Maii 1585 ita Card. Rusticuccio scripsit: — — *et perchè mi sta fisso ne la memoria quello che V. S. Ill-ma mi disse con grande affetto d'amore al ritorno mio de la nuntiatura di Polonia che mi havrebhe voluto nel pontificato de la S. memoria di Pio V, supplico a V. S. Ill-ma che hora faccia conto ch'il pontificato di Sisto V sia, come è stimato da tutti, il medesimo con quello di Pio V, et mi mostri in questo così buona voluntà, come mi havrebbe mostrato in quello — — et essendo hora molto più attempato et esperimentato ne li negotii gravi, per avventura le satisfarò meglio hoggi. che non havrei fatto all'hora che ero più giovane et meno esperto. Ho ben firma speranza che la S. mem. di Pio V sin dal cielo favorirà appresso tutte le creature sue la mia buona mente et zelo in servitio di codesta S. Sede, et particolarmente pigliarà piacere di haver veduto poco fa Aurelio Vergerio, heretico relapso et nipote del vescovo Vergerio, heresiarca, mandato da me ligato fino a le carcere del S. Officio di Roma — — (Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 68 f. 87* orig.) — — *et là dove io soleva havere 200 scudi d'oro il mese di provisione et alle volte per aiuto di costà 500 di donativo* (in Polonia, vid. caput sequens), *me ne furno assegnati 100 soli, ma però non mi fu diminuito nè il numero delle bocche, nè delle cavalcature — — Se io havessi un vescovato di 3000 o 4000 scudi d'entrate, come hanno gl'altri nuntii. se bene sono antiano a tutti di età et servitio, eccetto che a Mons. di Nazaret* (Fulvius Mirtus Frangipanus, nuntius in Galliis 1586—1587), *non ne farei parola — — (Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 68 f. 187* Memoriale Caligarii s. l. d. (in. Augusto 1585) ed. H. Biaudet, Les nonciatures permanents p. 306sq.). Laureus, e Polonia reversus, nuntius Ap. apud ducem Sabaudiae, 200 ducatos (ut in Polonia) percipiebat, quamquam salarium 100 ducatorum ad hoc munus pertinebat. D. d. autem Goritiae 9 Ianuarii 1586 Card. Rusticuccio scripsit: — — *la supplico che aiuti anco me a disbrigarmi de la nunciatura istessa — — Io sono vicino a la mia chiesa et stanco, et conquassato del corpo, et essausto in tale maniera di danari che, a dirlo confidentemente a V. S. Ill-ma, non ci posso più resistere (Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 68 f. 218* orig.).

idque, quod votorum vitae eius summum, sed irritum erat, dignitatem cardinalitiam assecuturum esse. Confidebat eis, quibus de Polonia bene meritus erat et familiaritati, quae ei cum Stephano Rege fuit. Cum hoc enim litterarum sermone assiduo, etiam post reditum ex Polonia, usus est et eius, quibus modis poterat, veluti procurator eius esset, proposita adiuvabat et gloriam in Italia propagabat[1], Annae Reginae reliquiam S. Annae obtulit, amicitia Andreae Bathory fretus erat, benevolentiae Georgii Card. Radzivilli multum tribuebat, Romae autem per Virgilium Crescentium, qui Andreae Card. Bathory negotia agebat, et per Carolum Gamberinum, antiquum familiarem Alberti Bolognetti tunc defuncti, curam adhibebat, ne servitia sua, in Polona legatione S. Sedi praestita, oblivioni darentur[2]. Optata sua tandem ad effectum perductum iri tum maxime C. sperare potuisse videtur, cum a. 1586 Andreas Card. Bathory nomine Regis Romam cum gravissimis mandatis venit. Stephanus Rex enim consiliis suis, quae eo spectabant, ut Moscovia occuparetur et Turcis bellum inferretur, Sixtum V P. M. conciliavit, qui iam certam pecuniam in id destinaverat[3]. Manifestum est Stephanum Regem tam gravi temporis momento in S. Collegio Cardinalem quendam sibi deditum habere voluisse, eoque nixus, quod Sixto V P. M. tum familiariter utebatur, C. ei ad hanc digni-

[1] Hoc apparet ex epistolis eius Ferrariam datis. D. d. Mantuae 25 Augusti 1584 scripsit Iohanni Bapt. Laderchio, secretario ducis Alphonsi II: — — *un gentilhuomo tedesco, consigliere del duca di Baviera — disse al S-r Card. Bathori che'l suo duca havea avviso che li Moscoviti haveano eletto per lor principe il Ser-mo Re di Polonia. La nuova è tanto grande, che non si le presta intiera fede. Con tutto questo, io confidentemente ne ho voluto fare parte a S. A. Ser-ma per mezzo di V. S.; vaglia quanto può valere, ci sono molti contrasegni in conformità. Tuttavia si aspettarà più certo avviso.* D. d. autem Bononiae 19 Septembris e. a Alphonso II duci: — — *Et perchè in Venetia ho ricevuto una lettera di S. M-tà* (Stephani Regis d. d. 29 Iunii 1584) *che mi dà nuova di molti particolari del suo Regno et dello stato di Moscovia, ne mando copia all'A. V. Ser-ma, credendo che havrà caro* — (Mutina, *Arch. di stato* orig.) Duae epistolae Stephani Regis ad Caligarium quibus nova significantur, *ut in varietate rumorum, qui illuc perferuntur, sciat, quibus fides adhibenda sit*, d. d. Grodnae 29 Iunii 1584 et 3 Maii 1586 (Brisighellae, *Arch. Colleg. Pac. II f. 97* et *f. 103* orig.). Epistolae Caligarii ad Regem in *Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A. f. 377* sq. cop. reg.

[2] Vid. epistolas ad C. a variis a. 1585 et 1586 datas, ed. Scelta di curiosità. Disp. 198 passim. Inter alia testimonium Card. Rusticuccii de Caligario, a Virgilio Crescentio in epistola d. d. Romae 10 Maii 1585 relatum: — — *il quale* (Rusticucci), *volendomi io stendere più oltre in darli più minuto ragguaglio di lei, mi fermò et mi disse: „Signore, io conosco questo prelato già 25 anni sono, et so molto bene il suo valore, essendo di una molto buona scuola; però li dico che in ogni occasione non mancherò di favorirlo et per servitio suo et de la Sede Ap. et anco, perchè vedo che è in concetto et protettione di quel gran Re* (Stephanus Rex Poloniae), *il quale come prudente conosce il valore de le persone* (Ibid. p. 188 sq.).

[3] Zakrzewski W., Stefan Batory p. 131 sq., cuius opinionem secutus est P. Pierling, La Russie et le St. Siège II p. 291 sq.

tatem commendavit. Card. Bathory amicum suum magnopere fovebat et quamquam in proxima m. Decembris promotione a. 1586 C. nondum inter Cardinales erat, Sixtus V P. M. tamen ita de eo loquebatur eamque spem Regi et Card. Andreae afferebat, ut dignitas haec C. haud procul abesse videretur[1]. Inopinata tamen mors Stephani Regis (d. 12 Decembris a. 1586) hoc fidelissimo fautore eum privavit et in praesens tempus ab eis, quae tam concupiverat, removit.

Nihilominus tamen memoria eius Romae oblitterata non est. Cum enim anno post Card. Rusticuccius vicarius Romae nominatus, munus secretarii status Card. Alexandro Montalto, Pontificis M. nepoti sedecim annorum, qui adiutore egebat perito, committeret, in C. Pontificis M.

---

[5] Stephanus Rex Sixto V P. M. d. d. Orany 20 Septembris 1586: *S-me et B-me etc. R-mum Ioannem Andream Caligarium, ep-pum Brittonoriensem, ab eo tempore, quo cognovi, amare coepi ob magnas insignesque virtutes, quas in eo elucere videbam. Cum autem, et posteaquam e Regno meo legationis Ap. Sedis munere perfunctus decessit, perpetuo constantique studio voluntatem in me propensam testetur, cum porro ipsi amorem debere me intelligo, ut pro eius honore atque dignitate diligenter supplicandum S-ti V. existimem petoque, ut quo primo tempore in amplissimum Cardinalium ordinem praestantes viros leget, hunc, et ep-pum insigni virtute praeditum ac de S. Ap. Sede benemeritum, in eorum numero ponere velit — —* (Brisighellae, *Arch. Colleg. Pac. II f. 64* et *Cod. Bracchini*, utraque cop. Ed. Scelta di curiosità etc. Disp. 198 p. XI). Stanislaus Rescius ad C. d. d. Romae 29 Novembris 1586: — *Iam significavi R. V., quod regias litteras Pontifici Sixto Card. Bathoreus ante dies 14 reddidit, de te coloribus ornando, eas etiam est verbis valde bonis prosecutus, quae amor suggerebat et ardens augendi ornandique tui desiderium. Pontifex assidens capite annuebat et facturum se dicebat, quod illi Dominus suggessisset, in quam etiam, ut audio sententiam ipsi Regi respondit. Heri vicissim in privata audientia fecit Cardinalis R. V. mentionem petitionisque regiae. Respondit expresse Pontifex: „Faciemus et Caligarium Cardinalem in gratia*[m] *Ser-mi Regis". Tempus non expressit. Dixit tamen, quod paucos faciet hoc tempore sibi gratos, a multis principibus commendatos. Quae omnia scire ex me R. V. volui* (Ed Scelta etc. p. XIII) Andreas Bathory ad. C. d. d. Romae 13 Decembris h. a.: *Credat mihi velim R-ma D. V. me omnia amici huius causa praestitisse et tandem promissa certissima retulisse, quod negotium perficietur, sed ut nunc, obtinere non potui* (Brisighellae, *Comment. Saletti* f. 503 fragm. cop.). Sixtus V ad Stephanum Regem d. d. Romae 28 Novembris 1586: *Iudicium Tuum de Venerabili fratre Iohanne Andrea ep-po Britonoriensi cum nostro congruere teque illum amplissimo honoris gradu (quod nobis per litteras significare voluisti) dignum ducere gratissimum Nobis est. Res tamen ipsa tota et deliberatio non humanae voluntatis aut consilii est, sed Spiritus S. impulsus. Tum vero laetabimur oblatam esse nobis facultatem M-ti T. (quod semper facere cupimus) gratificandi* Idem ad eundem d. 17 Decembris h. a *De Venerabili autem fratre ep-po Britonoriensi, quem nobis commendaras cuiusque pietatem et virtutem eximiam semper plurimi fecimus, iam antea ad tuas litteras rescripseramus, et certe iam constitutos cum(s) animo nostro habebamus, quos potissimum hoc tempore ornare vellemus, cum nobis redditae sunt tuae litterae cumque numerum augere prohibebamur gravissimis de causis. Suo autem tempore, si vita suppetet, magnam eius quoque rationem habebimus* (*Arch. Vat Arm. i i Vol. 30 f. 247* et *272*v cop. reg.).

animum advertit[1]. Itaque C. neglectis aliis aemulis, uti secretarius domesticus Card. secretario status attributus est, re vera ipse hoc officio functurus. Dignitatem hanc d. 1 Ianuarii 1588 initam usque ad mortem Sixti V P. M. obtinuit, summa quidem industria praebita, cum totum onus litterarum et quae ad res civiles et ad ecclesiam et ad disciplinam populorum pertinebant, in eo consisterent, multa tamen molesta perpessus est neque exoptatum praemium accepit[2]. Etiam successoribus huius Pontificis M. Urbano VII, Gregorio XIV, Innocentio IX, Clementi quoque VIII, primo eius pontificatus anno, secretarius intimus apparuit, haec tamen munia ambobus nepotibus Petro et Cinthio Aldobrandinis, futuris Cardinalibus, oblata sunt.

Ipse quinque annorum laboribus Romae perfunctus, nullo praemio ornatus, a. 1593 Brittonorium revertit, ubi reliquam vitam degere destinatum ei erat. Semel tantum postea gravius suscepit munus, cum Alphonso II Atestino Ferrariae duce mortuo, legato Petro Aldobrandino attributus expeditioni copiarum Pontificis M., quae Ferrariam occupaverunt, interfuit[3].

---

[1] Card. Rusticuccius d. d. Romae 9 Decembris 1587 haec ei nuntiavit: *Havendomi N. S. ordinato ch'io pensi a qualche prelato, il quale sia a proposito per mettere appresso a l'Ill-mo S-r Card. Montalto, et essendomi sovenuta la persona di V. S., glie l'ho proposta et fatto quel testimonio, che conveniva, de le sue degne parti. La S-tà S. ha mostrato piacerli et volersi valere di lei in questo servitio, con ordinarmi di scriverli che se ne venghi a Roma, et così potrà fare — —* Card. Montaltus autem d. d. Romae 9 Decembris 1587 Caligario haec significavit: *Havendo dato N. S. al Card. Rusticucci il vicariato di Roma, si è compiaciuta S. S. ch'io debba servirmi nei negotii di secretaria che quello Ill-mo maneggiava. Et perchè in tal servitio mi è necessario d'haver persona sufficiente che mi aiuti, essendone stati proposti a S. S-tà diversi, ciascheduno di essi di fede, di consiglio, di esperienza et sufficienza ne l'esercitio di tal secretaria, si è contentata S. S-tà in gratia mia di fare elettione de la persona di V. S. Per la qual cosa, a la ricevuta di questa, si contentarà spedirsi quanto prima di costà et incaminarsi a la volta di Roma, sicura ch'io sempre la proteggerò et aiuterò in ogni occasione —* (Scelta di curiosità litter. Disp. 198 p. 231 et 232).

[2] Caligarium munere hoc summo cum labore et insigni industria functum esse ostendunt epistolarum minutae manu propria scriptae *(Arch. Vat. Princip. Vol. 149 et 151)* et registra epistolarum nomine Sixti V P. M. necnon Alexandri Card. Montalti ab eo exaratarum *(Borgh. II 494* et *495)*. Vid St. Ehses, Nuntiaturberichte Frangipanis (Quellen und Forschungen der Görresgesellschaft VII. Paderborn 1899) p. IX sq. Card. Gaetanus d. d. Lutetiae Parisiorum 16 Septembris 1590 ita Caligario scripsit: *E' verissimo che V. S. ha patito un martirio di tre anni con gran maraviglia et laude de la sua patientia — — Le fatiche di V. S. ricercavano senza dubbio gran rimuneratione, ma s'ella l'è stata fin hora negata, le restarà sempre acceso il credito con la Sede Ap.; et in ogni evento è gran ricchezza la virtù et l'essere giudicato meritevole di maggior fortuna. Io stimo tanto il valore di V. S. et son così affettionato a la sua amorevolezza, ch'io non lasciarò mai occasione di poterla honorare — —* (Scelta di curiosità letter. Disp. 198 p. 235 sq.)

[3] *Substitutio et deputatio Caligarii per Petrum Card. Aldobrandinum, totius status et exercitus ecclesiastici generalem superintendentem, in civitate et ducatu Ferrariae*

Cur ultimi huius meriti C. septuagesimum iam vitae annum agens, nullum praemium acceperit, haud facile intelligi potest. Qui vitam ab eo ipso enarratam continuavit, haud procul tum, ut a. 1586, afuisse affirmat, quin Cardinalis crearetur, sed eosdem adversarios, principes Italiae Patrimonii S. Petri vicinos, quominus id fieret, obstitisse, cum C. iuribus S. Sedis Ap. consulentem, recuperationem eorum finium, qui ad Patrimonium S. Petri spectarent, probavisse scirent[1]. Fortasse M. Ducem Etruriae, qui multum in Curia valebat, hac voce demonstrari voluit. Haud dubie tamen verae causae in moribus potius ipsius Caligarii (vid. cap. seq.) quaerendae sunt, qui mirum in modum invidiam hominum sibi conflavisse videtur. Quo tamen modo hoc praecipuum impedimentum, quod eius alta consilia pervertebat, sibi comparaverit, explicari non potest. Admodum enim mirum est virum tam gravibus functum muneribus, laboriosum et sine dubio utilem, cum diu variorum Pontificum Maximorum secretarius intimus fuisset, qui magistratus aditum ad cardinalitiam dignitatem dare solebat, non modo hanc non esse consecutum, verum etiam praemium nullum, ep patum saltem lucrosum, quod plane meritus est, accepisse. Haec res in vita C. obscurissima est, et si eis fontibus, qui nunc nobis patent, utimur, explanari nequit.

Exinde Brittonorii sede stabili collocata reliquam vitam dioecesi suae, patriae, litteris dedidit. »Sponsae suae«, cathedrali ecclesiae Brittonoriensi, semper prospicuus, suo ipsius sumptu nonnulla ep-palia bona recuperavit, cathedralem ecclesiam S. Catherinae restituit, sacristiam multis apparatibus instruxit, numerum mansionariorum auxit, in ruinis antiqui castelli a Gregorio XIII et Clemente VIII P. M. donati novam arcem ep-palem aedificavit[2]. Non solum ecclesia Brittonoriensis C. curae fuit, sed etiam de

30 Ianuarii 1598 (Brisighellae, *Commentario di Saletti f. 503* cop.). Vid. praeterea inf. App. N. 29 adn 27. Singula de Caligario, participe huius expeditionis, prostant apud Metelli, o. c. sub a. 1597 et 1598 p 457 sq.

[1] *Ascritto due volte al numero de futuri Cardinali, ma cancellato per maggior fortuna d'altri. o più presto per l'animo intrepido che mostrò sempre per la S. Sede Ap., per la quale con la gran prattica che haveva degl'interessi del suo stato, e con le dichiarationi espresse di voler potendo i luoghi a quella spettanti ricuperar, tenne molto inzelositi* (s) *i principi circonvicini. Et una volta fu, dopo ch'egli era ritornato dalla soddetta sua nunciatura di Polonia, ad instanza di quel Re — — e l'altra volta fu quando, fatta la parte notabile che egli fece nell'acquisto del ducato di Ferrara e servitio in spetie per pigliare il possesso attuale della Romagnola — quando il Pontefice medesimo che lo conquistò, in risguardo de meriti suoi, non meno antichi che moderni, tentò di promoverlo, ma da prencipi soddetti per i detti rispetti impedito, non li riuscì* (Brisighellae, *Commentario di Saletti p. 503*).

[2] Vid. Matteo Vecchiazzani, Historia di Forlimpopoli, a. 1647. P. II p. 325. De inscriptionibus Brittonorii a Caligario appositis haec in *Commentario Saletti f. 503* proferuntur: — — *una, cioè fatta riporre da lui in faccia del proportone della torretta,*

ecclesia patriae suae Brisighellensis laboravit, ut titulo collegiatae ornaretur (quod a. 1603 effectum est) eique aliquotiens pecuniam quandam assignavit, thesauro autem ipsius reliquiam S. Crucis, quam in consecretione sua a Regina Poloniae Anna acceperat, unacum adamante in Lusitania sibi donato legavit. Praeterea proventus praedii Cavullo aliarumque possessionum ad iuvenes familiae suae, et his deficientibus, alios etiam Brisighellenses educandos destinavit[1].

Litteris, quarum studio semper iam dudum ardebat, libere nunc operam dare potuit. Iam adolescentulus carmina scripsit[2], postea tamen historiam tractare coepit, fortasse auctore claro Carolo Sigonio, quo familiariter usus est quique eum in libro De Regno Italiae adiutorem suum appellat[3]. C. autem, qui monumenta praeteritorum temporum nunquam negligebat et parochus in Plebe Octavi antiquas inscriptiones explanabat, Sigonium vehementer adhortabatur, ut historiam inclytae abbatiae S. Silvestri Nonantulanae describeret[4]. Nuntius Ap autem non solum in theologiam incumbebat, sed etiam rerum gestarum scriptores evolvebat et cum in Po-

mediante la quale si entra nella Roccha, con tanta sua spesa, come si è detto, resarcita, la qual memoria però hoggi di più non si vede, nè io, che la ho veduta, del di lei tenore più mi ricordo, per haver il luogo suo meritamente ceduto ad un'altra maggiore, e l'altra fatta scrivere da non indotta mano sotto il cornicione che dalla parte di dentro circonda la cathedrale medesima, alle di lui spese come pur qui sopra edificata, la quale tuttavia a lettere cubitali ivi si legge del tenore infrascritto cioè: Io. Andreas Caligarius ep-pus Bertinorii a fundamentis erexit anno D. 1601. Orantibus in Deo isto dimitte peccata D-ne Deus et ostende eis viam bonam. Exaudisti D-ne orationem servi tui Io Andreae ep-pi, ut aedificaret templum hoc nomini tuo, benedic et sanctifica illud. Despice D-ne de sanctuario tuo super domum orationis et obsecrationis. Conserva domum istam immaculatam in aeternum. Domus mea domus orationis vocabitur; in ea is, qui petit, accipit et qui quaerit, invenit ac pulsanti aperietur.

[1] Apud Metelli, o. c. passim.

[2] Vid. R. Reichenberger (Quellen und Forschungen der Görresgesellschaft B. X) p, 433. Versus eius Italicos: *Al sepolcro del cane guardiano della greggia* ed Angelo Mazzoleni, Rime oneste de'migliori poeti antichi e moderni — — Bassano 1777. P. I.

[3] Historiarum de Regno Italiae libri XV (Venetiis a. Iordanem Zilettum. Index) inter ceteros, qui *ad haec conquirenda et colligenda auctoritatem, studium operamque suam mihi praestiterunt, Iohannes Andr. Caligarius referendarius Ap.* nominatur

[4] D. d. ex Plebe Octavi 29 Decembris 1571 ei scripsit: *Memini superioribus diebus Bononiae cum una essemus familiariterque, ut fit inter nos, colloqueremur, eo tandem delapsum fuisse sermonem nostrum, ut ego quidem apud te, virum scilicet omnis vetustatis amatorem, multis verbis commendarem — — vetustum — Nonantulanum monasterium. Cum enim haud ita pridem ab homine omnium humanissimo, Io. Francisco Bonhomine* (Bonomi), *illius ipsius monasterii praefecto, perbenigne accersitus eo venissem attentiusque tum sacrarum aedium magnificentiam, tum plura veteris disciplinae vestigia mente atque oculis perlustrassem, dicam ingenue — — me commotum sensi.* Cohortatar Sigonium, ut eiusdem monasterii N. historiam conscribat, *qui labor 30 plus minus dierum (non enim ultra, ut reor) insumendus erit* — — (Girol. Tiraboschi, Storia dell'augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola. Mutinae 1785. T. II p. XV).

lonia esset, clarum historicum Ianuensem Ubertum Folietta, ut primam et secundam Stephani Regis contra M. Ducem Moscoviae expeditionem memoriae proderet, monebat eoque consilio materiam ei suppeditabat [1]. Praeter vitam S. Ruffilii, primi ep-pi Fori Pompilii, gravissimus liber, qui ad historiam pertinet, epistola eius est ad Hieronymum Mercurialem de Forlivio (Forli), professorem medicinae in universitate Pisana, d. d Brittonorii 15 Decembris 1594, qua brevis descriptio et historia Brasichellae atque vallis Hamonis continetur. Quod opusculum flagranti patriae amore insigne, necnon alius eius libellus inscr. *Notizie che riguardano la famiglia Caligari*, magnae antiquorum historicorum notitiae documenta sunt [2].

Plurimi tamen ipse C aliud opus suum, *De legatis et legationibus*, aestimavit, quod »iuvenioribus praelatis, qui Romae ad capessendam rem publicam ecclesiasticam maxime vacant, magnas afferet utilitates«. Dolendum est, quod id opus desideratur, ne id quidem scimus, an perfectum sit, nam etiam nunc multas non satis notas res, quae ad hanc causam pertinent, procul dubio explanaret. Quia autem audimus aequales ob notam C. rationem prudentiamque saepe eum consuluisse, conici potest C. eo inductum, libellum hunc iunioribus eis, qui rem publicam capessebant, destinatum scripsisse [3].

[1] D. d. Lisbonae 2 Aprilis 1576 scripsit Card. Comensi: *Chi legge l'historie di questo Regno, vede che la M-tà di Dio in tutti i tempi ci ha operato diversi miracoli (Arch. Vat. Nunz. Portog. Vol. 2 f. 301* orig.). In Polonia opera Cromeri, Herbersteini, Bonfinii et Crantzii legebat. De Ub. Foghetta vid. N. 150 adn. 2. Observanda est opinio, quam de operibus Nicolai Macchiavelli d. d. Gracch 7 Octobris 1585 Card. Rusticuccio expressit: *Fra tutti i libri che uscirono mai di qualsivoglia perverso heretico o empio atheo, non credo siano li peggiori nè li maggiori nimici a cotesta S. Sede et a tutta le religione christiana, che li libri di Niccolò Macchiavelli Fiorentino, et per nostra mala ventura hoggidì non è libro niuno più letto (Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 68 f. 181* orig.).

[2] Primum ed. ab Antonio Metelli, inscr.: *Lettera di Mons. Gio. Andr. Caligari edita per le nozze del Conte Teodorico Rasponi, governatore di Brisighella.* Faventiae 1842; postea ab Alberto Bacchi della Lega in Scelta di curiosità letterarie Bononiae 1883. Disp. 198. p. 13 sq. inscr.: *Cronica di Brassichella e Valle di Amone.* Ibidem (p. 1) *Notizie che riguardano* etc.

[3] A Saletto tria testimonia typis excussa, quibus Caligarius laudatur, afferuntur: Stanislai Socolovii ex praefatione ad concionem in consecratione Caligarii habitam (Vid. N. 229 adn. 2) et Bonifatii Vannozzi (secretarii Card. Henrici Gaetani, legati Ap. In Polonia a. 1596—7), qui Hieronimo Lunadoro haec scripsit: — — *Mons. di Bertinoro fu già nuntio ordinario in questo istesso Regno* (Polonia), *e guadagnò assai alla chiesa: fu di tanta autorità che, quando si diceva Coriarius dicit, taceva et applaudeva ogn'uno.* S. Pontifici autem Clementi VIII: *Con questa sarà la instruttione, che mi servì di ottima pedagogia per negotiare con quei ministri regii, appresso de'quali egli fu di molta autorità al tempo della sua nuntiatura; e trovammo che il suo nome vi era tuttavia molto celebre, et era passato poco meno che in Paremia: Coriarius dixit, che di casa Coriaria era il detto vescovo e nuncio di Bertinoro.* (Vol 1 f. 408 ed.

Etiam epistolas suas magni habebat, cum se et Latine et Italice scribendi peritissimum putaret. Quoniam autem in primis ad utilitatem animum intendebat, ut his exemplis nuntii futuri erudirentur, colligebat eas et fortasse editurus erat (ut collectionem in *cod. Bracchini*, vid. sup.), quod tamen consilium exeunte vita mutavit. Omnia epistolarum suarum registra Pontifici M. tradere constituit, prius tamen bono scriptore Latino, quem quaerebat, adiuvante eas percensurus et correcturus erat, sed morbo oppressus inceptum in tempus posterius distulit, neque tamen peregisse videtur, quoniam supremos vitae annos assiduis doloribus vexatus degebat [1].

---

etiam a Ciampio o. c. I p. 122,) et Vol. III f. 498. Editio haec nos latet). Idem Vannozzi alia etiam epistola (s. l. d.), qua a Caligario petivit, ut dubium quoddam sibi dissolveret, haec ei scripsit: — — *siccome ella vale in tant'altre facoltà et scienze, in questa dello scrivere et dello ufficio secretariesco* (s) *io non so chi ne sappia più di lei. Nè ve ne vuole altra dimostratione, che quella di più Sommi Pontefici servitisi di lei in questo mestiere et più importante della corte* — — — (B. Vannozzi, Delle lettere miscellanee Venet. 1606 p. 229). In Polonia quoque oblivioni non erat deditus, nam Iohannes Demetrius Solikowski, archiep-pus Leopoliensis, tempore legationis a Caligario perfunctae secretarius Regis Stephani, Caligario amicissimus, d. d. Varsoviae 16 Martii 1597 ei scripsit: — *Sancte affirmo R-mae D. V. vivam semper et continuam illius apud nos memoriam esse et vigere (Cod. Bracchini f. 241* cop.). Caligarius autem epistolis suis ad Polonos nonnullos scriptis, quae tamen post obitum Regis Stephani rarissimae sunt, fere usque ad finem vitae ostendebat res Polonas a se non alienas esse (Brisighella, *Cod. Bracchini et Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A* passim).

[1] De his epistolis paullo ante mortem suam d. d. Bertinorii 18 Iunii 1611 Angelo Pagnonio cuidam ita scripsit: — — *Cum itaque in legationibus Ap., quas complures gessimus aliisque muneribus publicis nobis a Romanis Pontificibus impositis, plura epistolarum quasi volumina conscripsimus cum ad Reges et principes, tum ad episcopos ceterosque Ecclesiae praelatos, in iisque ipsis epistolis plura contineantur, quae vel rem et commodum, vel dignitatem et honorem eiusdem S. Sedis Ap. maxime complectuntur eaque omnia facili negotio perire possint, maxime si dum vivimus, in illis perpoliendis nulla praeterea per nos adhibita fuerit diligentia, statui ego incommodo huic, quantum in me est, obviam ire et has ipsas epistolas in manus sumere, de integro reconoscere* (s) *et in certum quempiam ordinem redigere easque sic recognitas et in ordinem redactas S. Romano Pontifici, ad quem iure spectant, reddere et restituere. Verum enimvero, quoniam gravissimo octoginta quatuor annorum aetatis pondere premimur viresque tam animi quam corporis magis magisque in dies nos deficiunt ac ne morbi quidem, qui senectutem consequuntur, procul absunt, a te etiam atque etiam vehementer peto et — — rogo, ut si quem fortasse istic nactus es, qui politioribus istis nostris litteris instructus sit et latine eleganterque scribendi facultate polleat mihique in eo ipso opere, quod meditor, usui atque adiumento esse possit, primo quoque tempore eum ipsum ad me Bertinorium mittas* Doloribus tamen tum renum tum urinae vexatus, negotium hoc in aliud commodius tempus deferendum duxit. (Idem ad eundem 2 Iulii 1611 *Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 392ᵛ* sq. cop. reg.). De Caligarii registris, quae in Arch. Vat. asservantur, vid. sup. p. XXXVI adn. 2. D. d. Brittonorii 20 Septembris 1612 ita scripsit Card. Galamino: *La vita mia in questo mondo non è altro che una prorogata miseria et martirio di tanti dolori che di quando in quando mi assaliscono, ma poichè così è grata a V. S. Ill-ma, mi contento di quello che piace a Dio et a lei. La luna nuova passata che fece lunedì a li 24 di questo, me ne dette una stretta terribilissima, ma passata quella*

Cum vitae exitum instare intelligeret, quae fieri vellet, mandavit et d. 19 m. Ianuarii a. 1613, octoginta sex annos natus obiit. Conditus est Brittonorii in cathedrali ecclesia, in choro post altare magnum in sepulcro, quod sibi et successoribus suis exstruxit. In collegiata Brisighellensi nostra aetate tumulus honorarius cum imagine ficta constitutus ei est[1].

III. Quid Caligarius, nuntius Ap., in Polonia egerit.

Exemplum Pii V P. M. secutus, Gregorius XIII P. M. id sibi potissimum curandum statuit eumque gravissimum pontificatus sui finem existimavit, ut cum infidelibus et haeresi contenderet atque placita concilii Tridentini exsequeretur, ut inde ecclesia catholica reformaretur renovareturque. In Polonia conatus illi haud facile ad prosperum effectum adduci poterant, nam in ipso initio pontificatus Gregorii XIII ultimus e stirpe Iagellonorum Rex sine prole mortuus est, tempore autem interregni cum primi post excessum Sigismundi II Augusti, tum secundi post fugam Henrici Valesii, Sedes Ap. summo studio hoc tantum curabat, ut catholicus Rex eligeretur. Constanter ideo Sedes Ap. familiae Austriacae favebat, cum domum illam firmissimum fidei catholicae columen esse censeret. Iam igitur tempore primi interregni Card. legatus Commendonus tunc solum Henricum Valesium fovere coeperat, cum nullum Austriacum Regem eligi posse omnibus patuit. Cum autem post Regnum Galliae ad Henricum delatum apparuisset Regnum Poloniae simul ab eodem retineri non posse, Curia Romana rursus Vincentio Laureo, ep-po Montis Regalis, nuntio Ap. praecepit, ut omnino prohiberet, ne haereticus Rex eligeretur, sed unum ex archiducibus vel ipsum Imperatorem Maximilianum II foveret[2]. Enixis

---

combustione, ho ritrovato un' poco di requie — — (Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A. f. 406 cop. reg.).

[1] Inscriptio, quae a. 1618 capitulo Brisighellensi commendabatur, ut in lapide insculperetur, prostat in *Saletti Commentario f. 509*, quae autem ab Ughellio (Italia Sacra II p. 616) profertur, hodiernae similis est. Caligarii imago picta, quae in sacristia collegiatae Brisighellensis asservatur, incipiente saec. XVII facta esse videtur.

[2] Card. Comensis nuntio Ap. Laureo haec s. d. mandavit: — — *potendo la elettione cadere in un figliuolo dell' Imperatore, haverà V. S. caro sopra tutti gl'altri — — et a questo V. S. si adopererà con ogni industria, ma quando la prattica dell' Imperatore non riuscissse al desiderato fine, avvertirà di governarsi in maniera, che per tal causa non si trabocasse in un heretico.* D. autem 2 Iulii 1575 haec eidem scripsit: — — *et perchè, venendosi con effetto (secondo si crede) a nuova elettione, non si vede miglior refugio per la religione et per il beneficio di christianità, che l' Imperatore o un dei figliuoli, persisterà conforme all' ordine antico in dargli ogni favore (Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 171 f. 241* et *293* min.).

igitur studiis Laurei factum est, ut fere omnes ep-pi magnaque senatorum saecularium pars Maximilianum II Regem Poloniae elegerint. Attamen aliquot senatores magnaque nobilium multitudo, a domo Austriaca aversissima, paucos post dies sororem defuncti Sigismundi II Augusti, Annam, Reginam nuncupavit ipsique Stephanum Bathory, Transsilvaniae principem, maritum et Poloniae Regem designavit.

Ceterum in utraque tam Caesarianorum, quam Bathorianorum factione protestantes permulti erant[1]. Curia autem vera constantique invidia Stephanum Bathory prosequi vel inde non poterat, quod ille, princeps etiam tum Transsilvaniae, postquam Gregorius XIII pontificatum ingressus est, Martinum Berzevicium legatum cum obedientia ad Pontificem M. mittendo, suam fidem pietatemque in ecclesiam catholicam palam sincereque ostenderat. Ecclesia quidem catholica in Transsilvania id temporis prorsus collapsa erat Stephanusque Bathory saepius Roma admonebatur, ut templa divina bonaque olim ab haereticis rapta ecclesiae restitueret redderetque[2]: ille tamen non semel Romae de Iesuitis in Transsilvaniam mittendis agebat, qui ad catholicam religionem ibi restituendam conferrent[3]. Sinceritas quidem eius fidesque catholica ab adversariis in dubium vocabatur, at etiam Maximiliani II fidem catholicam parum sinceram fuisse notum erat. Curia igitur revera non propter causas ad religionem, sed ad publicas potius res pertinentes, Imperatoris partes fovebat: id enim praecipue agebatur, ut foedus principum christianorum adversus Turcam renovaretur. Maximilianus II autem, Poloniae Rex factus, ad hoc consilium perficiendum multo aptior, quam Stephanus, Turcae vasallus, videbatur, qui, Rex Poloniae, suspicionem et metum moveret necesse erat. Cum igitur Stephanus adversarium anteveniens, cito in Poloniam pervenisset et Cracoviae diadema Regium accepisset, cumque in omnibus Regni partibus Rex consalutaretur, Sedes Ap. maxime perturbata est, cum neque Imperatorem deserere, neque Stephanum inter inimicos numerare gratiamque eius spernere sibi integrum esset. Et revera, postqnam Laureus, dum novum Regem convenire non vult auctoritatemque eius non agnoscit, »gentilmente« Poloniae fines relinquere coactus est, Curia haec nuntii Ap. facta non lau-

---

[1] Zakrzewski W., Stefan Batory (Kraków 1887) p. 51.

[2] *Un breve al principe di Transilvania — — esshortandolo alla restitutione delli huomini, beni et cose ecclesiastiche nel paese suo — —* (*Nunz. Polon. Vol. 2 f. 11.* Mandatum ad breve confic.). Eiusdem rei nuntium Ap. Vincentium a Porticu Card. Comensis d. d. Romae 21 Martii 1573 commonefecit (*Nunz. Polon. Vol. 172 f. 92*ᵛ min.).

[3] Epistolae Stephani Bathory, principis Transsilvaniae, ad Gregorium XIII P. M. d. d. Albae Iuliae 15 Septembris 1572 (*Nunz. Polon. Vol. 2 f. 143* et *147* or.), 14 Septembr. 1574 et 28 Martii 1575 (*Nunz. Polon. Vol. 7 f. 208* et *Vol. 8 f. 115* sq. or.). Praeterea vid. inf. N. 6 adn. 1.

davit, cum Stephani benevolum in se animum probe novisset[1]. Quamquam igitur nuntii Ap. discessus protestantes Polonos maxima laetitia afficiebat, Card. Moroni autem ad Imperatorem in conventum Ratisbonensem missio suspicionem non parvam in aula Stephani movebat[2], litteraeque Laurei apertam novi Regis invidiam spirabant, mox omnis discordia et malefida consuetudo desierunt, cum post mortem Maximiliani II illarum origo sublata est.

Initio tamen nova Sedis Ap. Stephanique Regis amicitia sinceritate caruit neque ab omni parte mutuae fidei vinculis continebatur. Etiamsi Romae notum esset — qua de re Laureus quoque mentionem fecerat[3] — nuntium Ap. domui partibusque Austriacis amicissimum, in Regem autem Stephanum admodum infestum, neque huic Regi neque amicis eius gratum esse posse; etiamsi Curiae persuasum esset ad strictiorem amicitiam coniungendam novo quodam nuntio Ap. opus esse, suspicio atque timor prohibuerunt, quominus revera novus aliquis nuntius in Poloniam mitteretur. Itaque ob sagacitatis et constantiae famam Laureo commissum est, ut etiam apud Stephanum Regem nuntius Ap. consilia eius diligentissime observaret ac dirigere conaretur. Romae videlicet notum erat Regem, auxilio factionis Austriacae domui infestae throno impositum, Imperatori autem Turcarum subiectum, haud facile ad foedus amicitiamque cum Imperatore Rudolpho II sese applicare posse, quod potissimum Sedes Ap. cupiebat. Laureo igitur praeceptum erat, ut sensim Stephani Regis animum ad consilia Sedis Ap. adiuvanda flecteret, »cum novus Rex alius esset, quam quem Curia videre vellet«[4]. Laureus tamen, quamvis unus

---

[1] Card. Comensis d. d. 21 Ianuarii 1576 Laureo haec scripsit: *In caso che la dissensione seguitasse tra gli eletti, so che V. S. — — si porterà in modo, che non darà giusta causa al Transilvano di restar mal satisfatto di noi, poichè, essendosi mostrato catholico et osservante di N. S-re et di questa S. Sede, non merita di essere sprezzato, ma però non si dia causa alcuna all'Imperatore di sospettare che habbiamo nè alienata, nè divisa la volontà.* D. 24 Martii 1576: — — *Ma se l'Imperatore ne cedesse — — et così esso* (Transilvano) *che fosse catholico, pervenisse per consenso universale o de la maggior parte del Regno, V. S. ancora haverà da riconoscerlo per tale — — facendo scusa ancora di quello che da noi si è fatto per l'Imperatore.* D. autem 7 Iulii 1576: — — *non resterò a dirle che a N. S-re sarebbe piacciuto che V. S. — non havesse fuggita, ma abbracciata l'occasione — di trovarsi con esso Transilvano* — (*Nunz. Polon Vol. 171 f. 304* et *f. 309* cifr., *f. 322* min.).

[2] Vid. Zakrzewski W., Stefan Batory p. 57 et Nuntiaturberichte Ab. 3, B. I. ed J. Hansen.

[3] Wierzbowski, Laureo p. 486.

[4] Card. Comensis Laureo d. d. 29 Decembris 1576 haec nuntiavit: — — *essendo veramente di grande importanza che in questo principio V. S. si trovi presente alle attioni del Re — — Sopra tutto si ha da premere in divertirlo dalla intelligenza col Turco et interessarlo con li principi christiani, et massime con questa S. Sede, dalla quale può aspettare tanti honori et beneficii: ma però è da procedere con molta destrezza.*

ex ingeniosissimis id temporis nuntius esset, etiam post reditum in Poloniam — studia sua benevolentiamque in Austriacam domum ita ostendebat, ut neque in aula Regis carus acceptusque esse posset, neque ad amicitiam Regis novique Imperatoris, Rudolphi II scilicet contundendam conferre valeret, quod Pontifex M. praecipue cupiebat, cum de faciendo foedere Regis Imperatorisque adversus infideles cogitaret. Laureus vero, haud ambiguus Imperatoris amicus, nimis studiose negotia Sedis Ap. et Imperatoris eadem fere esse contendebat, indeque Regis Stephani fidem sibi conciliare non poterat[1]. Altera tamen ex parte Rex, cuius revera cum propter magnam auctoritatem ecclesiae catholicae in Polonia, tum propter sua negotia externa maxime interetat, ut benignitatem sibi Sedis Ap. pararet, tantam benevolentiam erga res ecclesiae Romanae in Polonia prae se ferebat, ut et ipse Laureus mox maiore cum aequitate eum aestimare coepisset, quamvis usque ad finem suspiciones suas omnino non deponeret. Ceterum debitam nuntio Ap. reverentiam semper et ubicumque Rex exhibebat, qui ne verbo quidem offensum se laesumque esse ostendebat. Itaque Pontifex M. tempore reditus Laurei, dum Regi gratias agit eumque benevolis votis prosequitur, quodammodo testatus est suspiciones nuntii Ap. ratione caruisse[2].

Dum igitur Laureus successori suo Caligario munus officiumque suum per manus tradit, res eiusmodi erant: societas Stephani Regis cum Imperatore rupta erat, aeque ac cum Galliae Regno, nam Henricus III sceptrum Poloniae sibi deberi contendebat; Hispania vero novum Poloniae Regem spernere videbatur. Attamen amicitia quaedam inter Stephanum Regem et nonnullos Germaniae principes, protestantes, intercedebat, qui bellum cum Gedano componendum curaverunt, item cum Rege Suetiae, Iohanne III, qui sororem Annae, Catherinam, uxorem a longo iam tempore habebat. Maximum autem amicum Turcarum Imperator se ferebat, qui Stephanum

---

non curandosi di affrettar troppo, ma più di pigliarlo a poco, come huomo che sin hora è stato molto diverso da quello che noi cerchiamo che sia (*Nunz. Polon. Vol. 171 f. 342* cif.).

[1] Vid. L. Boratyński, Stefan Batory i plan ligi przeciw Turkom. Rozpr. Wydz. hist. filoz. Akad. Um. Kraków. T. XLIV p. 212 sq.

[2] Laureus d. d. Petricoviae 10 Maii 1577 haec Card. Morono scripsit: — — *il Re mi ha veduto volentieri et mostrata tanta humanità et confidenza, ch'io posso entrare in speranza di preparare la strada al mio successore — — Il prencipe mi riesce pio, prudente et animoso, in modo che di lui si può sperare ogni gran cosa. Rispetto all'animo et al grado suo non è ricco, et è desiderosissimo di gloria — — odia a morte la tirannide degli infedeli* (*Arch. Vat. Concil. Vol. 71 f. 136* sq. or. manu prop. scr.). Vid. etiam Wierzbowski, Laureo p. 695. Card. Comensis autem Laureo d. d. Romae 14 Iunii 1578: — — *N. S-re ha preso molto contento, vedendo — — con quanta pia et buona trattatione lei habbia sigillato la nuntiatura sua con la M-tà del Re, de la cui fermezza et devotione verso la fede catholica et questa S. Sede sente S. S-tà di continuo maggior satisfattione* (*Nunz. Polon. Vol. 172 f. 274* min.).

et Poloniam adversus domum Austriacam accendere cupiebat. In ipsa autem Polonia protestantium confessiones a Stephano demum omnem securitatem acceperunt., qua adhuc carebant. Confoederatio enim Varsoviensis »inter dissidentes in religione«, scil. inter nobiles catholicos et protestantes iam tempore primi interregni a 1573 facta, ab Henrico Valesio non approbata, a Stephano autem iureiurando sancta, iam inde vim verae legis obtinuit, qua protestantes palam semper niterentur [1]. Episcopi quidem totusque ordo ecclesiasticus huic confoederationi intercedentes, nunquam eam agnoscere voluerunt. Rex tamen, ex quo illam sanxerat, violare noluit; si vero a quovis protestantes gravius laesi sunt, quod admodum raro accidebat, severrime puniebat. Stephanus enim, quamvis procul dubio sincerus piusque catholicus esset, diversas religiones in Polonia vi tollere recusabat, bella civilia ad religionem pertinentia reformidabat. Persuasum ei quidem erat religionis cultusque divini diversitatem Reipublicae damno Poloniamque omnem catholicam futuram esse, tamen concordiam unitatemque civium in hisce rebus placida ratione atque via parare cupiebat ita nempe, ut haeretici sua sponte sine ulla vi ad ecclesiam catholicam converterentur.

Instructio novo nuntio Ap., Caligario scilicet data, benevolentiam hanc Regis sinceraque eius studia respiciebat: nulla enim in illa neque confoederationis mentio invenitur, neque ipsam confoederationem revocandam tollendamque postulat, neque praecipit, ut pax cum Turca rumpatur. Caligario solum agendum efficiendumque erat, ut a Rege res ecclesiae praesenti semper auxilio adiuvarentur, quod eo modo fieri posset, ut honores dignitatesque bonis potissimum catholicis tribuerentur. Curandum quoque nuntio Ap. erat, ut Rex cum Imperatore amicitia iungeretur, cum ea condicio esset, sine qua foedus contra Turcam fieri non posset [2]. Revera igitur Caligarius res agendas Laurei continuaret necesse erat et quidem cavere debebat, ut protestantium auctoritas imminueretur, ne Rex amicitiam Turcae magni aestimaret, neve foedus consuetudinemque cum Sede Ap. et Imperatore Rudolpho II recusaret, quocum nuntius Ap. praesens Vindobonae acturus esset. Ceterum novus nuntius Ap., quamvis ecclesiae eiusque rerum diligentissimus defensor, domui Austriacae non aeque ac Laureus deditus erat, quae res haud parvi momenti erat. Atque etiam propter rivalitatem quandam cum antecessore suo cito facileque suspiciones omnes deposuit, quas ab inimicis Regis audiverat et ubiprimum Regem convenit, naturam et ingenium eius admiratus, haec Romam scripsit:

[1] Vid. Zakrzewski W., Stefan Batory p. 69.

[2] Vid. inf. N. 4.

Questo Re è stato calumniato a torto di molti vitii[1]. Haec admiratio eius intra longius temporis spatium integra veraque permansit, excepto quod aliquando Regem suspicatus est, quod cum Anna uxore divortium facere vellet. Multus strenuusque in rebus Sedis Ap. defendendis, paulatim gravem singularemque Regis condicionem recte aestimare didicerat, qui propter Transsilvaniam possidendam a Turca pendebat, in Polonia autem potentem etiam tum protestantium factionem neglegere non poterat. Per totum igitur tempus legationis suae amicitiam consuetudinemque Regis firmandam servandamque curabat, ac inde coram Sede Ap. facta eius benevolumque animum enixissime iuvit: defendit eum tunc quoque, cum Paulus Uchański tempore itineris magno aere alieno conflato, Romam legatus cum obedientia nimis sero pervenerat, qua re maiestas et auctoritas Regis laederetur; paulo post una cum Rege id agit, ne Romae Paulus Uchański legatus haberetur, Petri autem Dunin Wolski, ep-pi Plocensis, profectionem Romam maturat, ut novus legatus familiaritatem Regis et Pontificis M. firmaret. Cetera eius facta si hic silentio transmittimus, id certe memoria dignum est, quod Regis studia in Andrea Bathory munere coadiutoriae Varmiensis augendo diligentissime fovit eundemque Andream, fratris Regis filium, sincero amore prosequebatur, quod certe Regi pergratum erat.

Epistolas Caligarii evolventes, plerasque proprietates Regis perspicaciter animadversas invenimus, quibus ad naturam Stephani, grati scilicet bonique viri, plane cognoscendam, mirum in modum informamur. Conspicitur igitur nobis, dum in ecclesia officiis divinis adest, dum cum nuntio Ap. colloquitur et gravioris momenti res more suo enotat, dum in ceteris consilia eius fovens, saepe tamen dignitatem suam defendere haud nescit, aliquando verum nullo modo flecti potest, ut aliquid faciendum concedat. Praeter res ecclesiae negotia publica, praeter bella theologia quoque erat, cuius cognoscendae Rex semper cupidus erat. Quibus in sermonibus gravitatem constantiamque, simul vero simplicitatem militis semper exhibuit, cui tamen neque astutia in rebus publicis, neque clara mens, neque eloquentiae arcana deerant. Cum autem quoque Caligarii salse lepideque dicta hilari risu vultuque accipiebat, qua re carus acceptusque ei factus est. Animadvertimus Regem tempore comitiorum diligentissime consiliis senatus interesse, aut inter proceres hilari commissatione laetari; aliquoties legimus ibi de Stephano venationis cupidissimo, qui saepius praedam in silvis nactam Caligario dono mittere solebat. Admirator quoque Caligarius multusque est in laudanda pietate Regis; iam e Polonia revocatus, invitus Regem relinquit; in Italiam autem reversus, mutuas ab illo epistolas accipit mittitque; gratiae sese

[1] Vid. inf. N. 47 decifr.

eius auctoritatique commendat, cum auxilio huiusmodi Regis, tot scilicet victoriis clari, dignitatem Cardinalis longius iam exoptatam assecuturum se esse speret; senex iam, viginti annis post mortem Regis, grata piaque memoria defunctum prosequitur[1]. Quae cum ita essent, Caligarius, quamvis aequa atque Laureus indole in publicis rebus gerendis praeditus non esset, melior quam ille pacis et concordiae negotiator evasit magisque, quam adhuc erat, ad Regis Curiaeque Romanae consuetudinem arctiorem reddendam contulit. Ex altera enim parte in epistolis suis merita Regis de catholica fide in Polonia propaganda assidue laudabat, ex altera vero altum eius ingenium eximiamque virtutem haud minimi pendens, causarum eius consiliorumque rationem semper habuit: studebat enim, ne Rex ecclesiae catholicae res praesenti auxilio adiuvans, proprias minime neglegere cogeretur, immo vero summa vi id egit, ut consilia bonaque utilitatesque ecclesiae Regisque eadem fere essent.

Pontifici M., ex quo cum Stephano Rege meliorem rationem habuerat, ea gravissima cura erat, ut Poloniae Regem arctioribus vinculis cum illis catholicis principibus coniungeret, qui aliquando foedus adversus Turcam facturi essent. Inde rationes condicionesque Poloniae cum domo Austriaca dilgentissime observabat veteraque foedera renovanda curabat; inde et Caligario et nuntio Ap. in aula Imperatoris commoranti, Horatio Malaspinae praecipiebat, ut hisce negotiis perficiendis interessent, quae longiore temporis spatio gerebantur, dum bis Lucas Podoski Pragam, semel autem Iohannes Cyrus, orator Imperatoris, in Poloniam proficiscuntur. Conatus tamen illi in cassum caderent necesse erat: Rex bellum adversus Moscoviam iam iam erupturum gravissimam rem esse opinatus, amicitiam Turcarum optabiliorem potioremque amicitia Imperatoris esse existimabat; foedere enim cum Turca manente, bona cum spe bellum incipere poterat, ab Imperatore autem praeter alias res castellum Szatmar Nemethy reddendum repetebat, quod olim a Maximiliano II occupatum erat. Hae res omnes pactiones inanes reddebant, cum uterque princeps ad Regnum Hungariae obtinendum contenderet, quaestio autem ea ad rivalitatem illam pertineret. Stephano vero Hungaria, utpote patria eius, summae curae semper erat. Praecipue a. 1581, cum Rudolphus II gravissimo morbo laboraret, Caligarius de Stephano, Rege Hungariae eligendo, plane loquitur et hoc consilium probat, qua in re diverse prorsus atque Laureus agit. Etiam paulo ante aperte partes Regis fovit Curiaeque persuasit, ut apud Imperatorem consilio Alberti Łaski, qui Moldaviam occupaturus esse diceretur,

[1] Vid. inf. App. N. 28 (p. 864 sq.).

intercederet[1]. Haec omnia artissime cum consiliis Regis cohaerent, qui de foedere adversus Turcam faciendo cogitare coeperat. Stephanus Rex enim, quamquam antea Turcae vasallus fuerat (id temporis Christophorus, frater eius, Transsilvaniae princeps fuit), in crebris cum Caligario colloquiis habitis consilium foederis illius faciendi semper in animo sibi esse contendebat, qua de re libenter disputabat seseque adeo belli cum Turca cupiditate teneri ostendit, ut Caligario futuri belli aptissimus dux videretur. Inde consilium illud non repudiabat, secundum quod Stephanus, Poloniae simul et Hungariae Rex factus, potestate Turcica in Europa fracta, Hungariam servitute liberaturus esset[2].

Quae Caligarius cogitabat cupiebatque, cum iis, quae ipsa Sedes Ap. sibi proponebat, sine dubio non concordabant[3], certam tamen rationem atque viam monstrabant, quae Stephanum ad bellum cum Turca impelleret necesse erat. Perspicuum enim fuit nihil profecturum esse unicum consilium Curiae, quod tempore legationis Caligarii Regi propositum erat, scilicet ut Turcae, cladibus a Persa acceptis labefactato, iam post initium belli Moscovitici pace cum M. Duce Moscoviae facta, arma una cum aliis principibus christianis, imprimis cum Philippo II et Venetis inferret[4]. Ceterum mox et Curia ipsa id consilium reiecit. Opera tamen et consilio Caligarii factum est, ut eluceret, quo modo in animo Regis foedus contra Turcas faciendum cum consiliis de futuris Hungariae rebus cohaereret.

Sine auxilio Hispaniae foedus illud vix exsistere posse videbatur. Si autem Turcae vires bello cum Persis gerendo minuebantur, bellum Belgicum Hispaniam debiliorem reddebat. Semper tamen Philippus II fidei catholicae contra infideles bellantis caput habebatur maximeque a Curia aestimabatur. Stephani Regis autem, qui ab Europa catholica quasi separatus erat et a Philippo II neglectus, maxime intererat, ut huius Regis amicitiam pararet servaretque. Praeterea uxoris suae, Reginae Annae rem respiciebat, cui utpote filiae Reginae Bonae pecunia Neapolitana debebatur, ad quam recuperandam foedere bonaque consuetudine cum Rege

---

[1] Vid. inf. NN. 129, 140, 175, 348. De corona Hungarica: NN. 308, 309, 316, 319.

[2] Vid. inf. NN. 308 et 317 decifr.

[3] A Card. Comensi non est tamen vituperatus. Vid. inf. N. 329.

[4] Vid. inf. N 117. Consilium id renovatio antiquioris propositi (a. 1576) habendum est, secundum quod Austria, Persia, Moscovia foedus contra Turcam facturae essent (vid. K. Schellhass, Zur Legation des Kard. Morone. Quellen und Forschungen des k. preussischen histor. Instituts in Rom B. XIII p. 273 sq.), haec tamen mutatio intercesserat, quod in locum Imperatoris Maximiliani II Stephanus Rex successurus erat. Vetus tamen consilium ad rem utilitatemque Imperatoris, Regnum Poloniae scilicet assequendum pertinebat, novum vero, secundum quod Rex illud solum haberet, quod Turcae erepturus esset, studium eius Regnum Hungariae adipiscendi neglegebat ac inde minime Stephano placuit.

Hispaniae opus erat. Caligarius vero et ob res ad publica negotia et ad religionem pertinentes Poloniam cum catholicis principibus arto vinculo coniungere cupiebat at inde summa ope conatus Regis fovebat. Secundum praecepta ipsius Stephani Regis Iohanni Borgiae, legato Philippi II apud Rudolphum II ostendit, quanti momenti commercium fructuum Poloniae esset, qui Gedano in Belgium portarentur: hoc commeatu intercludendo rebelles fame ad obsequium cogi posse. Haec omnia ideo Stephanus dicenda praecipiebat, ut Philippus II bona sinceraque voluntate Poloniae Regis perspecta, faciliorem se ad foedus amicitiamque coniungendam praestaret, qua quidem in re iterum conatus Regis a Curia fovebantur [1]. Quamquam haec res id temporis prosperum non tulit eventum (litterae solum mittebantur et accipiebantur) et paulo post demum Polonia et Hispania, quod ad Belgicas res pertinet, meliore consuetudine uti coeperant, tamen Caligarius certe fuit, qui ad haec efficienda haud parum conferret [2].

Propter Belgicas res futurum quoque foedus Poloniae Daniaeque diligentius animadvertebat, plurimus vero in Suetiae negotiis observandis erat, quae Sedi Ap. maximi esse momenti probe sciebat. Praeter Possevinum tamen, quo pactionum foederisque cum Iohanne III faciendorum onus omne nitebatur, Caligarius fidus solum eius socius evadit, dum ipse consilium foederis inter Poloniam Suetiamque faciendi graviter strenueque fovet omniaque discrimina utriusqae Regni tollenda curat, ut eo modo auctore Pontifice M. plana via fidei catholicae in Suetia propagandae patefieret. Inde cum Andrea Lorichio, legato Sueco in Polonia, familiari amicitia iungitur, inde Suetiam, belli cum Moscovia participem, diligenter observat Possevinoque persuadet, ut Stephano Regi Vilnae primum obviam veniat [3].

Strenuus ille neque spernendae indolis S. I. pater, simul publicarum rerum peritissimus, qui cum in tot et tam longinquis regionibus, tum in Polonia plurimum egerat quique cum Stephano Rege mox iam tam bonam consuetudinem amicitiamque iuncturus erat, quam cum nullo alio principe, Caligario huius regiae amicitiae initium atque originem debuerat. Qui Possevinus idem atque antea Caligarius de Rege tulit iudicium et una cum eo Stephanum plurimum ad catholicam fidem in Oriente propagandam collaturum esse sperabat. Maxima enim concordia inter utrumque pontificium legatum tamdiu manebat, quamdiu uterque separatim agens, alter quidem in Suetia, alter in Polonia, vicissim res suas consilia-

[1] Vid. inf. NN. 75, 153, 181 adn. 14 et 200.

[2] Vid. L. Boratyński, Stefan Batory, Hanza i powstanie Niderlandów. Przegląd histor. T. VI. Warszawa 1907.

[3] Vid. inf. N. 97.

que non turbabat. Caligarius itaque Possevinum in Polonia vehementer fovet, libenter res eius ipse componendas curat, infortunia sua molestiasque illi aperit, eum in causa Moscovitica consulit illumque maxime idoneum legatum Pontificis M. ad M. Ducem Moscoviae esse contendit [1]. Dum tamen Possevinus in initio legationis Moscoviticae, in pactionibus perficiendis Caligarii opem auxiliumque prorsus abnuens, maior illo videri coeptus est, alia peior scilicet ratio inter utrumque intercessit. Ut postea inter Bolognettum et Possevinum inter similia negotia magna dissensio orietur, ita id temporis post secundum Possevini Vilnam adventum amicitia et familiaritas utriusque viri prorsus abrupta est. Adhuc enim Caligarius unicus interpres inter Stephanum Regem et Pontificem M. erat omniaque negotia Moscovitica ad suam solum legationem pertinere existimabat. Et revera res Moscoviae haud levissimam argumenti partem in epistolis eius efficiunt, imprimis autem bellum inter Stephanum Ioannemque Basilidem gestum, cuius duae priores expeditiones (expugnatio Polociae et Velicolucae) initiumque tertiae in tempus legationis eius cadunt. Caligarius diligenter bellum hoc observat Curiamque de omnibus eius factis accurate informandam curat. Cum tamen, quod aliter esse non poterat, satis longe a regione, in qua bellum gereretur, abesset, et quidem tempore primae expeditionis Vilnae, secundae autem etiam Varsoviae, res factaque saepe non satis vera, aliquando etiam rumores solum acciperet necesse erat. Quae nuntiabat (praeter aliquot epistolas secretarii eius Antonii Martinelli, quem in Polonorum castra ante ipsum belli initium miserat), e Polonorum ore hausta sunt, opiniones quoque eius de Moscovia eiusque rebus ex opinione Polonorum pendent. Vetus consilium Sedis. Ap., quod tempore legationis eius quoque agitabatur, Moscoviam ad foedus adversus Turcam conciliandi et cum ecclesia Romana uniendi ab illo vehementissime fovebatur. Qua quidem in re auxilium primum Stephani Regis nacturum se esse sperat, mox cum pactiones eius cum Moscovia apud Polonos suspicionum causam fieri posse sentiret, breve Ap. ad M. Ducem Moscoviam nescio Rege mittere parat, quod tamen non perfecerat. In fine demum legationis suae sui ipsius solum consilium Regi in scripturae formam redactum proponit, secundum quod utraque familia, scil. Stephani Ioannisque necessitudinis vinculo vicissim iungeretur, consilia Stephani Regnum Hungariae adpetentis respicerentur, aeque ac spes Sedis Ap., quae Moscoviam ad unionem ecclesiasticam conciliare vellet [2]. Mirum illud consilium, Romae ceterum prorsus forte ignotum, intelligi tamen potest, si ea consideramus,

[1] Vid. inf. N. 263 et N. 309.
[2] Vid. inf. N. 385 adn. 3.

quibus Caligarius id temporis movebatur. Ut enim invidiam Possevini, quae huc quoque vim suam exercuerit, omittamus. Caligario persuasum est legationem Possevini inanem futuram esse. Aestate enim incipiente etiam sine auxilio Possevini pacem cum Moscovia facile fieri posse sperabat, cum ei compertum esset de Narva solum et haud magno discrimine in sumptibus belli restituendis agi et M. Ducem Moscoviae iam iam condiciones sibi oblatas accepturum esse [1]. Noverat praeterea optime animos ingeniaque Polonorum Possevino infensa sciebatque illum in aula regia benigne non acceptum iri. Ille enim in Poloniam cum legato Moscovitico Szevrigino venturus erat, contubernio eius in parte itineris usus est et salvum conductum pro eo acceperat. Interea post clandestina quaedam consilia Romae, Venetiis, Graecii, Vindobonae, Pragae habita, quae Regi, utpote inimicitiam domus Austriacae timenti, suspecta videbantur, Possevinus solus pervenerat, Szevriginus vero Praga per Lubecam iter ingressus, in Moscoviam revertebatur Poloniamque fugiebat. Non est igitur mirandum Caligario persuasum fuisse in hoc rerum statu optime se res Sedis Ap. tutaturum esse, si illas Regi traderet, de cuius futura victoria non dubitaret. Quam ob rem ita graviter Stephanum in Regno Hungariae appetendo fovebat, quo facilius benevolentia eius captata eum ad consilia Sedis Ap. perficienda conciliaret.

Attamen Caligarius instructionem suam de d. 4 Maii 1581, secundum quam solum res gerendas dirigeret [2], non ita intellexit, ut intelligenda erat. A Rege enim impetraturus, ut legato Pontificis M. liberum iter per Poloniae fines in Moscoviam concederetur, Stephanum Regem certiorem facturus erat secundum haec praecepta hunc legatum in Moscovia auxilium Sedis Ap. in pace facienda solummodo promissurum, si ante omnia M. Dux Moscoviae unionem cum ecclesia Romana admitteret: hanc unionem quasi fontem originemque futuri foederis contra Turcam fore. Quam condicionem diligenter observare Curia nunquam voluit [3]. Quamquam enim Possevino planissime praescriptum est, ut in colloquio cum Rege Poloniae eadem facienda contenderet, quae Caligario d. 4 Martii 1581 scripta essent, quaeque Caligarius diligenter cum Rege communicaverat [4], in mandato tamen, speciatim ad pactiones cum M. Duce Moscoviae perducendas composito, Possevino clare magnaque cum vi praeceptum est, ut primo loco ediceret Pontificem M. libenter pacem inter utrumque principem tracta-

[1] Vid. inf. N. 375, N. 377 et N. 390.

[2] Vid. inf. N. 318.

[3] Condicionem hanc suppressam esse satis ambigue P. Pierling affirmat. La Russie et le Saint-Siège II p. 51.

[4] Vid. inf. N. 330 et N. 350.

turum esse, cum id ad foedus contra Turcam faciendum primus quasi gradus esset. Hoc modo gratia M. Ducis conciliata propositam rem, quaestionem scilicet religionis porro tractaturus erat, quod tamen consilium statim ad prosperum finem adduci posse haud sperabatur[1]. Quae plena dilucidaque contradictio (cuius fines unicuique clari sunt) causa erat, cur Possevinus cum Caligario non solum consiliorum seriem non communicavisset, sed neque colloquii apud Regem testem eum esse voluisset. Haec utriusque legati pontificii suspecta atque minus fida ratio, quam quoque Rex animadverteret necesse erat[2], suspicionem eius, quam contra Possevinum habebat, admodum sine dubio auxit.

In ipso igitur legationis suae principio Possevinus inter difficultates versatus est. Primum a suspicionibus sese liberaret necesse erat; an tamen id illi plane contigerit, Caligarius dubitare videtur[3]. Praterea timendum ei erat post pacem (sine eius auxilio et opera) cum Moscovia factam haud facile sibi fore de rebus religionis coram M. Duce Moscoviae tractare, qui eam rem Romae per legatum suum omnino non attigisset. Id tamen propter pactiones inter Polonos et legatos Moscoviticos ruptas (ad Polociam d. 19 Iulii 1581)[4] non accidit, quo facto dignitas auctoritasque legationis eius servata est. Qua re M. Dux Moscoviae ad id, prorsus ex inopinato, adductus sit, neque ex epistolis Caligarii neque Possevini cognosci potest. Sine dubio, postquam M. Dux legatum Pontificis M. advenire comperit, spem concepit meliores sese condiciones nacturum esse, ac inde certe potissimum iam facta promissa revocavit, quo demum facto ipsam Possevini legationem faciliorem reddidit, Stephanum Regem autem, qui quidem primum id omnino non concupivisset[5], quodammodo ad eam accipiendam coegit. Quae Possevini cum Rege pactiones litteris Caligarii aliquantum illustrantur, supplent enim adduntque, quae Possevinus silentio transmiserat, iudicio autem subiciunt, quae Caligarius, praeceptorum eius nescius, vitia erroresque actionis eius duxerit.

Una cum Possevino Caligarius diligenter in Tartaros in Taurica Chersoneso habitantes animum intendit, quos ad foedus contra Turcam faciendum conciliare cupit[6]. Huc quoque consilia eius ad aliquot christianos, Caffae in paupertate atque solitudine degentes, pertinentia referenda sunt, quorum, aeque ac aliquorum catholicorum Constantinopoli degentium, Andreas Taranowski, legatus Regis, mentionem fecit[7]. Quae consilia Romae probationem tulerunt. Sed dum Possevinus illo tempore negotia Transsilvaniae neglegit, Caligarius praesenti auxilio atque ope novos huius regionis

[1] Turgeniew, Hist. Russ. Mon. I N. 212. [2] Vid. inf. N. 385.
[3] Vid. inf. N. 387 et N. 389. [4] Vid. inf. N. 409 et N. 411. [5] Vid. inf. N. 358.
[6] Vid. inf. N. 156. [7] Vid. inf. N. 69 et N. 145.

catholicos, iurisdictioni nempe eius subiectos adiuvat, Iesuitas autem ibi missos, quorum cara consuetudine atque commercio usus est, singulari semper cura amplectitur.

Ideo nempe potissimum in Poloniam missus, ut catholicae fidei propagandae inserviret, haereses autem acerrime impugnaret, ne hilum quidem protestantibus concedendum putat. Secundum decreta synodi Petricoviensis professionem fidei catholicae, condicionem sine qua inducit ita magistris ut discipulis in universitate Cracoviensi, quam catholicae fidei in Polonia columen esse contendit quamque magnopere semper aestimat; postulat quoque, ut omnes honores a Rege haud dubiis catholicis solum tribuantur, quamquam altera ex parte et intelligit bene et excusat hunc Regem, si e. g. in Lithuania, ubi pauci tantummodo catholici nobiles erant, haeretici quoque honoribus funguntur. Etiamsi ipse severa Pauli IV et Pii V doctrina imbutus esset atque sine dubio omnes sine exceptione haereticos persequendos censuisset (in initio statim legationis in Hieronimum Senensem, praefectum conventus S. Marci Cracoviae, de haeresi suspectum, severum se iudicem praebuit), nunquam a Rege postulat, ut confoederatio Varsoviensis, in quam iuravisset, auctoritate et vi privaretur. Non indignatur quoque Regem haereticis circumdari probatque, si Stephanus illos secundum legis necessitudinem tractat litesque inter eos et clerum in iudicio solvendas censet[1]. Addendum tamen est Stephanum protestantes non fovisse semperque cupivisse, ut ad religionem catholicam reverterentur. Id tamen solum admiremur necesse est Caligarium nunquam nuntiare, quae inter protestantes in Polonia gerantur; testatur solum nuntius Ap. numerum protestantium iam prorsus non augeri, catholicorum vero in dies crescere, cuius rei documentum eiusmodi viri esse possint, ut cancellarius Zamoyski, aut palatinus Podoliae Mielecki, qui aliquando protestantes, mox catholici facti sunt. Qua de causa forte praeter aliquot mentiones de nonnullis senatoribus protestantibus, raro admodum de protestantibus Polonis dicit. Totam Poloniam brevi tempore catholicam fore certissimum habet et illa spe commotus »synagogam« Arianorum Cracoviae, protestantium autem Vilnae condendam impugnat, clerum catholicum Elbingam reducendum curat, in Nicolaum Pac, ep-pum Kioviensem invehitur, qui inter ep-pos Polonorum solus sine dubio protestantibus adnumerabatur; denique una cum Possevino de Gedano, Riga, Livonia religioni catholicae recuperandis cogitat, etiamsi provincia illa nondum in dicione Regis tota fuit. In comitiis attendit operamque dat, ne protestantes rebus ecclesiae damnum aliquod inferrent et ideo fac-

[1] Vid. inf. N. 60.

tionem catholicam comparat, Regem admonet, ep-pos, deputatos capitulorum, senatores et nuntios terrestres catholicos accendit[1].

Maxima cum vi tollendum curat, quod in Polonia in consuetudinem versum est, sacerdotes nempe catholicos vel etiam ep-pos matrimonia mixta, aut etiam protestantium connubia in ecclesiis catholicis benedicere. Severrime tum in summos quoque ecclesiae principes invehitur (imprimis ep-pum Cracoviensem, Petrum Myszkowski continenter castigabat); potentem cancellarium Iohannem Zamoyski etiam. cuius amicitiam maximi aestimabat, eandem ob causam offensum sibi reddidit. Inter haereticos et catholicos discrimen maximum interesse debere opinabatur, quod tum solum tolli posset, si haeretici ad catholicam religionem reverterentur: quod ut quam saepissime fieret, cum studio curabat maximaque cum laetitia scribebat plures prorsus haereticos inter nobiles Polonorum, utpote Elisabetham de domo Radzivillorum, uxorem Nicolai Mielecki, sororem eius, uxorem cancellarii Zamoyski, Ernestum Wejher ceterosque hoc iam fecisse. Idem sperat de Petro Zborowski, palatino Cracoviensi, de Radzivillis Calvini sectae addictis, inter Hungaros autem imprimis de utroque fratre Bekesio, et revera Ladislaum, Gaspari filium, post mortem patris ad catholicam fidem revertisse vidit. Haeretici Itali in Polonia commorantes praecipue bilem ei commovent, qua de causa vehementer cupit, ut Michael Brutus et locuples civis Cracoviensis Prosper Provana ad catholicam fidem convertantur. Catalogos conversorum mitti sibi iubet et propter intensum laborem huc pertinentem Bernardinos Vilnenses et Iesuitas maximi aestimat. inter quos tum eius generis defensores catholicae religionis prodeunt. ut Petrus Skarga, Iacobus Wujek, Benedictus Herbest, quibuscum consilia sua communicat et quorum consuetudine utitur. Haud exigui momenti Possevini quoque huc pertinens labor fuit, cum Volano acerrime disputantis et Ioannis Herbesti operam promoventis. Missio autem Petri Skarga ad uxorem ducis Slucensis documento est Possevinum iam tempore brevis legationis in Polonia, studiis Iesuitarum Vilnensium commotum, schismaticorum Ruthenorum in Polonia Lithuaniaque viventium unionem cum ecclesia Romana diligentissime in animo versavisse. Ne Moscoviae res ad religionem pertinentes iam tunc, anno scil. 1579, Possevinum neglexisse epistola eius de captivis Moscovitis in Polonia commorantibus planissime demonstrat[2]. Mirum solum videtur Caligarium hanc causam non admodum attendisse.

Gravissimum legationis suae officium duxit clerum Polonum ita saecularem, quam regularem secundum decreta concilii Tridentini corrigen-

[1] Vid. inf. NN. 186, 192, 198, 312 et 316. [2] Vid. inf. N. 112 et N. 177.

dum; illis apostolicum studium propagandae fidei incutere, illis novam mentem et quasi vitam novam inspirare cupiebat. In plerisque vitiis funditus tollendis exemplum Card. Borromaei aspiciebat, neque nescius erat ad eum laborem perficiendum et animo forti et magna patientia opus esse[1]. Synodus quidem Petricoviensis, iam tempore nuntii Ap. Laurei a. 1577 habita, decreta concilii Tridentini agnoverat receperatque illaque in Polonia inducere constituit, tamen propter quosdam mores in ecclesia apud Polonos usurpatos et propter difficilem huius ecclesiae statum concedebat, ut decretum de pluralitate beneficiorum et de residentia non tam stricte teneretur[2]. Sedes Ap. haec decreta approbans illaque exsequenda archiep-po Gnesnensi, ep-po Cracoviensi et nuntio Ap., vel eorum alteri committens, eidem nuntio Ap. facultatem dispensandi super pluralitate concedebat. Caligarius, cum breve Ap. huc pertinens ipsi a clero traditum esset, se unicum legitimum exsecutorem decretorum synodi esse opinabatur, quod etiam inter eum et ep-pum Cracoviensem litem excitavit. Sperabat quoque in clero emendando Regem auxilio sibi fore, qui, quamvis confoederationem Varsoviensem infringere nollet. clerum catholicum praesenti semper auxilio adiuvans, gratia benignitateque prosequebatur. Primum igitur Caligarius in dioecesi Cracoviensi edictum de dispensando super pluralitate clero proclamavit, sacerdotes tamen haud libenter ad eam dispensationem accipiendam veniebant. Postea autem, cum maior iam eorum numerus apparuit, aegre clausulam Caligario auctore additam patiebantur, et quidem dispensationem solum intra trium aut quattuor annorum spatium vim suam obtinere, post quod qui illam accepissent, unum tantum beneficium retenturi essent, alia autem ipso iure post tempus datum vacabunt[3]. Caligarius quidem sacerdotes, qui ab illo dispensationem acceperant, dum illis futuram eius prorogationem promittit, quasi in manu sua habere cupiebat, sed iam aliquot post annos querimoniae audiuntur plerosque sacerdotes non habita ratione clausulae, non solum antiqua beneficia non reddere, sed etiam nova adquirere[4].

Officium quoque residentiae stricte observari non potuit, praesertim cum ep-pi saepenumero parochias et canonicatus hominibus ad gradus sacerdotales non promotis, aut etiam praescriptam aetatem non habentibus tribuerent ita, ut ipse Caligarius, ut sibi in nonnullis gravioribus eiusmodi casibus facultas dispensandi esset, rogaret. Ceterum ratio beneficia confe-

[1] Vid inf. N. 18, N. 37 adn. 2 et App. N. 28 (p. 863).

[2] Vid. A. Pawiński, Synod Piotrkowski. Zródła Dziej. T. IV.

[3] Vid. inf. N. 53 et N. 65.

[4] Memoriale Hieronimi Bovii, nuntii Ap. (1585 - 1586), pro suo successore (*Arch. Vat. Borgh. III 67*a).

rendi, quam corrigere cupiebat, difficillima erat; scriptum quoddam singulare huc pertinens Regi proposuit, episcopis quoque propositurus erat, quia et illi hac in re ab omni vitio liberi non erant; examina nempe concurrentium ad beneficia non observabant, beneficia in mensibus Ap. vacantia intrusis tribuebant, quamvis iam a nuntio Ap. cuivis alio concessa essent. Episcopi et abbates bona ecclesiastica alienabant, ad vitae tempus illa, saepenumero gratis et sine mercede, amicis suis, propinquis, aut etiam haereticis dando, quos intra familiares habebant et quibus etiam parochias canonicatusque conferre dicebantur [1]. Ut concubinas simoniamque omittamus, decretum de habitu et tonsura exsequi difficillimum factu fuisse opinemur necesse est (qua quoque in re dissensio inter Caligarium et ep-pum Cracoviensem orta est), si maxima cum laetitia aliquotiens id prospere a se ad finem adductum esse scribit. In clero igitur emendando Caligarius strenue laboravisse videtur, quales tamen hic labor fructus tulerit, ex epistolis solum eius, sine aliorum iudicio atque testimonio neque erui facile, neque recenseri potest. Brevis eius actio in praesens sane ad perficiendam rem nullius fere erat momenti, cum id, quod nuntio Ap. »corruptela et abusus« videretur, apud clerum Polonicum »mos patrius, usus et consuetudo« putaretur; qui apud Polonos usurpati et in animo sensuque cleri penitus affixi atque insiti mores haud facile infringi et tolli poterant, praesertim cum uni homini, episcoporum praesenti auxilio non adiecto, is labor demandaretur. Ipse igitur maximo primum cum studio in opus incumbens, mox de severitate demittendum sibi existimat, cum Polonorum res communibus quibusdam legibus normisque vix contineri posse et a vulgari consuetudine prorsus discedere animadvertat [2].

Huc quoque referendum est, quod C. statum atque habitum episcoporum Regni Poloniae non probat. Id inde eveniebat, ut episcopi, quamquam Sedem Ap. maximis debitisque honoribus prosecuti, suae solum potestatis suique iuris esse vellent seque iussis alienis obnoxios esse iniquo animo paterentur; id vero eo magis indignabantur, quod nuntius Ap. nimiam eorum libertatem, voluntati Sedis Ap. haud respondentem, certis legibus cohibendam curabat. Inde C. neglegentiam illis invitumque animum exprobrat, cum interim Regem et Nicolaum Mielecki, palatinum Podoliae, summis laudibus celebret, qui aut ipsi parochias lustrarent, aut aliis id munus exsequendum mandarent [3]. Quarum parochiarum statum haud florentem fuisse ipse C. tum comperit, cum primum iter Vilnam ingressus est. Iohannes Zamoyski quoque cum Possevino de episcopis visitandis disputabat, C. autem ipse aliquot dioeceses lustraturus erat; id tamen

[1] Vid. inf. N. 75. [2] Vid. inf. N. 161. [3] Vid. inf. N. 219 et 248.

auditor solum eius Tarquinius Peculus ex parte effecit, qui postulante Melchiore Gedroyć, ep-po Samogitiae, dioecesim hanc lustravit[1]. Iohanne Sieniński, archiep-po Leopoliensi, excepto, omnes quidem Polonorum ep-pos ipse noverat, quae tamen notitia maxima ex parte levis solum erat, nempe tempore comitiorum generalium facta. Archiep-pus quidem Gnesnensis, primas Regni, Iacobus Uchański nullis iam tum comitiis intererat et C. semel solum Lovitii illi obvius fuit; nihilominus tamen cum ob dignitatem auctoritatemque, tum ob eius mortem iam iam speratam virum intueretur necesse erat. Multo magis Petrus Myszkowski, ep-pus Cracoviensis et Stanislaus Karnkowski, ep-pus Vladislaviensis curae ei erant. Praeter Petrum Dunin Wolski, ep-pum Plocensem, quocum, scilicet cum designato oratore Romam profecturo, agebat consiliaque communicabat, ceteros vix dignos putabat, qui observarentur.

Inter archiep-pum Gnesnensem et Caligarium iam inde ab initio pessime convenit, quod vel e causa Stanislai Falęcki, suffraganei Gnesnensis, conicias; documento quoque causae sunt, coram nuntio Ap. habitae contra intrusos ab archiep-po impositos[2]. Quod Lovitii parum honorifice ab archiep-po exceptus erat, C. contumeliam putabat. Summa igitur vi id agebat, ut inimicus sibi primas ab officio suspenderetur. Primum quidem Regi morem gerens, in omnibus rebus Stanislao Czarnkowski adversabatur, quem quamvis laicum Iacobus Uchański coadiutorem in archiep-patu sibi adiunxit, et invito primate enixe efficere studebat, ut Paulus Uchański, fratris eius filius, a legatione revocaretur. Quamvis etiam postea, cum Regis Reginaeque Annae divortium extimesceret et invidia in ep-pum Vladislaviensem moveretur, in gratiam archiep-pi et Stanislai Czarnkowski rediit, illi tamen nunquam iam habita fide, suspiciones de ortodoxia eius serebat, de mortuo denique haud benignum iudicium fecit[3].

Ad consuetudinem ep-pi Cracoviensis, Petri Myszkowski mox post adventum Cracoviam, initio legationis suae adductus est, sed paulo post acris contentio inter utrumque virum coorta est. Nullum episcoporum C. tanto odio atque invidia persequebatur nullumque, dum in Polonia moratur, tam vehementer castigabat, quam Petrum Myszkowski. Praeter levioris momenti vitia, scelera quoque ei obicit[4], quam ad invidiam cum vera ep-pi delicta, eius scilicet in rebus religionis quaedam neglegentia, tum etiam privatae quaedam simultates (de servis nempe rixa) haud pa-

[1] Vid. inf. N. 396 et N. 152.
[2] Enumerantur a Garampio (*Arch. Vat, Ind. N. 190,* sub Gnesna).
[3] Vid. inf. N. 331.
[4] Vid. inf. N. 226 decif.

rum contulerunt. Id eo mirabilius videtur, quod successor C. Bolognettus diverse prorsus de eodem ep-po existimaret.

Summa necessitudo, qua Stanislaum Karnkowski, ep-pum Vladislaviensem, prosequebatur, qui tantum ad Stephanum Regem creandum valuerat tantique momenti in rebus gestis ecclesiae Polonorum erat[1], varias mutationes passa est. Notitia mox in familiaris amicitiae iura adducta est, post quae multae utrimque laudes, denique C. ab ipso ep-pus consecratus est. Quae familiaritas paulo post in celatam contentionem invidiamque conversa, usque ad finem permansit, neque tamen unquam tam manifesta erat, quam simultates, quas cum Petro Myszkowski exercebat. Suspiciebat enim eum C., quod una cum ep-po Cracoviensi et cancellario Zamoyski in synodo provinciali Regis et Reginae Annae divortium facere constituissent, et quamquam mox controversia simulate composita erat, obiciebat ei, quod res ecclesiae proderet quodque decimas et annatas moleste ferret. Persuadere quoque illi conabatur, ne coadiutoriam Gnesnensem acciperet, apud Regem autem efficere curabat, ne illi archiep-patus Gnesnensis mandaretur, animi eius videlicet constantiam suspiciebat[2].

Eadem fere ratio inter C. ceterosque ep-pos intercedebat. Diligentiam Valeriani Protaszewicz, ep-pi Vilnensis, magni quidem facit, neglectam tamen eius dioecesim, aeque ac Possevinus, valde conqueritur. Coadiutori Vilnensi, Georgio Radziwiłł primum paulum succenset, quod dum a. 1578 per Cracoviam iter facit, se non adierit, eiusdem tamen, ep-pi iam creati, res gestas eximiis laudibus cumulat. Curae ei erant simultates, quas archiep-pus Leopoliensis cum capitulo exercebat[3], at inde tam crebri questus super hanc dioecesim; similem in modum haud prosperum statum Luceoriensis et Camenecensis dioecesis conqueritur, cuius ep-pus, Martinus Białobrzeski amicitia nuntii Ap. non utebatur. Mores Alberti Starożrzebski-Sobiejuski, ep-pi Premisliensis, aperte castigat, non laudat quoque Adamum Pilchowski, ep-pum Chelmensem. Ne Petro Dunin Woiski quidem, ep-po Plocensi, satis confidit, etiamsi eum adduxit, ut Romae munere oratoris regii fungeretur. Melchiori Gedroyć, ep-po Samogitiae, aperte favet, ep-pum Posnaniensem autem, Lucam Kościelecki, qui, aeque ac ep-pus Vladislaviensis, tempore legationis suae synodum dioecesanam habuit, parum commemorat. Hieronymum Rozdrażewski, qui in locum Stanislai Karnkowski, ep-pi Vladislaviensis, successerat exeunte tempore legationis

[1] Vid. W. Zakrzewski, Stefan Batory p. 62 sq.

[2] Vid. inf. N. 198 sq. et N. 312 sq.

[3] A. 1580. *Monitorium contra capitulum Leopoliense, a quo archiep-pus tractus fuerat ad forum saeculare — — ac si bonis ep-patus sui abuteretur (Arch. Vat. Garampi, Ind. N. 190 p. 855).*

suae, honeste commemorat magnique aestimat, licet initio dissensio quaedam inter eos orta sit. Familiari vero perpetuaque neque quavis suspicione disrupta amicitia Petri Kostka, ep-pi Culmensis, utebatur, Martinum Cromerum autem, ep-pum Varmiensem, omnibus ceteris Poloniae ep-pis praeferebat animoque fidenti ac amore prosequebatur.

Quod C. eminentissimos Polonorum ep-pos suspectos habuit, ad ambiguam difficilemque causam divortii Regis Reginaeque Annae referendum est. Ex epistolis eius tamen nullo modo erui potest, quibus argumentis rationibusque innixus, crediderit Regem una cum cancellario Zamoyski id cupivisse, ep-pos autem Cracoviensem et Vladislaviensem in synodo provinciali huic consilio perficiendo adfuturos esse. Quae res nuntium Ap. intra totius anni spatium (1580) anxium reddebat; neque ad exitum legationis suspiciones istas deposuit; immo vero auctoritate eius factum est, ut Pontifex M. breve ediderit, quo cautum esset, ne ep-pi sua sponte synodum provincialem convocarent. Cum autem suspiciones nullis argumentis probare posset, opinemur necesse est falsis rumoribus nimiam fidem dedisse, rem tamen ipsam haud magnam gravemque fuisse. Altera causa, quae familiaritatem nuntii Ap. et cancellarii Zamoyski admodum turbaverat, haec erat, quod praepositus Miechoviensis, Simon Ługowski ep-patu Premisliensi ornandus erat. In hunc, simoniae eum accusans, vehementissime invehebatur, quamquam hoc modo cancellarium et ep-pum Cracoviensem, fautores videlicet praepositi, offendebat. Ne hac quidem re continebatur, quod, dum cancellario adversatur, quodammodo Regem ipsum laedebat; inde importunus C. animus cognosci potest.

Maxime autem aliquot canonicis, utpote Podoski, Górski, praecipue Sokołowski, confidebat; praeterea secretarii regii Solikowski et Goślicki amicitia et consuetudine nuntii Ap. utebantur. Patricio Nidecki, tametsi humaniora studia eius magni aestimabat, ob cumulata beneficia succensebat. C. igitur, natura difficilis et asper, omnes fere maiores natu ep-pos infensos sibi reddidisse videtur, quorum gratiam sibi nullo modo conciliari posse ratus, quominus graviora flagitia committerent, prohibere conatur, omnem vero spem in iunioribus sacerdotibus, futuris scilicet ep-pis, ponens, animos eorum regendos sibique devinciendos curabat. Ceterum nuntius Ap. neque inferioris ordinis clero neque ep-pis contentus, pietatem tamen religionemque populi admiratus est. Inde aliquando prope Varsoviam ingentem turbam chrismate confirmavit, confraternitates autem, quae ad propagandam augendamque fidem et pietatem conferebant, praesenti auxilio adiuvabat.

Mox post suum in Poloniam adventum C. non mediocre studium industriamque in regularis cleri rebus corrigendis et reformandis exhibuit.

Postquam pleraque vitia, quibus ordines religiosorum in Polonia laborabant, cognovit — ipse quidem Cracoviae in monasterio O. S. Dominici primum, tum FF. Minorum S. Francisci Conventualium habitabat, epistolae autem Lucae Leopolitae O. Praedicatorum pleraque flagitia in hoc ordine commissa ostendebant — adsidue id agebat, ut Roma venirent, qui inspiciendis recensendisque monasteriis veterem disciplinam morumque castitatem recuperandam curarent. Inde multus est in laudibus Bonaventurae Maresii, commissarii Fratrum Minorum Conveutualium et Edmundi a Cruce, visitatoris Cisterciensium, utrumque benignis verbis et auxilio adiuvat, praesertim cum conatus eorum propter invidiam ep-porum pessundari videret. Inter ceteros praecipue Gallus, Edmundus a Cruce, acer et fortis eminuit, sed brevi tempore ad dissensionem cum ep-pis delapsus est, qui monasteria ex sua solum voluntate pendere volebant; dum igitur multo maximas simultates cum ep-po Posnaniensi, Luca Kościelecki exercet [1], ob causam abbatiae Suleioviensis ipsius Regis iram adeo contraxit, ut C. quoque amicitiae eius consuetudinisque vincula abrumperet. Praecipue denique ab illo Societas Iesu laudatur, quam in civitatem Cracoviensem deducturus erat: cum Rege etiam egit, ut eidem Societati aliquot abbatiae traderentur, imprimis autem Olivensis, propter Gedani confinium; consilia sua cum provinciali Poloniae Suniero, cum Petro Skarga, Benedicto Herbest, Stanislao Warszewicki (in Suetia tum commoranti) ceterisque communicat, quorum labore in propaganda fide et pueris educandis navato maxime laetatur. Eius quoque auctoritate factum est, ut Andreas Bathory, fratris Regis filius, quem C. sinceris sensibus amplectebatur, Pultoviae in collegio Societatis Iesu ad humaniorem cultum informaretur. Collegium eiusdem ordinis Polociae conditum atque Iesuitarum in Transsilvania missio maximae semper illi curae erant, nam, aeque ac Rex ipse, eos ad fidem catholicam cum in Polonia, tum in Transsilvania restituendam firmandamque plurimum valere putabat.

Quae C. e Polonia Romam reversus, Sedi Ap. rettulerit, quo modo homines terrasque, intra trium annorum spatium a se cognitos, depinxerit, parum comperimus. Haud liquet quoque, num haec relatio litteris mandata sit. Ex epistolis solum eius paululum informari possumus, quem ad modum iudicia eius opinionesque hic pertinentes mutationem aliquam passae sint. Terras omnes haud noverat, quoniam propter annuam pecuniam nimis modicam (qua de re infra) magnosque sumptus, quae omnia saepe conqueritur, facultas peregrinandi ei deerat, causae vero e publicis rebus pendentes a. 1580 impedimento erant. Diutius tantummodo Cracoviae, Varsoviae, Vilnae morabatur; itinera solum Cracovia Varsoviam, tum bis

[1] Vid. inf. App. N. 10.

Varsovia Vilnam ingressus est, unde paulo post revertit. De hominibus eorumque vivendi ratione, de moribus, de coeli denique temperie nunquam queritur. Annonae quidem caritatem aegrius patiebatur, ad Polonorum tamen vitae rationem satis facile accommodare se sciebat, nam cerevisiam Polonicam libenter bibit et Polonorum more post fornacem dormiebat; qua de re narrans, *et non si sta male*, addidit[1]. Sub finem demum legationis, dum Cardinali Comensi gratias agit, quod se revocaverit, contentum se esse dicit, quod inter perpetua frigora nivesque mori non cogatur[2], id tamen neque ex animo, neque sincere praedicat, si quidem Poloniam invitus reliquit.

Cum domesticus usus et consuetudo ei maxime cum Rege, Regina aulaque regia esset, praeter ipsum Regem, Reginam Annam, cancellarium Zamoyski eiusque familiares praecipue attendit. Ceteros proceres Regni parum noverat, quos cognoscendi facultas tempore comitiorum generalium solum ei erat; maxime vero eis nuntiis relationibusque innitebatur, quae per litteras e variis Poloniae regionibus accipiebat quaeque ad tribunal nuntiaturae deferebantur. Inde evenit, ut reliqui nobiles viri in scriptis eius raro solum commemorentur.

Iudicia de Regina Anna prolata, cuius pietatem C. maxime admirabatur, ex melioribus peioribusque rationibus pendent, quae inter nuntium Ap. Regemque intercedebant. Anna Regina enim quodammodo marito adversabatur, cum eo invito saepenumero quosdam viros praesenti auxilio adiuvabat, qua in re aliquando etiam ope nuntii Ap. utebatur. Initio videlicet C. fiducia eius non laetabatur, si epistolas suas ab illa intercipi iussas queritur; mox tamen, Reginae divortio quasi imminente perturbatus, familiaritatem concordiamque reconciliandam curavit. Paululum cunctatus, rem omnem ei aperuit, qua quidem de causa Card. Comensis reprehensionem subiit, Reginae tamen gratiam maximamque fiduciam nactus, eius Pontificisque M. internuntius factus est. Aliquot, parvi quidem momenti, rebus optime ad Regis Reginaeque convictum cognoscendum informamur, quibus dilucide natura atque indoles Annae depingitur; novimus inde singularem miramque rationem, quae inter eam, veteris Iagellonorum stirpis progeniem et maritum, nobili quidem loco, sed nobili solum ortum intercedebat, qui nuper in Poloniam advenerat.

Notitiam Iohannis Zamoyski, cui intimo scilicet amico a Rege maximam fidem haberi sciebat, initio legationis suae in familiaris amicitiae iura adduxit, consilia in rebus gravissimi momenti cum eo communicabat, pietatem vero studiumque in conversione uxoris Christinae summis lau-

[1] Vid. inf. N. 87. (p 143). [2] Vid. inf. N. 355.

dibus celebrabat. A. 1579 frequentes ad eum litteras mittebat ab eoque accipiebat, Vilna autem rediens hospitio eius Knissinii utebatur. Ineunte tamen a. 1580 familiaritas illa repente abrumpitur. C. cancellarium in hostium numero habere coepit; eiusmodi eum catholicum esse censet, qui rerum publicarum causa sacra sua facile sit relicturus, temere prorsus eum accusat, quod contra Regem coniurationem faciat, vel etiam eum deserere velit[1], qui infestus C. in Z. animus paulatim in apertum odium convertitur. Post dissensionem in comitiis a. 1579/80 coortam clare iam perspici potest, quo modo utriusque viri inimicitia in dies fere atrocior fieret. Dissensio illa ad rationem, quae inter cancellarium et evangelicos intercedebat, referenda est; accedebat, quod soror eius et Lucas Działyński, evangelici ambo, in ecclesia catholica coniugio iuncti erant. C. adversis rebus, quibus familiares cancellarii res tum premebantur, laetatur, simul vero illi, etsi parum sincere, persuadere studet, ut sacros ordines suscipiat ecclesiaeque se dedat; Zamoyski tamen, qui post uxoris mortem ipse hac de re cogitabat, mox de priore sententia destitit. Causa denique Simonis Łgowski, a cancellario ad episcopatum Premisliensem promovendi Annaeque divortium erant, quae ad consuetudinem prorsus disrumpendam conferrent; paulo post iam cancellarius a nuntio Ap. palam de simonia accusatur. Inde a. 1580 epistolae admodum rarae brevesque sunt; alter scilicet alterum evitabat, C. autem usque ad finem legationis sponte cancellarium neglegens, Regem semper directe adibat. Quae cum ita essent, non sine causa forte eum accusabat, quod epistolas Regis ad Pontificem M. sero misisset, quibus Stephanus Rex, ut C. in Polonia nuntius Ap. retineretur, perficere studebat. Et intelligi non potest, quo modo C. consuetudinem cancellarii, fidissimi Regis amici, neglegens, se in posterum tempus in Polonia aliquid perfecturum esse existimaverit. Si quidem cancellarii apud Regem auctoritatem a se infringi, aut omnino deleri posse arbitrabatur, nimia sui fiducia adducebatur; quod tamen assequi non desperabat atque coram Rege in Nicolao Mielecki et Andrea Zborowski laudibus celebrandis multus semper erat, quamquam cancellario inimicissimi fuerunt. Non est igitur mirandum cancellarium cum Possevino intimam consuetudinem amicitiamque Caligario invitam iunxisse. Possevinus nempe, inimicus nuntii, Romae cancellarium criminibus liberandum curabat et morem ei gerens, summa vi id egit, ut in locum Caligarii Bolognettus, novus scilicet nuntius Ap. succederet. Ita paulatim reditus C. parabatur.

Propter invidiam Iohannis Zamoyski adversarium eius, Nicolaum Mielecki, in epistolis suis laudibus prosequitur, cuius indolem, gravitatem,

[1] Vid. inf. N. 226 sq.

auctoritatem plus aequo aestimare videtur, diligentia quidem eius in rebus divinis rite exsequendis commotus. Nemo quidem certe laicorum templa catholicorum tam praesenti auxilio et studio adiuvabat, quam Mielecki in praediis suis, in palatinatu Russiae. Ne episcopis quidem tanta copia dubiarum quaestionum erat, quam ei, quas nuntio Ap. diiudicandas mittere solebat. Invidia quoque in cancellarium factum est, ut amicitiam cum Andrea Zborowski coniunxerit. Cum enim Petrus Zborowski, palatinus Cracoviensis, usque ad vitae exitum Calvini doctrinae obnoxius, omnem C. spem frustravisset, amicitia eius spreta Andream Zborowski, catholicum, apud Regem auctoritate, consilio fovebat sororemque eius, uxorem defuncti Iohannis Chodkiewicz, in matrimonio cancellarii Zamoyski collocandam curabat. Qui tamen conatus parum prospere cesserunt.

Ceterorum quoque primorum Poloniae, catholicorum scilicet consuetudine utebatur. Memorandus est hoc loco uterque frater Kostka, palatinus Sandomiriensis et Pomeraniae, quorum postulata apud Regem Galliarum Henricum III fovebat; memorandus Gaspar Zebrzydowski, palatinus Calissiensis. Sincera ei amicitia cum Alberto Łaski, palatino Siradiensi erat, qui princeps legationis ad Maximilianum II, Regem Poloniae electum, demum exeunte legatione C., gratia Regis Stephani reconciliata, in patriam revertit, quem autem in exilio quoque degentem benevolentia prosequebatur. Acta vero et epistolae huius editionis ad fortunam sortesque illius viri illustris ac turbulenti cognoscendas non pauca conferunt. Familiaritatis deinde et amicitiae mentio facienda est cum Hungaris apud Regem morantibus contractae, inter quos fratres Bekessii, Franciscus Wesseleny et plures alii, fere omnes haeretici erant. Nuntius Ap. quidem haud erat nescius amicitiam illam Regi cordi esse, ex altera autem parte eos ad religionem catholicam traduci posse sperabat. Rex vero id praesertim egit, ut C. ex ipsorum Hungarorum ore comperiret, quali animo in Imperatorem essent, qualesque spes in ipso ponerent.

Admodum mirum est, quam facile vehementerque iudicia C. de hominibus mutentur. De unoquoque fere virorum, qui familiaritate nuntii Ap. longiore temporis spatio utebantur, diversis temporibus plures eius planae diversae sententiae iudiciaque adferri possunt. Si eis, quae C. profert, innitimur, difficile est veros alicuius mores adumbrare; imprimis si de inimicis disserit, multa tunc, non sponte aliquando, false traduntur et obstant, quominus vera viri imago depingatur. Mores archiepiscopi Gnesnensis, episcopi Cracoviensis, cancellarii Zamoyski (in secunda legationis parte) non sine odio describuntur, ita ut episcopus Cracoviensis perditus quidam abiectusque homo tradatur, cancellarius autem eius prorsus similis. Diversa plane iudicia, brevi tempore interiecto de Stanislao Karnkowski

et Stanislao Czarnkowski, de Edmundo a Cruce prolata, documento sunt Caligarium in hominibus recensendis iudicandisque neque vera constantia, neque animo aequo usum esse. C. in rebus parvi momenti describendis haud malum observatorem se praestitit; documento narrationes sunt excursionis mense Maio voluptatis causa Uiasdoviam factae, cenae post Cromerum in ep-pum Varmiensem consecratum editae[1]. Oratio epistolarum eius clara perspicuaque, ampullis rhetoricae artis caret, quas tantopere Possevinus adamavit; nimis tamen libenter scientiam rerum gestarum prae se fert illaque gloriatur. De rebus maioris momenti, perplexis praesertim et difficilibus aequam rectamque opinionem proferre nescit; inde, quamvis comitiis generalibus bis interfuisset, studia partium factionumque parum intellegebat et admodum pauca sunt, quae de eis tradit. Nihilominus litterae eius gravibus rebus abundant, quae materies pluris etiam aestimanda esset, nisi C. semper et ubicunque praesenti affectione moveretur. Talis quippe erat, cui tranquillitas constantiaque animi in hominibus rebusque iudicandis deesset quique propter nimium animi ardorem in utramque partem modum excederet. Rumoribus nimis facile fidem dabat nullo discrimine, verine an falsi essent; in rerum statu perpendendo media illa aurea via relicta, facta, prout libido ferebat, nimis atris coloribus depingit. Ceterum more eius aetatis vates et augur haberi voluit, qui e certis signis, prodigiis, minis coeli appropinquantem Dei iram, aut iam adfuturas calamitates praesentiret; haec signa portentaque in terra et coelo continuo animadvertere sibi visus est. Quae privata persuasio nunquam ab illo coerceri potuit, ut admiremur necesse sit, quod peritus, aetate iam provectus vir opiniones de iisdem hominibus et rebus continenter mutari atque in ipsius solum, parum stabili opinione positas esse non viderit. Inde ipse sibi saepe dissentiens, plerosque homines infensos sibi reddidit; cum autem propter immensa fere viarum spatia ad litteras Romam perferendas responsumque accipiendum longo tempore opus esset litteraeque saepe retardarentur, ipsi de summis quoque rebus statuendum erat. Ideo, quae commiserat vitia, haud facile corrigi poterant. Utcunque tamen res se habet, iudicia eius cum grano salis accipienda sunt et semper id spectare oportet, gratane illi an secus res haec fuerit; quotiescunque vero relatio de quolibet homine affertur, reminiscamur necesse est, amicitiane an odio illius viri tunc usus sit.

Quae eius vitia et in cogitandis gerendisque rebus parum moderatus animus Romanam curiam non latuerunt. Inde in epistolis Card. Comensis praeter laudes honoresque nuntio Ap. tributos, praecepta quoque monitaque leguntur, quibus ad modum servandum cogebatur; ne reprehensio

[1] Vid. inf. N. 102 et N. 181.

quidem ibi et ironicae voces desunt. Quamquam Card. Comensis Caligarium ad nimiam sui laudem promptum (Paschalis II P. M. similem se ferebat) leviter tractabat, quamquam falsas eius sollicitudines aeque ac nimias spes quodammodo neglegebat, — neque noxium eum iudicabat, neque vitia eius tam gravia esse, propter quae Romam revocaretur. Ad d. 25 Martii a. 1581 nulla invenitur mentio, quae nuntium Ap. tam cito revocatum iri testetur; si autem verum fuisset, quod Card. Comensis d. 1 Aprilis 1581 scribit, Pontificem M. antiquo more omnes nuntios. qui diutius quam duos annos honore suo fungerentur, revocavisse, id certe Caligario ineunte a. 1581 nuntiavisset — mos quidem erat nuntios Ap. hac de re mature certiores faciendi — aut etiam C. per suum agentem, Orsellium, Pontificis M. consilium cognovisset [1]. Interea revocatio nec opinanti plane Caligario accidit, aeque ac nominatio successori eius, Alberto Bolognetto. Utraque quidem res ultimis diebus exeuntis m. Martii constituta est, cum iam novi nuntii Ap. in Galliam, Hispaniam, Germaniam profecturi erant, de ceteris autem omnino nihil dicebatur. Bolognettus enim, adhuc nuntius Ap. Venetiis, insperato ab irato Pontifice M. revocatus est, neque Hispanicam legationem accepit, quamquam iam pridem eo designatus erat; gratia solum nepotum Pontificis M., quorum propinquus erat, factum est, ut diplomatica munia relinquere non cogeretur legationeque illa Hispanica minus honestiore, in Polonia scilicet obeunda honoraretur. Ita a Caligario nuntii Ap. in Polonia munus relinquendum erat, quod Bolognettus obire posset [2]. Card. Comensis autem eo facilius id concedere potuit, quod C. via ad missionem Possevini apud Regem nuper patefacta, molestus ipsi socius fieret. Usque enim ad Possevini adventum suspiciones Regis amovere conabatur, neque intima Sedis Ap. de Possevini missione consilia noverat. Potuit quidem ei Possevinus veram notionem commemoratae iam epistolae d. d. 4 Martii 1581 enucleare: cum tamen Rex crimini dare potuisset, quod actio Possevini ab eis, quae C. cum ipso egerit, discreparet, tutius visum est novum nuntium Ap. mittere, cui sane legatio quaedam mandanda erat, quique eo magis in Polonia idoneus esset, quod de omni causa nihil sciret. Quod vero commemorata epistola Romae ad quaedam crimina ansam dare posse credebatur, inde elucet, quod exemplar eius e cancellaria secretarii status Bolognetto traditum est [3]. Factum id est certe post rem omnem cum Possevino communicatam, qui eodem fere tempore, exeunte quidem m. Martio,

[1] In N. 399 nulla mentio eius rei a Pontifice M. fit, necessitates solum ecclesiae Brittonoriensis praedicantur.

[2] Vid. Boratyński. Studya nad nuncyaturą Bolognettego (Rozpr. Akad. Krak. Wydz. hist. fil. t. XLIX), p. 62.

[3] Vid. inf. N. 318 (descriptio).

Romam relicturus erat. Quae cum ita essent, ad causam cognoscendam informamur, propter quam Possevinus tantopere Caligario e Polonia revocando studuerit et quam ob rem Bolognettum in eius locum succedere maluerit. Praeterea mirum est, quo modo dies in litteris C. revocantibus ascripta diei respondeat, quo Possevinus Roma discesserat; inde dubitari non potest inter utramque rem rationem quandam intercedere. Rationis eius ne Stephanus Rex quidem nescius erat; cum tamen veras causas Caligarii revocandi non intellegeret, ambiguae rei nimiam gravitatem tribuens, Austriacae domus machinationem subesse rebatur et vehementer primum, quominus C. revocaretur, obstabat, mox tamen conatibus facile destitit factamque rem comprobavit. Cum autem Card. Comensem haud propenso in Bolognettum animo fuisse sciamus, eo mirabilius videtur, quod Caligario, initio grato sibi acceptoque, post tot irritas spes eius nulla re satisfecerat, Videlicet legatio Polonica ad auctoritatem nuntii Romae firmandam parum valuit; Card. Comensis spes in C. positas ab ipso non esse expletas opinatus est et inde sine graviore dubitatione revocatum, tranquillum tacitumque Brittonorium eum dimisit.

Etiamsi C. excellenti indole praeditus non erat, tamen aequo animo eum accusare condemnareque non possumus neque iudicium de eo prolatum probare[1]. Diligentia atque industria in incipiendis actionibus ei non deerat, neque ei animus ieiunus humilisque erat. Neque igitur ei sedulitatem quisquam in auctoritate Sedis Ap. defendenda denegaverit, neque artem quandam, qua usus est in gratia Regis retinenda. Dum tamen apud Polonos moratur, facultatem homines conciliandi, tam magnam gravemque in viro publicis rebus intento, non exhibuit, neque oratione ad adversarios placandos accommodata uti sciebat. Hominibus rationibusque non contentus, et ipse multorum inimicitiam et odium sibi contraxit, quos eius reditus Romam magna laetitia adfecit. Quod autem parum benignitate procerum utebatur, ipsius naturae moribusque tribuendum est. Matura iam aetate ad ordines sacros promotus, educatus vero inter severos mores gravemque disciplinam, quae tempore Pauli IV et Pii V PP. MM. Romae erat, hos Pontifices et S. Carolum Borromaeum imitatus est; secundum mores eorum naturam suam formabat eorumque praecepta omni studio defendere paratus erat. Suo solum labore et meritis ad altum dignitatis fastigium evehebatur et ut omnes eius generis homines, strenuus in exsequendis officiis, sibi durus, in alios asper, raro precibus alicuius cedebat; cum autem innocentiae probitatisque suae conscius, in aliorum vitiis castigandis multus esset cumque ne proceribus quidem ignosceret, partes suas

[1] Vid. P. Pierling, La Russie etc., II p. 52.

ubicunque admodum difficiles reddebat. Proborum morum indefessus custos, rei divinae summo splendore exornandae studebat, ecclesias saepe propria pecunia adiuvabat, quamquam res familiaris eius parva reddituusque exigui erant. In religione et Sede Ap. defendenda miram diligentiam animique constantiam exhibuit, curae suae commissam dioecesim prudenter administrabat talisque prorsus erat, cuius probitas propositique tenax animus a nullo in dubium vocari posset. In publicis tamen negotiis, quae diversam naturam et indolem exigunt, in multas difficultates incurreret necesse erat. Cum enim homines eius aetatis, magnificentiae splendorisque amantes, haec omnia in nobilibus, publiciis negotiis intentis viris, magnopere aestimarent, parsimonia nuntii sordida avaritia habebatur. Multarum rerum scientia ei erat, satis eloquentiae, magna orationis facultas; deerat tamen facilitas in tractandis hominibus, moderatio et modus in agendis rebus; negotiis minoris momenti nimiam saepe vim tribuebat, neque ei persuaderi potuit, ut de sententia decederet; in hominibus denique et rebus iudicandis sedatus ei animus deerat. Huc igitur referendum est, quod non solum in Polonia, sed etiam posteriore tempore adversis casibus adflictabatur.

Comitatus, quocum C. in Poloniam pervenit, satis frequens fuit, nam viginti tribus hominibus constabat, propter quos initio cura atque sollicitudine afficiebatur; a nonnullis eorum mox relictus est. Ab initio usque ad finem legationis Tarquinius Peculus, clericus Interamnensis, auditor (mox simul et cancellarius) in officio permansit, qui postea ad ordines sacros promoveri voluit. Caligarius illo contentus erat, Karnkowski vero, postquam archiep-pus Gnesnensis factus est, eum familiaribus suis adnumerare cupiebat; posterioribus temporibus in Poloniam cum nuntio Ap. Hieronymo Bovio cancellarius, sive regens cancellariae nuntiaturae rediit [1]. Praefectus domus Vincentius Diacetus Florentinus erat, quem tamen, vix dum Cracoviam ingressus, in patriam remisit, in locum autem eius Franciscum Lega, clericum Faventinum, assumpsit; iste vero Vilnae a. 1581 paulo ante reditum Caligarii supremum diem obiit. Leonardus Tisius, forsitan cancellarius, Benedictus Benedetti, secretarius, cum tribus aliis famulis (inter quos coquus Vincentius Ferrariensis erat) item in patriam redierunt; incertum tamen est suane id sponte fecerint, an (secundum testimonium Caligarii) propter dissensionem ad salarium pertinentem officio liberati et in patriam remissi sint [2]. Novo secretario Antonio Martinello Caligarius fidem certe non habuit, siquidem notas secretiores (cifram) cum illo non communicabat. Ne huius quidem officio diutius usurus erat, nam ille mox in Italiam revertit.

[1] *Arch. Vat. Garampi, Ind. N. 190 p. 7.* [2] Vid. inf. N. 87.

Scribae igitur munia cuidam alio familiarium, parum quidem idoneo, imposita sunt, quod e genere scripturae comperimus: typus nempe priorum epistolarum, artem commode ac eleganter scribendi exhibens, qui semper fere in cancellariis nuntiorum Ap. invenitur, repente subsistit, posteriores autem epistolae vacillante et inexperta quadam manu conscriptae sunt adeo, ut ipsius Caligarii correctione egerent. Praeter notarium Spinum Bizarrum, qui in locum Simonis Lubovii successerat, appellantur etiam vilicus et magister stabuli. In comitatu nuntii Ap. consanguineus etiam eius quidam, Iulius Caligarius, erat.

Quamquam Caligarius, dum crimen nimiae parsimoniae depellit, multus est in depingenda magnificentia domus et splendore ac luxu conviviorum, quae potissimum tempore comitiorum generalium edere solebat, ceterorum hominum testimonia legentes opinemur necesse est neque ep-pos neque nobiles Polonos haec convivia tantopere admiratos esse [1]. Antequam Romam reliquit, a Pontifice M. quidem donativum 500 duc. aur. acceperat, quod tamen, aeque ac sua propria tria milia aureorum ducatorum, in apparatum itineris et ipsum iter erogavit. Ne tamen tam multos nummmos erogatos admiremur, recordari opportet comitatum nuntii Ap. viginti tribus hominibus, sedecim equis, quorum tres aut quattuor uno carpento iungerentur, constitisse; unus praeterea currus erat, quo certe varia utensilia vehebantur. In Polonia duobus carpentis et uno curru utebatur, quorum alterum sex, alterum vero et currus quattuor equis iungebatur [2]. Ex quo Cracoviam pervenerat, id est a d. 7 Iunii a. 1578, singulis mensibus ducenos quidem aureos ducatos percipiebat, sed semper caritatem annonae conquerebatur. Cum ex ep-patu Brittonoriensi exiguos solum fructus caperet, quingentos aureos ducatos a S. Pontifice dono iterum accepit, quibus tempore comitiorum (1579/80) ad magnifica convivia edenda uteretur. Proximo tamen anno, etiamsi submisse precabatur, etiamsi iterum comitia appropinquabant, nullum iam subsidium ei oblatum est. Conquerebatur quoque salarium sibi neque constanter, nec certo tempore persolvi difficultatesque commemorabat, quae a depositario Ap. Olgiato in persolvenda quibusdam Polonis pecunia afferebantur, qui Romam proficiscentes, Caligario nummos numeratos relinquebant, ex eius autem salario ab Olgiato convenientem pecuniam accepturi erant.

De cancellaria nuntii Ap. nihil fere dici potest, cum neque registra neque ullos libros eius noverimus. Registra epistolarum ab eo composita esse ex una mentione comperimus; invenitur quoque mentio cuiusdam *„libri legationum“*, in quem gravioris momenti res referebat, quae succes-

[1] Vid. inf. N. 87 adn. 6. [2] Vid. inf. N. 9 et 87.

soribus traderentur[1]. Diligentiam eius codices expensorum et acceptorum, qui commemorantur, repraesentant, ubi famulorum salarium et sumptus in itinere facti conscripti erant. Singulis hebdomadibus singulas litteras Romam mittere solebat, quibus res post ultimam epistolam adlatae continebantur; si autem gravioris momenti res acciderant, aut graves quosdam nuntios acceperat, separatas epistolas scribebat, quarum unicuique nota *„prima, seconda“* etc. eam ob causam inscribebatur, quod aliquot simul mittebantur. Adiungebantur quoque iam antea missarum epistolarum exemplaria et multa allegata, quae moles saepe Card. Comensis bilem movit. Secretis notis saepe abundeque, etiam in levioribus rebus communicandis usus est, quae tantam diligentiam non exigebant.

Ratio epistolas mittendi Caligario saepe causa gravis aegritudinis facta est; accusabatur enim aliquando, quod privatorum hominum litterae inter brevius temporis spatium, quam ipsius e Polonia Romam pervenirent[2]. Et revera ratio haec et tarda et inormis fuit. Epistola nempe Cracovia missa post quadraginta duos, aut etiam post quinquaginta septem dies Romam adferebatur, cum interim Caligarius cum comitatu suo idem iter duodequadraginta diebus confecisset (a d. 29 Aprilis ad d. 7 Iunii); accidit quidem aliquando, ut epistola Varsovia Romam missa undequadraginta diebus pervenerit, alias tamen sexaginta quattuor, Pultovia autem septuaginta octo etiam dies exigebat. Qui rerum status, dum Caligarius Vilnae commoratur, peior prorsus erat, nam post quinquaginta septem demum dies litteras accipiebat; quaedam epistola uno et septuaginta diebus pervenit, alia, a Cyro quidem detenta, post quartum mensem. Quam incertum et ambiguum, quibusque fortuitis obnoxium litterarum commercium fuerit, inde intellegi potest, quod epistola d. 29 Novembris a. 1579 Varsovia missa, d. 13 Iulii 1580 in deversorio quodam inter Cracoviam et Varsoviam inventa et Caligario tradita est, qui eam eodem die Romam remisit[3]. Inde nuntius Ap., quibusnam casibus futurum esset, ut conflictarentur suae epistolae, nescius, cum etiam Card. Comensis nunquam fere accurate scriberet, an omnes accepisset, interdum novis epistolis priorum litterarum indicem adiungebat: apparebat tum paucas solum intercidisse, omnes tamen nimis sero Romam pervenisse. Quae tarditas sollicitudinem quandam

[1] In cancellaria »nuntiaturae« Ap. in Polonia liber quidam asservabatur, qui a Hieronymo Bovio, Alb. Bolognetti successore (1585–1586), commemoratur: *come si dice ne' memoriali che stanno nel libro della legatione Ap. di Polonia a cap. 50.* (Memoriale Bovii pro suo successore, *Borgh. III 67a f.* 1 sq. orig.). In librum eum, qui in plura capita divisus erat, acta gravioris momenti ab unoquoque nuntio Ap. referebantur, sed quem ad modum dispositus sit, plane nos latet.

[2] Vid. inf. N. 143.

[3] Vid. inf. N. 179.

afferebat et ad gravioris momenti res perturbandas valebat, ut id in rebus Pauli Uchański accidit; ille enim solum propter nimis sero acceptas litteras, quibus revocabatur, legationem cum obedientia perficere potuit.

Quae difficultates inde eveniebant, quod inter Poloniam et Italiam cursus publici equestres non erant[1]. Epistolae, Roma ad nuntium Ap. in Polonia commorantem missae, primum Venetiis nuntio Ap. tradebantur, qui eas nuntio Ap. in aula Imperatoris degenti mittebat; similem in modum epistolae e Polonia missae, primum nuntio Ap. apud Imperatorem commoranti perferebantur, qui sub idem tempus Pragam habitatum concessit. Ita non brevissima via litterae perferebantur, cursores autem, qui directe Praga Cracoviam et Varsoviam pervenirent, haud inveniri poterant. Caligarius igitur oblata facultate uti solebat et epistolas hominibus in Italiam proficiscentibus perferendas tradebat; hoc modo usus est gratia Laurei. Possevini et aliorum, semel etiam sacerdotis cuiusdam, qui iter in Italiam pedibus conficiebat. Semel tantummodo cubicularius Regis epistolas ei Roma attulit, qui quinquaginta sex diebus Vilnam pervenit, sed idem cubicularius, dum properanter Regis epistolas Paulo Uchański et aliquot Caligarii litteras perfert, tamdiu in itinere moratus est, ut Varsovia d. 17 Februarii 1579 relicta, ineunte demum m. Aprili sub muris fere Romae eodem contendentem Paulum Uchański nactus sit. In gravioribus casibus nuntius Ap. quidem extraordinario cursore uti poterat, quod tamen ob nimis magnos sumptus non faciebat. Postquam denique aestate a. 1579 publici cursores a Regina Anna instituti sunt, qui bis in mense Cracovia et Venetiis exire solebant et postquam Anna procuratores publici cursus equestris Cracoviae Sebastianum Montelupium, Venetiis Antonium Mazzuola creavit, ratio epistolas perferendi prosperam mutationem passa est[2]. Longissimum tum tempus, quo epistolae Varsovia Romam perferebantur, quinquaginta quinque dierum, brevissimum autem triginta quinque dierum erat. Dici igitur potest sex fere hebdomadibus opus fuisse. Tamen iam d. 28 Octobris a. 1580 Caligarius hos cursores a Regina sublatos esse scribit[3]. Postea vero quoddam commercium epistolarum inter Venetias et Cracoviam exstitit, nam Card. Comensis gravioris momenti epistolam quandam (N. 318) hoc modo Caligario mittere constituit. Cum tamen hae litterae nuntio Bolognetto graviores visae essent, quam quae periculo intercipiendi obicerentur, tanto circuitu viarum per Pragam eas misit, ut Varsoviam

[1] Vid. J. Ptaśnik, Z dziejów kultury włoskiego Krakowa (Rocznik Krakowski, T. IX p. 48 sq.).

[2] Vid inf. N. 140 et N. 146. De dubiis quoad solutionem mercedis epistolae perferendae, vid. N. 173.

[3] Vid. inf. N. 282.

post quinquaginta tres dies pervenerint. Cum Caligarius in Lithuaniam a. 1581 proficisceretur, epistolam, qua revocabatur, intra undequadraginta dies accepit; missa erat videlicet per Venetias directe Cracoviam. Revera Montelupius privatos cursores habuit, etiamsi et ille oblata facultate mittendi epistolas utebatur[1]. Petrus Dunin Wolski, ep-pus Plocensis, legatus Regis, quoque cursores ad se Romam pedibus pervenire conqueritur, at inde a Rege saepe petivit, ut publici cursores equestres instituerentur, quod fieri Caligarius quoque haud invito Rege optabat, pecuniae tamen defectus obstitit, quominus hoc consilium perficeretur[2]. Denique temporibus nuntii Ap. Bolognetti hi conatus prosperum ad finem adducti sunt.

Tandem liceat mihi magnas meritasque gratias his omnibus agere, qui praesenti auxilio me operi intentum foverunt. Atque primum quidem defunctum iam Mgr. Petrum Wenzel, Praefectum Archivi Vaticani eiusque successorem Mgr. Marianum Ugolini, necnon P. Franciscum Ehrle, Praefectum Bibliothecae Vaticanae et D. Aemilium Ranuzzi, quorum benevola ope totiens Exspeditio nostra usa est, nominem necesse est. Meritas quoque gratias debemus agimusque Reverendissimo D. Achilli Ratti, Praefecto Bibl. Ambrosianae, omnibus Praefectis tabulariorum publicorum Regni Italiae, qui multi erant in laboribus nostris adiuvandis, denique Directori Instituti Historici Austriaci Romae, Consiliario Aulico Dri Ludovico de Pastor eiusque secretario Professori Dri Henrico Pogatscher. Praecipue vero commemorandi sunt omnes Brisighellenses, utpote R-mus Archipresbyter Antonius Casanova, syndicus Franciscus Bracchini, D. A. Metelli et sacerdos Dominicus Argnani, qui cum incredibili fere benignitate et laudabili studio auctorem sublevabant, ut res gestae Caligarii ab oblivione vindicarentur, qui egregie in nostram Polonam simul et eorum patriam istam meritus est.

Summae quoque gratiae debentur c. r. Consilio instructionem publicam provinciae nostrae dirigenti, quod auctorem labori editionis curandae intentum, liberaliter ab officiis magistri exsequendis illo tempore liberaverit. Denique vero auctor facere non potest, quin venerandum magistrum suum, Consiliarium Aulicum Drem Vincentium Zakrzewski pro continuo, benevolo auxilio cautoque consilio maxima gratia prosequatur, sine quibus, fateri haud pudeat, res omnis ad prosperum finem eventumque adducta non esset.

[1] Vid. inf. App. N. 18. [2] Vid. inf. N. 399 adn. 1 et N. 170.

Explicatio abbreviationum saepius occurrentium.

a. = annus.
adn. = adnotatio.
Ap. = Apostolus, Apostolicus.
app. = appendix.
Arch. = Archivum.
B. M. V. = Beata Maria Virgo.
Bibl. = Bibliotheca.
c., cap. = caput.
Caes. = Caesar, Caesareus.
Card. = Cardinalis.
cifr. = cifra, nota secretior.
D., D-nus = Dominus.
D-nus N. = Dominus Noster.
D-tio T. = Dominatio Tua.
D-tio V. Ill-ma = Dominatio Vestra Illustrissima.
ep. = epistola, epistolae.
ep-pus = episcopus.
fe. me. = felicis memoriae.
fe. re. = felicis recordationis.
F., Fr. = Frater.
FF. = Fratres.
Gio. = Giovanni.
Ill-ris = Illustris.
Ill-mus = Illustrissimus.
Imp-re = Imperatore.
inscr. = inscribitur, inscriptus.
Mons. = Monsignore.
M-ser = Messer.
M-tas V-ra = Maiestas Vestra.
M-tà = Maestà.
N. = numerus.
N. P re = Nostro Padre.
N. S-re = Nostro Signore.
O. = ordo, ordinis.
o. c. = opus citatum.
O. Praed. = ordo Praedicatorum.
Opt. Max. = Optimus Maximus.
P. M., Pont. M. = Pontifex Maximus.
P. N. = Pater Noster.
P-re N. = Padre Nostro.
P-tas T. = Paternitas Tua.
P-tà V-ra = Paternità Vostra.
Rev-da = Reverenda.
Rev mus = Reverendissimus.
Rev-tia V. = Reverentia Vestra.
S. Caes. M-tas = Sacra Caesarea Maiestas.
s. d. = sine die.
S. D nus N. = Sanctissimus Dominus Noster.
s. f. = sine folio.
S. I. = Societas Iesu.
S. M tà = Sua Maestà
s. n. = sine numero.
S. Pont. = Summus Pontifex.
S. R. E. = Sancta Romana Ecclesia.
S. R. I. = Sacrum Romanum Imperium.
S. Reg. M tas = Sacra Regia Maiestas.
S. S. R-ma = Sua Signoria Reverendissima.
S. S-tà = Sua Santità.
S-tas S. = Sanctitas Sua.
Ser-mus = Serenissimus.
Ser-tas = Serenitas.
sign. = signum, signatura.
Sinc-tas = Sinceritas.
S-r. = Signor.
S-ria = Signoria.
T. = Tuus.
tit. = titulus.
Vat. = Vaticanus.
V-ra = Vestra, Vostra.
Ven. = Venerabilis.
vers. = versus.
V. S. = Vostra Signoria.
VV. = Vestrae, Vostre.

Index chronologicus

epistolarum, orationum, legationum, actorum, quae e fontibus in cap. I praefationis nominatis deprompta sunt.

(Epistolae et acta, ex quibus excerpta tantum proponuntur, praemissa littera e notantur; eis vero, quorum argumentum tantum enarratur, litt. r praemittitur; quae denique iam antea integrae aut ex parte typis sunt impressae, litt. i signantur. Numeri Romani paginas praefationis, Arabici numeros actorum, numeri fracti adnotationes indicant).

1553	Ianuarii	27	e	Ex metrica studii Bononiensis	App. 29[10]
1559	Aprilis	22	e	Caligarius Ioh. Francisco Commendono	XXIV[4]
1560	Octobris	18	r	Vinc. Iustinianus, gener. O. Praed. Lucae Leopoliensi . .	201[2]
1561	Augusti	26	e	Caligarius Ioh. Francisco Commendono	App. 28[8]
	Octobris	22	e	Caligarius Ioh. Francisco Commendono	XXV[4]
	Novemb.	12	e	Caligarius Ioh. Francisco Commendono	XXV[4]
	»	29	e	Bernardus Scotus Caligario	XXV[3]
1562	Martii	20	e	Caligarius Ioh. Francisco Commendono	XXV[4]
	»	28	e	Caligarius Ioh. Francisco Commendono	XXV[4]
	»	29	e	Caligarius Aloisio Gratiano	XXV[4]
1564	Decemb.	14	e	Capitulum Placentinum Caligario	XXVI[1]
	»	19	e	Civitas Placentina Caligario	XXVI[1]
1565	Maii	8	i e	Raynutius Card. Farnesius Caligario	XXVII[1]
	»	9	e	Raynutius Card. Farnesius protonotario Avila	XXVII[1]
	Iunii	23	e	Raynutius Card. Farnesius Caligario	XXVII[1]
	Novemb.	5		Caligarius Fulvio Ruggiero	XXVII[2]
1566	Ianuar.	12	e	Caligarius Card. Commendono	XXVIII[1]
	»	16	e	Caligarius Card. Commendono	XXVIII[1]
	Maii	12	i r	Caligarius Card. Commendono	App. 29[15]
1567	Iunii	25	e	Philippus Soderinus Caligario	XXVIII[3]
	Iulio		e	Caligarius Card. Commendono	XXIX[1]
	Augusti	9		Caligarius Card. Commendono	XXIX[1]
	Septemb.	24	e	Caligarius Card. Commendono	XXIX[1]
1571	Decemb.	29	i r	Caligarius Carolo Sigonio	XXXVIII[4]
1572	Martii	5	e	Carolus Card. Borromaeus Caligario	App. 28[9]
	»	26	e	Carolus Card. Borromaeus Caligario	App. 28[9]
	Septemb.	15	r	Stephanus Bathory princ. Transsilv. Gregorio XIII P. M.	XLII[3]
1573	Martii	21	r	Card. Comensis Vincentio a Porticu	XLII[3]
	Septemb.	16	r	Gregorius XIII P. M. Caligario	App. 29[16]
1574	Augusti	31	i r	Carolus Card. Borromaeus Caligario	App. 28[12]
	Septemb.	14	r	Stephanus Bathory, princ. Transsilv. Gregorio XIII P. M.	XLII[3]

1575	Martii	28	r	Stephanus Bathory, princeps Transsilv. Gregorio XIII P. M.	XLII[3]
	Iulii	2	e	Card. Comensis Vincentio Laureo	XLI[2]
	Octob.	21	r	Caligarii cessio de prioratu Plebis Octavi	App. 29[17]
1576	Ianuar.	21	e	Card. Comensis Vincentio Laureo	XLIII[1]
	Martii	24	e	Card. Comensis Vincentio Laureo	XLIII[1]
	Aprilis	2	e	Caligarius Card. Comensi	XXXIX[1]
	Iulii	7	e	Card. Comensis Vincentio Laureo	XLIII[1]
	Novemb.	2	r	Caligarius Card. Comensi	156[8]
	Decemb.	29	e	Card. Comensis Vincentio Laureo	XLIII[4]
1577	Aprilis	2 (?)	e	Caligarius Card. Comensi	XXXI[4]
	Maii	10	e	Vinc. Laureus Card. Morono	XLIV[3]
	Iunii	24	e	Stephanus Rex Card. Morono	6[6]
	Iulii	24	r	Card. Comensis Caligario	XXX[6]
	Decemb.	3	e	Card. Sirletus Stephano Regi	6[6]
	»	7	e	Card. Hosius Iohanni Krzyżanowski	31[3]
	»	28	r	Card. Comensis Vincentio Laureo	XXX[7]
	»	29 i	r	Gregorius XIII Iacobo Uchański archiep-po Gnesnen.	96[7]
1578	Ianuarii	28 i	e	Card. Paleottus Caligario	XXX[7]
	»	30	r	Caligarius Carolo Card. Borromaeo	XXXI[1]
	Februar.	13 i	r	Nicolaus Christ. Radziwiłł Gregorio XIII P. M.	5[1]
	»	23	r	Georgius Radziwiłł Gregorio XIII P. M.	5[1]
	»	24 i	r	Nicolaus Christ. Radziwiłł Gregorio XIII P. M.	5[2]
	Martii	12	r	Stephanus Rex tribus Cardinalibus quibusdam	55[5]
	»	15	e	Antonius Tiepolo orator Nicolao de Ponte duci Venet.	7[4]
	»	16	e	Ex Diario Romano	7[4]
	»	20	r	Gregorius XIII P. M. Caligario	XXXI[2]
	»	27	e	Ex Diario Romano	7[4]
	Aprili	ineunte		Card. Comensis Antonio Buccapadulio	1
	»	2	r	Stephanus Rex Nicolao de Ponte duci Venet.	50[5]
	»	5	r	Gregorius XIII P. M. Caligario	3[1]
	»	8	r	Gregorius XIII P. M. Caligario	18[4]
	»	8 i	e	Gregorius XIII P. M. exsecutoribus decr. synodi	18[3]
	»	9 i		Gregorius XIII P. M. Stephano Regi	2
	»	10	r	Gregorius XIII P. M. Caligario	3[1]
	»	11	r	Stephanus Rex Valer. Protaszewicz ep-po Vilnensi	179[10]
	»	13	r	Caligarius Gregorio XIII P. M.	XXXI[3]
	»	22		Gregorius XIII P. M. Caligario	3
	»	22	r	Gregorius XIII P. M. Caligario	3[1]
	»	23 i		Card. Comensis Caligario	4
	»	30 i		Gregorius XIII P. M. Georgio Radziwiłł	5
	»	30	e	Stanislaus Rescius Martino Cromero	60[6]
	»	s. d.		Card. Comensis mandatum ad breve conficiendum	5[1]
	Maii	3	r	Card. Comensis Nicolao Christ. Radziwiłł	5[1]
	»	7	e	Caligarius Card. Comensi	7[1]
	»	7	e	Ex Diario Romano	7[4]
	»	8	r	Stephanus Szánto Georgio Fabio	12[13]
	»	13	r	Gregorius XIII P. M. ep-pis Cracoviensi et Vratislaviensi	7[4]
	»	14	e	Stephanus Szánto Stephano Regi	6
	»	19		Caligarius Card. Comensi	7
	»	24	e	Stanisl. Karnkowski ep-pus Vladislav. Mart. Cromero	12[10], 58[3]
	»	24	e	Ex ephemeridibus Romanis	7[4]
	»	28	e	Bartholomaeus Portia Card. Comensi	8[1]

1579

1579

Aprilis	25	e	Card. Comensis Horatio Malaspina	89[4]
»	26	e	Andreas Bathory Caligario	100[8]
»	27		Possevinus Caligario	101
»	28	r	Gregorius XIII P. M. Philippo II Regi Hisp.	78[5]
»	28	r	Gregorius XIII P. M. Rudolpho II Imp.	78[5]
»	28	r	Gregorius XIII P. M. Henrico III Regi Gall.	78[5]
»	28	r	Gregorius XIII P. M. Henrico Regi Lusit.	78[5]
»	28 i	e	Decretum synodi Vladislaviensis	118[14]
»	29	e	Caligarius Card. Comensi	104[2]
»	29	e	Ex ephemeridibus Romanis	95[3]
Maii	1	e	Card. Hosius Stanislao Kłodziński	111[2]
»	2		Gregorius XIII P. M. Stephano Regi	172[5]
»	2	r	Card. Comensis Stephano Regi	172[5]
»	2	r	Card. Comensis Iohanni Zamoyski cancell. R.	172[5]
»	2		Caligarius Card. Comensi	102
»	4		Possevinus Stanislao Karnkowski ep-po Vladislav.	103
»	4	r	Cessio Iohannis Gałczyński	110[6]
»	5		Caligarius Card. Comensi	104
»	5 i		Possevinus Card. Comensi	105
»	5	r	Partite del ricevuto et speso dal P. Possevino	105[3]
»	6		Caligarius Card. Comensi	106
»	6	e	Caligarius Stephano Regi	136[5]
»	6	e	Ex ephemeridibus Romanis	111[3]
»	7	r	Caligarius Card. Comensi	107
»	9 i	e	Stephanus Szánto Stephano Regi	95[2], 95[4], 109[2]
»	11	r	Philippus Sega Card. Comensi	75[9]
»	12	r	Philippus II Hisp. Rex Stephano Regi	190[4]
»	13	e	Ex ephemeridibus Romanis	111[3]
»	15	e	Caligarius Card. Comensi	108
»	16		Card. Comensis Caligario	109
»	16	r	Card. Comensis Caligario	109[6]
»	16	e	Petrus Dunin Wolski Stephano Regi	108[1]
»	18	e	Horatius Malaspina Card. Comensi	89[4]
»	19	e	Caligarius Stephano Regi	110[8], 110[11]
»	21	e	Hieronymus Rozdrażewski Caligario	108[4]
»	22 i		Caligarius Card. Comensi	110
»	22	e	Anna Regina Card. Commendono	102[4]
»	22 i	r	Petrus Dunin Wolski Card. Comensi	110[3]
»	23 i		Card. Comensis Caligario	111
»	23 i	r	Petrus Dunin Wolski Iohanni Zamoyski	110[11]
»	23	e	Stanislaus Rescius Martino Cromero	68[1], 115[3]
»	23 i	r	Petrus Dunin Wolski Iohanni Zamoyski	110[2]
»	24 i	r	Stanislaus Karnkowski ep-pus Vladislav. Possevino	103[8]
»	26	r	Assignatio salarii Caligario	162[3]
»	27	e	Card. Hosius Valeriano Protaszewicz, ep-po Vilnensi	42[6]
»	27		Quaerelae Carthusianorum contra Gasp. Geschkaw	App. 4
»	28	e	Iulius Masetti orator Alphonso duci Ferrariae	117[6]
»	30	r	Card. Comensis Alberto Bolognetto	117[4]
»	31 i	r	Stanislaus Karnkowski ep-pus Vladislav. Caligario	106[5]
Maio exeunte	i	e	Iesuita quidam Francisco Suniero provinciali	132[2]
»	s. d.		Articuli contra Georgium Wysocki	App. 3

1580				
Iunii	20	r	Gregorius XIII P. M. Melchiori Mościcki O. Praed.	221[7]
»	20	r	Caligarius Martino Cromero	241[1]
»	20	i r	Petrus Skarga S. I. Caligario	248[1]
»	20		Petrus Skarga S. I. Everardo Mercuriano (?)	248[3]
»	20	i e	Iohannes Zamoyski cancell. R. Caligario	246[1], 246[2]
»	21	i e	Iacobus Uchański Caligario	242[6]
»	21	i r	Iohannes Zamoyski Georgio Radziwiłł	248[2]
»	25	r	Caligarius Stephano Regi	251[3]
»	25	e	Ex ephemeridibus Venetis	222[7]
»	26		Caligarius Card. Comensi	241
»	26	i	Caligarius Card. Comensi	242
»	26	i r	Edmundus a Cruce O. Cist. Caligario	249[4]
»	27	i	Caligarius Card. Comensi	243
»	29		Caligarius Gregorio XIII P. M.	242[4]
»	29	e	Caligarius Stephano Regi	245[4]
»	29	i r	Iohannes Zamoyski cancell. R. Caligario	254[1]
»	30	r	Caligarius Stephano Regi	245[2]
Iulii	incip.		Card. Sirletus Caligario	245[12]
»	1	i e	Definitores O. S. Aug. Caligario	248[6]
»	1	e	Lucas Leopoliensis O. Praed. Caligario	248[7]
»	2	i	Card. Comensis Caligario	244
»	2	i	Caligarius Card. Comensi	245
»	3	r	Lucas Podoski canon. Cracov. Caligario	249[3]
»	4	r	Iohannes III Suetiae Rex Gregorio XIII P. M.	261[3]
»	5	e	Petrus Myszkowski Card. Commendono	252[5]
»	6		Caligarius Card. Comensi	246
»	6	i	Caligarius Card. Comensi	247
»	9	i	Caligarius Card. Comensi	248
»	9	e	Benedictus Herbestus S. I. Caligario	257[2]
»	10	r	Caligarius Card. Comensi	251[4]
»	10		Andreas Opaliński S. R. marsal. Edmundo a Cruce	App. 10
»	11	e	Caligarius Stephano Regi	249[1]
»	11		Iohannes III Suetiae Rex Caligario	261[7]
»	11		Stanislaus Karnkowski ep-pus Vladisl. Caligario	251[1]
»	12		Lucas Kościelecki ep-pus Posnan. Edmundo a Cruce	App. 10
»	13	e	Caligarius Card. Comensi	179[1]
»	13		Caligarius Card. Comensi	249
»	13		Caligarius Card. Comensi	250
»	14	i e	Ludovicus Foligno Caligario	222[7]
»	17	i r	Eustachius Wołłowicz castell. Viln. Annae Reg.	254[1]
»	18	r	Instrumentum Iohannis III Suetiae Regis	278[2]
»	18	r	Instrumentum Catherinae Suetiae Reginae	278[2]
»	18	r	Cessio Catherinae Suetiae Reginae	278[2]
»	20		Caligarius Card. Comensi	251
»	24		Edmundus a Cruce Lucae Kościelecki ep-po Posn.	App. 10
»	26	r	Iohannes Zamoyski cancell. R. Caligario	259[1]
»	26	e	Horatius Malaspina Card. Comensi	249[4]
»	28		Caligarius Card. Comensi	252
»	28	e	Georgius Fabius Dalmata Caligario	258[6]
»	28	r	Bonav. Maresius O. S. Fr. Caligario	254[4]
»	29	e	Caligarius Stephano Regi	251[9]

1580

1581

1. *Cardinalis Comensis [Antonio Buccapadulio][1]. Romae Aprili ineunte 1578.*

Ut brevia ad fidem Caligario praebendam conficiantur, mandat.

Arch. Vat. Arm. 52, vol. 31, s. p., *min.*

Aprilis 1578.

Stephano Regi Poloniae[2] — Annae Reginae Poloniae — Christophoro Bathorio[3] remaneat in albo titulus dignitatis.

Episcopi — Iacobo[4] archiepiscopo Gneznensi. — Iohanni[5] archiepiscopo Leopoliensi — Petro[6] episcopo Cracoviensi — Stanislao[7] episcopo Vladislaviensi — Lucae[8] episcopo Posnaniensi — Petro[9] episcopo Plocensi — Alberto episcopo Premisliensi[10] — Petro[11] episcopo Culmensi — Martino[12] episcopo Camenacensi *(s)* — Melchiori[13] episcopo Samogitiae — Georgio[14] coadiutori Vilnensi — Martino[15] coadiutori Varmiensi — Valeriano[16] episcopo Vilnensi — Victorino[17] episcopo Luceoriensi — Cipriano[18] episcopo Motonensi suffraganeo Vilnensi — Capitulo Gnesnensi — Capitulo Cracoviensi — Omnibus abbatibus Cisterciensis ordinis ut incumbant reformationi et credant nuntio, sine suprascriptione[19] — Pluribus et diversis abbatibus et praepositis diversarum religionum, sine suprascriptione — Hieronimo Rozrazovio[20] praeposito Plocensi secretario Regio maiori — Martino Rusiecki scholastico Cracoviensi — Lucae Podoscio praeposito Gnesnensi[21].

Status saecularis: Iohanni Costka palatino Sendomiriensi — Iohanni de Sluzeno[22] palatino Brestensi — Iohanni Serakoroski[23] palatino

1. [1] *Secretarius brevium.* [2] *Vide N. 2.* [3] *Princeps Transsilvaniae, fratre Stephano ad Regnum Poloniae translato, electus.* [4] *Uchański: breve hoc ed. Wierzbowski, Uchańsciana Vol. I. p. 317. Nr. 224.* [5] *Sieniński.* [6] *Myszkowski* [7] *Karnkowski.* [8] *Kościelecki.* [9] *Dunin Wolski.* [10] *Starożrzebski-Sobiejuski.* [11] *Kostka.* [12] *Białobrzeski.* [13] *Gedroić.* [14] *Radziwiłł.* [15] *Kromer.* [16] *Protaszewicz.* [17] *Wierzbicki.* [18] *Ordinis Praedicatorum.* [19] *Vid. inf. N. 32.* [20] *Rozdrażewski.* [21] *Podoski Lucas canonicus Cracoviensis, secretarius regius, saepenumero legationes obibat.* [22] *Służewski.* [23] *Sierakowski.*

Lenciciensi — Andreae Teczinski palatino Belsensi — Zebrzidoroski[24] palatino Calisiensi — Iohanni Dzialinski Culmensi[25] — Nicolao Mieliecz palatino Podoliae. Et hoc breve sit pinguius aliis, exhortando palatinum, ut utatur dotibus animi et ingenii ad favorem et servitium Dei et Sanctae religionis[26] — Valentino Dembiński castellano Cracoviensi — Petro Czarnkoroski[27] castellano Posnaniensi — Nicolao Firley castellano Biecensi referendario Regni, tanquam rosae ex spinis, habuit enim patrem haereticum[28] — Stanislao Herborth castellano Leopoliensi — .. cancellario Regni Poloniae — .. vicecancelario Regni. Hi duo debent mutari et adhuc incertum est, quibus committantur huiusmodi officia. Ideo fiant brevia sine suprascriptione[29] — Andreae Opalienski marescalco Regni Poloniae — Andreae Zboroski marescalco curiae regiae — Georgio *(sic)* Chotkiomschio[30] magno mareschalco Lithuaniae — Nicolao Christophoro Radzivil duci Olicae marescalco curiae Lithuaniae — ..[31] Generali Maioris Polonie. Hic est creandus et nomine ignoratur — Augustino Rotundo Iur. utr. Doctori praetori Vilnensi[32] — 15 brevia sine suprasciptione pro palatinis et aliis saecularibus — Andreae Patritio secretario Regio et Reginali[33].

Li brevi antescritti si hanno a fare credenziali in Mons. Gio. Andrea Caligari utriusque signaturae referendario, qual N. S-re manda nuntio residente appresso il Ser-mo Re di Polonia. Il Cardinale di Como.

2. *Gregorius XIII Stephano Regi* *Romae 9 Aprilis 1578.*

Caligarius nuntius mittitur.

Arch. Vat. Arm. 44 v. 23 f. 476 Nr. 232, *cop. reg.*[1] *inscr.*: Carissimo in Christo filio nostro Stephano Poloniae Regi Illustri. Mittitur nuncius Io. Andreas Caligarius. — *Ed. Theiner Ann. Eccl. II p. 394.*

Gregorius Papa XIII.

Carissime in Christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem. Mittimus successorem Venerabili fratri Vincentio episcopo Montis

1. [24] *Gaspar Zebrzydowski.* [25] *Deest*: palatino. [26] *Nicolaus Mielecki inter primos Poloniae proceres fuit idemque recenti tempore ab haeresi animum avertit.* [27] *Czarnkowski.* [28] *Iohannes, palatinus Cracoviensis, s. maresalcus Regni.* [29] *Postquam cancellarius Petrus Dunin Wolski ep-pus Plocensis factus est, vicecancellarius Iohannes Zamoyski munus cancellarii, Iohannes vero Borukowski vicecancellarii d. 1 Martii obtinuerunt.* [30] *Iohannes Chodkiewicz.* [31] *Deest*: capitaneo. *Post mortem Adalberti Czarnkowski Andreas Opaliński marsalcus Regni capitaneatum hunc obtinuit.* [32] *Civitatis Vilnensis advocatus.* [33] *Andreas Patricius Nidecki.*

2. [1] *In eodem registro multa et alia brevia, non tamen gravioris momenti* (NN. 232—254, ff. 476 - 489) *quorum inscriptiones in N. 1 significatae sunt, habentur. Praeterea mandatum ipsum aliqua brevia omittit, quae inter registrata reperiuntur, hoc est brevia ad stirpem domus Austriae directa*: 1) Ferdinando archiduci Austriae (N. 248); 2) Maximiliano archiduci Austriae (N. 249); 3) Rudolpho Hungariae et Bohemiae Regi

Regalis, quo hactenus nuncio [2] apud M-tem T. usi sumus, dilectum filium Ioannem Andream Caligarium utriusque nostrae signaturae referendarium, virum prudentem et multis gravibusque in rebus, in quibus ipsius opera usi sumus, integritate et fide spectatissima. Habebit M-tas T. eum ad recta atque honesta omnia, quae tibi summopere cordi esse scimus, paratissimum. Gratissimum Nobis facies, si hunc ea, qua soles, nostros atque Ap. Sedis nuncios humanitate amplecteris omnibusque in rebus, de quibus tum in adventu ipso, tum in posterum tecum aget nostro nomine, non minorem ipsius verbis quam nostris, fidem tribueris. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die nona Aprilis MDLXXVIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

3. *Gregorius XIII Caligario.* *Romae 22 Aprilis 1578.*

Facultas absolvendi haereticos conceditur.

Arch. Vat. Secret. Brevium 45 (An. 1578. Lib. II) f. 190, ***min. in tergo inscr.***: Aprilis 1578 anno 6 pro D. Io. Andrea Caligario nuntio in Polonia. Facultas absolvendi haereticos in ampla forma. D. Datarius dicit S. V. mandasse expediri.

Dilecto filio mag-ro Ioanni Andreae Caligario, notario et in utraque signatura nostra referendario, ad Carissimum in Christo filium nostrum Stephanum Poloniae Regem Illustrem nostro et Apostolicae Sedis nuntio.

Dilecte fili salutem et Ap. benedictionem. Cum te ad Carissimum in Christo filium nostrum Stephanum Poloniae Regem Illustrem, nostrum et Ap. Sedis nuntium cum potestate legati de latere, duxerimus destinandum et audiamus multos illarum partium etiam magnae auctoritatis et dignitatis, qui satanae fraudibus seducti diversisque haeresibus impliciti, a fedis erroribus suis ad veram fidei catholicae professionem atque ad sacrosanctam ecclesiae praedictae unitatem facile revocarentur, si veniae locus illorum infirmitati pateret: Nos continua solicitudine in hoc incumbentes, ne ulla ovis a credito Nobis grege usquam aberret, et si aliqua Christi ovile aliquando relinquat, illico aperta pietatis ianua commodis rationibus reducatur: — Tibi ultra alias facultates, quas Tibi per alias nostras litteras [1] concessimus, quoscunque dicti Regni necnon Lithuaniae, Prussiae, Massoviae, Transilvaniae, ceterorumque omnium ducatuum, comitatuum, provinciarum, civitatum, terrarum et dominiorum dicto Stephano Regi

Illustri in Romanorum Imperatorem electo (N. 250); 4) Mariae Hungariae et Bohemiae Reginae illustri in Romanorum Imperatricem electae, viduae (N. 251). *Originalia brevia, de quibus agitur, paene omnino deperdita sunt, excepto salvo conductu, qui eadem die et mense datus, in codice Brittinoriensi* f. 41, *asservatur.*

2. [2] *Vincentius Laureo ep-pus Montis Regalis (Mondovi), nuntius Ap. in Polonia a. 1574–1578, cuius epist. ed. Wierzbowski, v. infr. N. 4 adn. 5.*

3. [1] *Eadem die Pontifex Caligario potestatem conversandi cum haereticis necnon facultatem libros prohibitos legendi aliisque eandem licentiam concedendi dedit.* Arch. Vat.

quomodolibet subiectorum utriusque sexus haereticos, schismaticos, haeresiarchas et impiarum sectarum, necnon erronearum contra fidem opinionum professores publicos et privatos eorumque fautores et receptatores, etiam carceribus mancipatos ac super criminibus huiusmodi inquisitos et convictos, quos relicta via iniquitatis ab erroneis suis huiusmodi opinionibus ex animo obsistere et ad catholici gregis unionem sanctaeque matris Ecclesiae gremium, reversos cognoveris, etiamsi ipsi in huiusmodi haereses atque errores post illarum abiurationem relapsi sint, adhibitis, si tibi videbitur, duobus vel pluribus magistris in theologia seu illius professoribus, clericos videlicet tam saeculares quam quorumvis ordinum regulares etiam in sacris ordinibus constitutos et etiam abbatiali, episcopali et archiepiscopali vel alia maiori dignitate ecclesiastica praeditos ante illorum actualem degradationem, laicos vero, etiamsi ducali excellentia illustres fuerint, usque ad ultimum de eis per iustitiam saecularem sumendum supplicium, recepta prius ab illis coram notario publico et testibus fidedignis abiuratione publica vel secreta, necnon praestito ab eis iuramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus seu illis adhaerentibus auxilium, consilium vel favorem per se vel alium seu alios publice vel occulte praestabunt, ac etiam complicibus, fautoribus et adhaerentibus, praesertim Italicae nationis, revelatis, ab eisdem haeresibus et erroribus, qualescunque fuerint, ac haereses huiusmodi sapientibus, peccatis, criminibus, excessibus et delictis per eos usque in diem absolutionis per te illis impendendae commissis, ita quod super illis amplius inquiri vel condemnari aut molestari non possint, necnon excommunicationis, suspensionis et interdicti ac quibusvis aliis sententiis censuris et paenis ecclesiasticis et temporalibus etiam ultimi supplicii ac aliis corporis afflictivis in eos praemissorum occasione a iure vel ab homine quomodolibet latis quasque propter praemissa incurrerint, etiamsi in censuris et paenis huiusmodi per multos annos insorduerint et eorum absolutio Nobis et dictae Sedi etiam per litteras die Caenae Domini legi solitas specialiter reservata fuerit, iniuncta inde eis paenitentia salutari, arbitrio tuo in utroque foro absolvendi, eosque dicto gremio ac fidelium unitati reconciliandi, ac cum eis eorumque filiis, nepotibus et quibuscumque aliis, qui Apostolicis ac provincialibus aliisque sanctionibus propterea inhabiles efficiuntur, super irregularitate per eos etiam, qui censuris et paenis huiusmodi sic ligati, missas et alia divina officia, etiam in contemptum clavium ac etiam contra caeremonias et ritus ab ipsa Ecclesia ordinatos et approbatos hactenus receptos, multoties celebraverint et alias se illis immiscuerint, quomodolibet contracta, quodque praemissis non obstantibus ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines

Arm. 42 vol. 34 f. 59, *min.*). *Paullo antea facultate vescendi prohibitis (d. 5 Aprilis), dispensandi super pluralitate beneficiorum (d. 8 Aprilis) et tabelliones creandi (d. 10 Aprilis) communitus est Calig.* (Arch. Vat. Arm. 45 vol. 43 f. 35v *reg.*).

promoveri et tam ipsi, quam qui ante vel post lapsum in haeresim huiusmodi ad illos promoti fuerint, praevia, si tibi videbitur, ad tempus suspensione ab eorum executione in illis, etiam in altaris ministerio ministrare ac quaecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiamsi parrochiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae, dignitates etiam maiores et principales personatus, administrationes vel officia etiam curata et electiva in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et tam illa, quam ut prius per eos obtenta et, ut praefertur, qualificata retinere, necnon qui ad metropolitanas et alias cathedrales ecclesias promoti fuerint, illis etiam ut prius praeesse ac munere consecrationis ceterisque dignitatibus uti, laici vero ad dignitates, administrationes et officia publica et privata necnon possesiones et bona quaecumque recipi et admitti, illaque gerere, exercere et habere libere et licite valeant, dispensandi omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam ab eis, necnon processus, sententias et decreta quaecumque, contra eos eadem praemissorum occasione quomodolibet formatos, latas et promulgata, penitus abolendi ac in pristinum statum restituendi absolutionesque et reconciliationes huiusmodi, etiam omissis, prout tibi videbitur, aliis solennitatibus alias a iure requisitis, impendendi ceteraque in praemissis necessaria et opportuna faciendi et exequendi, vicesque tuas in praemissis in genere et in specie alii vel aliis, qui tamen episcopi aut abbates aut conventuum ordinum praelati seu eorum provinciales vel generales sint, ad tempus delegandi easque arbitrio tuo revocandi, seu etiam ad simile aut brevius tempus prorogandi, plenam et liberam facultatem auctoritate Ap. tenore praesentium concedimus et elargimur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Ap. necnon privilegiis, exemptionibus, indultis, facultatibus et litteris Ap. etiam officio inquisitionis haereticae pravitatis in illis partibus quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum die 22 Aprilis 1578 anno sexto. Caesar Glorierus. S-mus D. N. mandavit expediri M. Datarius[a].

4. *Cardinalis Comensis Caligario.* *Romae 23 Aprilis 1578.*

Instructio nuntio data. Regis virtutes Summo Pontifici magnopere gratas esse multaque officia in favorem religionis catholicae ab eo praestanda sperari; quid de amicitia mutua introducenda nuntius cum Rege atque cum Imperatore ipso agere debeat; ut honores personis dignis conferantur Regem admonendum esse; de libera electione abbatum servanda.

Brittinorii Archivum Capitulare, *Codex Caligarianus*, f. 51 sq., *orig. sigillo chartaceo munitum, a tergo inscr.*: Instruttione per la nunciatura di Polonia.

3. [a] *Matthaeus Contarellus, a. 1573 datarius, a. 1583 vero Cardinalis creatus, manu propria haec ultima verba scripsit.*

23 Aprile 1578.—Arch. Vat. Miscellanea. Arm. II, vol. 130, f. 24 sq., *cop. coaeva.*— Brisighellae, *Codex „Bracchini“, cop. saec. XVII, ex qua haec instructio ed. in* Scelta de Curiosità letteraria. Dispensa 195, Bononiae 1883.

Molto Reverendo Monsignor come fratello. Havendo V. S. presa qui tanta informatione de le cose di Polonia et da le scriture et da le vive voci di quelli, che ne hanno la prattica et l'uso di molto tempo [1], et dovendo anco esser instrutto da Mons. del Mondevi [2], quando sarà arrivato, di tutto quello che occorrerà, a me perciò non è necessario d'entrar in longa scritura, ma basterà ch'io le dica questi pochi particolari che segueno.

A la M-tà del Re dopo che V. S. haverà presentato il breve [3] con la debita salutatione per parte di N. S-re, le esporrà con tutta l'efficacia possibile, quanto la S-tà S. ami et stimi la somma pietà, grandezza d'animo et virtù di quella, et come resti satisfatta de le attioni passate di S. M-tà, da le quali ha presa certa speranza, che in l'avvenire tanto s'anderanno accrescendo verso il servitio di Dio et l'aumento et difesa de la santa fede catholica, quanto mancheranno li disturbi et travagli del Regno che in questo principio l'hanno tenuta molto occupata, circa che l'essorterà vivamente ad insistere et perseverare estendendosi quanto a lei parerà convenirsi, et promettendo da S. B-ne, et da questa S. Sede ogni corrispondenza di paterna volontà in tutto quello che concernerà la grandezza de la M-tà S. et commodo del Regno.

Et perchè Mons. del Mondevi ha più volte trattato con S. M-tà sopra l'introdur buona amicitia con l'Imperatore, V. S. intenderà in che termine si trovi il negotio a l'arrivo suo, et secondo quello, et il giudicio di Mons. predetto parlerà in nome di N. S-re con la detta M-tà, et non abbandonerà mai la prattica trattandone però a luogo et tempo, sin che sia finita, poi che è di tale importanza et natura, che conviene a la persona che N. S-re sostiene, di promoverla quanto sia possibile. Et però, quando V. S. passerà a la corte del'Imperatore, tra l'altre cose dirà a S. M-tà d'haver questa commissione da S. B-ne, et che l'esseguirà con ogni fede et diligenza et similmente potrà riferir a la M-tà di Polonia d'haver fatto per commissione di N. S. quest'officio con l'Imperatore, et la dispositione che haverà trovata in S. M-tà Cesarea, di che medesimamente haverà V. S. da conferire con Mons. nuntio Dolfino [4], inanzi che ne parli a l'Imperatore, per haver esso tenuto continuamente mano ne la medesima prattica, et non vi essendo

4. [1] *Hoc tempore duo erant Romae Cardinales rerum Polonicarum peritissimi, quorum alter Polonus Stanislaus Hosius, alter Ioh. Franc. Commendonus, qui in Polonia munere nuntii et legati tempore Sigismundi Augusti et post eius mortem fungebatur.*

[2] *Vid. sup. N. 2. adn. 2.* [3] *Vid. N. 2.*

[4] *Iohannes Delfinus, episcopus Torcellensis, nuntius apud Imperatorem* (1571—1578), *successorem habuit Bartholomaeum comitem Portia, prothonotarium et referendarium, denique nuntium Ap. Coloniae, qui d. 21 Aprilis Viennam appulit et munus suum ingressus est. Vide Nuntiaturberichte aus Deutschland III Abth. I B., ed. Ios. Hansen p. 8.*

Mons. Dolfino lo conferirà con Mons. di Portia, perchè possa poi seguitar di far li officii secondo il bisogno.

Ricorderà V. S. anco a S. M-tà per parte di N. S-re, quanto importi al servitio di Dio, al beneficio del Regno il collocar bene le prelature, palatinati, castellanie et altri officii publici, et quanto il principe merita per se et per altri in usar bene questa potestà, nel qual proposito l'essorterà a tener conto del clero con preferir sempre ne le nominationi li più degni et più qualificati, et dopo haver fatto quest' officio così in genere nel principio, a le occasioni poichè si presenteranno, lo rinoverà secondo il bisogno.

Haverà similmente da ricordare et pregar la M-tà del Re prima in generale, et poi in particolare secondo li casi occorrenti, che voglia mantenere la debita libertà a li ecclesiastici regulari ne la elettione dei loro abbati importando questo grandemente a la conservatione de la disciplina monastica, et del medesimo ammonirà V. S. tutti li vescovi in voce et con lettere, acciochè in quello che ad essi spetta, procurino la conservatione de la medesima libertà, et sopra tutto faccino prestar in mano loro il debito giuramento da li eletti abbati, che non vi intervenga simonia et di non alienar li beni de le abbatie, come più a pieno potrà esser informata da Mons. nuntio et dal nuntio del clero [5] che di ciò ha trattato qui con N. S-re. et con la congregatione del concilio. Et a V. S. prego felice viaggio et piena prosperità in tutti li negotii. Datum Romae in palatio apostolico — Di V. S. come fratello Ptolomaeo Cardinalis di Como.

5. *Gregorius XIII Georgio Radziwiłł.* *Romae 30 Aprilis 1578.*

»De ipsius postulatione transferendi ossa patris haeretici in templum sacrum deque consilio deponendi coadiutoriam seseque ad Iesuitarum ordinem conferendi«.

Arch. Vat. Arm. 44, vol. 23, f. 470 N. 227, *cop. reg.* — *Ed. Theiner, Ann. Eccl. II p. 405—406.*

Gregorius Papa XIII.

Dilecte fili etc. Quo magis cupimus omnibus in rebus tibi fratrique tuo duci gratificari, eo magis dolemus, ubi quid accidit, in quo id facere

4. [5] *Iacobus Brzeźnicki I. U. Dr., canonicus Posnaniensis, m. Septembre a. 1577 a clero Poloniae Romam missus est, ut confirmationem constitutionum synodi d. 19 m. Maii a. 1577 Petricoviae celebratae impetraret. De qua synodo vide. 1. Theiner, Annales Eccl. II p. 310 sq. 2. Stanislaus Karnkowski, ep-pus Vladislaviensis: Constitutiones Synodorum metropolitanae Eccl ae Gnesnensis, Provincialium tam vetustorum (sic) quam recentiorum usque ad annum D-ni 1578. Cracovia. Andr. Petricovius impressit A. D-ni 1579. 3) A. Pawiński: Źródła dziejowe vol. IV epistolae, universalia, instructiones, quibus dissertatio de synodo Petricoviensi adiuncta est Varsovia 1877 i Th. Wierzbowski: Uchańsciana, necnon: Vincent Laureo (Varsovia 1884—1895 et 1887). Ceterum hac de re in Arch. Vat. magna copia actorum, quae hucusque medita sunt, asservatur cf. Wl. Abraham: Sprawozdanie z poszukiwań etc. Arch. Colleg. histor. IX, Cracovia 1902, p. 148 et 170.*

prohibeamur: hoc autem, de quo ad nos scripsistis, de paternis ossibus in sacrum templum transferendis [1], tale est, ut salva nostra conscientia et sanctorum patrum decretis facere nequeamus; scis enim, qui potissimum ecclesiastica sepultura prohibeantur, nec ulla ratio est eorum cadavera in sacra templa inferri, quorum inde oporteret amoveri. Ut igitur ipse fratri obsecutus es in postulando, sic aequo animo ferre debes, nos in negando ecclesiasticis legibus inservire.

Sed est quiddam gravius locoque isti et muneri, cui a Deo atque a Sede Ap-lica praepositus es, plane contrarium. Sic enim accepimus cogitare te coadiutoriam istam et pastoralis muneris administrationem deserere teque ad religiosorum vitam conferre [2]. Videndum tibi magnopere est. quid agas, hoc enim hactenus certum est, obedientiae vinculo obstrictum esse te; certus item huius obedientiae est fructus: non ad tuum modo praemium, sed ad Christi quoque gregis in ista ecclesia tuae fidei commissi bonum atque incolumitatem. Istius autem novi consilii quam causam aut fructum afferes? Nam si dicas duci te studio melioris vitae: nulla ra-

---

5. [1] *Nicolaus Radziwiłł, Niger dictus, dux in Ołyka et Nieświeź, palatinus Vilnensis, supremus marsalcus et cancellarius M. D. Lithuaniae, frater patruelis Reginae Barbarae, Sigismundi Augusti uxoris, summae auctoritatis apud hunc Regem, magnus fautor promotorque confessionis Helveticae in Lithuania exstitit. Vilnae in domo sua templum eiusdem confessionis condidit ibique unacum uxore Elisabeth, palatini Cracoviensis Christophori Szydłowiecki filia, sepultus est 1565. Filius eius natu maior Nicolaus Christophorus, marsalcus curiae M. D. Lith., ad ecclesiam catholicam reversus, fratribus suis minoribus auctor fuit, ut ipsum sequerentur. Qui cum* »synagogam haereticorum« *funditus evertisset, epistola d. d. 13. Februarii 1578 (ed. Theiner, Ann. Ecc. II, p. 405) a S. Pontifice petebat (id quod etiam Georgius R. fecit, d. d. Vilnae 23 Febr.,* Nunz. Pol. 14 f. 74 *or.), ut sibi funera parentum in quoddam novum sacellum a se exstruendum transferre liceret. In eodem negotio scripsit quoque Card-li Comensi et Card-li Farnesio, qui similiter ac Pontifex M. responderunt (Card. Comensis Nicolao Christ. R. Romae d. 3 m. Mai 1578,* Arch. Vat. Arm. 44 vol. 28 *n. 181 cop. reg., Farnesius eidem Romae d. 20 m. Mai 1578, ed. Kwartalnik litewski An. I t. III p. 6). Ceterum funera illa in Dubinki, bona alterius, Calvinianae partis familiae Radzivilianae, a. 1627 translata ibique sepulta sunt.*

[2] *Georgius Radziwiłł, Nicolai Christophori marsalci curiae Lith. frater, ab ep-po Vilnensi Valeriano Protaszewicz iam a. 1574 in coadiutorem assumptus, cum Romam m. Octobre 1575* »propter comparandas ecclesiasticas ad gubernandum virtutes« *proficisceretur, a Petro Skarga S. I. moderatore suo spirituali, Praeposito Generali S. I. Everardo Mercuriano valde commendatus est. A. 1577 exeunte a fratre evocatus, in patriam rediit, sed divisione haereditatis facta animum ab eo avertit et pecuniae cogendae causa bonis quibusdam suis in pignus datis, ad S. Iacobum in Hispanias peregrinari et deinde Romae Societatem Iesu ingredi constituit. P. Skarga, qui propositum illud Ecclesiae bono haud utile fore existimavit, Generalem suum (29 Martii et 3 Iulii) ne hoc permitteret, praemonuit (Ks. Jan Sygański, Listy Ks. Piotra Skargi. Cracoviae 1912, p. 78, 96. 99 sq.), Nicolaus Christoph. R. autem re ea ita conturbatus est, ut epistola sua d. d. Vilnae 24 Februarii Pontificem M compellaret, ne fratri suo Georgio munus coadiutoris deponere ordinemque Iesuitarum ingredi permitteretur. In tergo eiusdem epist.* (Nunz. Pol. 14, f. 78) *legitur:* Se gli *(Nicolao)* risponda con un breve mostrando che N. S-re

tio est curam atque administrationem episcopalem vocationemque ad statum longe religiosorum statu perfectiorem istam ob causam deserere. Quod si humilitatem tibi placere dicas: primum sine obedientia humilitas nulla est, deinde humilitatis virtus a nullo quamvis excelso et sublimi statu refugit; hominum culpa est eam non admittentium. Poteris igitur tum in statu isto, in quo nunc es, tum in perfectiore illo, quem tibi Apostolica Sedes proposuit, hanc praestantissimam virtutem mente atque animo amplecti, inque ipso honoris gradu neque te timide geres propter demissionem, neque propter dignitatem superbe; quin etiam maiorem humilitatis fructum capies in dignitate: neque enim magnum est humilem esse humili in statu, in honore autem et potestate plane magnum est. Dicis forte, agi te spiritu Dei. Qui scis, an voluntas ista sit a Deo? non omni spiritui est credendum, saepe enim princeps tenebrarum transfigurat sese in angelum lucis; neque docet spiritus Dei quidquam contrarium obedientiae, caritati, studio salutis atque amplitudinis ecclesiarum, neque suadet, ut quis privatum suum bonum anteponat bono multitudinis suae fidei et diligentiae commissae. Vides enim, quo in statu catholicae istic religionis res sint, quantum periculum immineat ab haereticis, quam capitalibus, quam intestinis hostibus, et cogitas in tanta praesertim hominum, quibus gubernatio ista committi possit, paucitate tam gravem, tam fructuosam, tam Deo acceptam curationem deserere susceptamque administrationem una cum episcopatu ipso abiicere? Non, si ipse dees tuo muneri, debemus nos

---

non approvi la deliberatione del coadjutore potendo lui molto più giovar al mondo ne la vocatione in che si trova, che con intrar in qual si voglia religione, et che S. Santità sopra di ciò gli scrive et gli commanda etc, che S. S-tà gli dà licenza di visitar loca Sancta, come egli dimanda. Et si faccia un breve al coadiutore dissuadendolo etiam praeceptivamente a non lasciar la vocatione sua con quelle buone ragioni che al S. secretario soccorrerano. Il Cardinale di Como. *Qua de re aliud exstat quoque breve Gregorii XIII ad Georgium R. d. d. 23 Iunii, ed. Theiner II, 403*; *cf. etiam* Arch. Vat. Arm. 52 vol. 31, *ubi legitur mandatum ad brevia utrique fratri scribenda*: [Iunii 1578. Al coadiutor del vescovato di Vilna. In risposta della lettera del coadiutore di Vilna scritta a N. S-re, nella quale suplica S. S-tà che admetta la cessione, che egli vuol fare de la coadiutoria per entrar nella compagna dei Padri Gesuiti (*hucusque cancellatum*), si scriva un breve di S. S-tà, nel quale dichiari che non sia espediente al servitio di Dio lasciar la vocatione del vescovato, et andar ad altra: però gli commandi che stia in quella, et lo spinga secondo la promessa a tornar quantoprima a Roma, et tutto questo con parole amorevoli et benigne per quietarlo, et consolarlo quanto si può. Al S-re duca d'Olica fratello del coadiutore medesimamente si faccia un breve del medesimo tenore, et di più che i Padri Gesuiti non hanno mai havuto pensiero, che (*Georgius*) mutasse stato per entrar ne la lor compagnia, come per informationi si è chiaramente conosciuto, et che di ciò non deve temere, maximamente hora che gli è comandato che stii ne la sua vocatione primiera, et che lo lasci venir a Roma sicuramente. S-mus D. N. mandat expedire. Ptb. Card. Comensis (*cf. Sobieski: Archiwum J. Zamoyskiego I N 211 et 236*). *Incipiente tamen a. 1579, Nic. Christ. Radziwill Petro Skarga fassus est*, se nimis de ingressu fratris ad religionem fuisse sollicitum et timuisse, ubi non erat timor, imo et poenitere se dicit, quod in hoc negotio S. Pontificem compellaverit (*Sygański, Listy Ks. Piotra Skargi p. 104*).

nostro deesse. Ut enim episcopatus appetenti denegandus est, sic est recusanti deferendus et tribuendus, oblatus vero obstinate recusandus non est: appetere enim est temeritatis, pertinaciter recusare contumaciae, utrumque ineptiae; obedientem autem adiuvat Deus. Restat, ut dicas moveri te studio et dulcedine vitae contemplativae. At ista praesidendi ecclesiae eiusque utilitati inserviendi cura est multo fructuosior neque est a comptemplationis suavitate destituta. Satis iam tibi persuasum esse potest. Quod si adhuc in ista sententia permanebis, cave quidquam facias sine nostra concessione, neque enim potes neque debes aliter facere. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die ultima Aprilis MDLXXVIII, pontificatus nostri anno sexto.

6. *Stephanus Arator*[1] *Stephano Regi.* *Romae 14 Maii 1578.*

Rex, catholicae religionis in Transsilvania promotor, laudatur: de studiis rerum Polonicarum et Hungaricarum in gratiam Regis Cardinalis Sirleti iussu susceptis; legatus Regis exspectatur.

Bibl. Vat. Vat. lat. Ms. 6205. f. 161sq. *reg. cop.* — Arch. Vat. Miscell. I. v. 12. f. 36. *cop. ultimae partis a verbis:* Ill-mus Card. Sirletus *usque ad*: commendarem. *Diffusae huius ep. maxima pars omittitur.*

1578 Pridie Idus Maii.

Ser-me et Invictissime Rex, pax Christi. Cum tacitus mecum admirarer et moerens saepe in animo meo revolverem, Rex Ser-me, quid causae esset, quod pluribus iam mensibus nec nuncium nec litteram nec novi quicquam ex Polonia de Ser-ma M-te T. acceperimus, dubitaremque vehementer atque metuerem, ne etiam hoc anno res Transsylvanicae impenderentur aut in aliud longius tempus reicerentur: en repente et peropportune dominus Paulus Zaiczkonskius, orator Ser-mae M-tis T. facundissimus superveniens omnem nobis admirationem sustulit, sollicitudine animum liberavit, moerorem in gaudium, timorem vero in certam expectationem commutavit. Intellexi enim partim ex sermone cum familiari, partim ex litteris, quas Ser-ma M-tas T. per eum ad me dedit[2], legatum M-tis T. Ser-

6. [1] *Stephanus Szántó (Arator), natus a. 1541 in diocesi Iaurinensi (Győr=Raab) in Hungaria, a. 1561 Societati Iesu addictus, cum Stephano Bathory inde a tempore electionis eius in principem Transsilvaniae commercio litterarum iunctus erat, atque ab eo unacum aliis Iesuitis religionis catholicae restaurandae causa in Transsilvaniam evocabatur. Eadem de re Stephanus etiam Rex Poloniae factus cum Aratore, tunc temporis poenitentiario linguae Hungaricae apud S. Petrum Romae (1575 1579) diligenter agebat. Utriusque epist. (omissa tamen hac, cuius partem hic ponimus) nuper ed. Andreas Veress, Epist. et acta Iesuitarum Transilvaniae tempore principum Bathory Vol. I Claudiopoli et Budapesti 1911). Cf. Fraknói Vilmos: Egy Iezsuita a XVI században (Budapest 1887).*

[2] *Paulus Zajączkowski, in epistolis Leporinus quoque nuncupatus, prothonotarius Ap., canonicus Olomucensis et secretarius regius, Februario ineunte 1578 Romam internuntius missus est; epist. Regis ad Aratorem d. d. Varsoviae 4 Februarii 1578 ed. Veress. o. c. p. 66.*

mae (cui tota cura nostri negocii commissa est) iam in itinere esse[3] et propediem affuturum. Vere bonus et sanctus Dominus, qui reliquias gentis nostrae, in Transsylvania collectas et a Turcica quidem rabie illesas conservatas, fraude tamen haereticorum et astutia diaboli circumventas, perire in variis et gravissimis erroribus non est passus, sed oculis misericordiae suae eas respiciens, immisit in cor prudentissimi et sapientissimi Regis, ut de congregatione et revocatione ovium dissipatarum sedulo cogitaret: viros catholicos qui alicuius essent pietatis et eruditionis, diligenti cura magnoque labore, hinc inde conquerendos atque in Transsylvaniam amandandos curaret. -- — —

Ill-mus Card. Sirletus[4] non cessat de Ser-ma M-te T., de tota Ungaria et Polonia insigniter benemereri. Iubet enim in gratiam T. Ser-mae M-tis omnia veterum Pontificum registra, ante quadringentes aut 500 annos manu scripta et in Vaticana Bibliotheca recondita diligentissime evolvi et ex epistolis Regum Ungariae atque Poloniae ad Pontifices Romanos datis, et ex Pontificum litteris, ad eosdem Reges missis, curat diligenter notari et colligi, quaecunque ad contexendas historias Ungaricas et Polonicas utilia fore existimantur; in quibus perlegendis et excerpendis duo viri incliti, dominus Fridericus et dominus Marinus, Ill-mi Card. Sirleti consanguinei et Vaticanae Bibliothecae praefecti[5], molestissimum et prope dixerim intolerabilem exantlant laborem: qui tamen perexiguus illis videtur propter amoris magnitudinem, quo erga Ser-mam M-tem afficiuntur[6]. Quare non alienum ab officio meo putavi, si diligentem eorum operam, et praeclarum erga Ser-mae M-tis T. studium paucis hic attingerem eosque unice

6. [3] *Vid N. 9.* [4] *Sirletus Guilhelmus, natus a. 1514, d. 12 Martii a. 1565 cardinalis creatus, celeberrimus propter immensam doctrinam, viva bibliotheca christianae eruditionis, oraculum scientiarum appellabatur. A° P. Pio V a. 1570 S. R. Eccl ae bibliothecarius factus, Bibl. Vat-nae praefuit, cui maxima pars Archivi Secreti tunc adiuncta erat. Mortuus est a. 1585.*

[5] *Fridericus et Marinus nobis ignoti, non tam praefecti quam potius custodes Bibl. Vat nae, de quibus in mandatis camerae Ap cae* (Romae Arch. di Stato) *summatim mentio fit, fuise videntur. Cum Friderico, quem Arator in Bibl. Vat. visitabat, strictiorem familiaritatem exstitisse epistolae Aratoris tum ad ipsum a. 1580 et 1581 (Veress o. c. p. 95 et 198), tum ad Card. Sanctorium a. 1579 (Fraknói l. c. p. 22) testantur.*

[6] *De fontibus, qui ad historiam Poloniae et Hungariae spectarent, in Bibl. Vat. investigandis et colligendis cum Sirleto agere habebat in mandatis Iohannes Grzymala Zamoyski, secretarius regius, qui doctorum ex regionibus exteris pro gymnasio novo Regis Cracoviae instituendo accersendorum causa a. 1577 in Italiam missus et litteris regiis ad diversos Card-les munitus erat (Pawiński: Źródła dziejowe IV. 177 9. Theiner: Ann. Eccl. II. 315—6, Wierzbowski: Laureo p 585). Litterae Regis ad Sirletum nos latent, sed procul dubio eodem modo confectae erant, prout ad Card-lem Moronum, ex castris ad Gedanum d. 24 m. Iunii a. 1577 scriptae. quarum fragmentum adiicimus:* — — Dedimus praeterea negotium explendarum historiarum Polonicae et Hungaricae viris quibusdam doctis, ad quod illis plurimum adferrent adiumenti ea, quae in actis curiae Romanae de negotiis utriusque regni reperiri poterunt, quae cuperemus inde de-

Ser-mae M-ti T. commendarem. Nos in horas singulas Ser-mae M-tis T. legatum expectamus: qui ubi venerit, intelligemus plenius ex illo Ser-mae M-tis T. voluntatem, eique maturabimus primo quoque tempore satisfacere. Opto etc. — — — Stephanus Arator Pannonius S. I.

7. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Oeniponte*[1] *19 Maii 1578.*

De archiduce Ferdinando et Alberto Łaski.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 14 f. 172 *orig. inscr.:* All'Illmo et Rmo S-re et patrone mio osservantissimo, Mons. il Card. di Como. A. Roma; f. 187 *decifr.*

---

scripta habere (Arch. Vat. Concil. 71. *s. p. orig.*) *Sirletus autem ep-la d. d. 3 m. Decembris a. 1577, quam supradictus Zamoyski secum Varsoviam (d. 28 Ianuarii a. 1578) apportavit, in hunc modum respondit:* Quod vero a me et suis litteris petit et Generosus Iohannes Zamoschi secretarius eius nomine mihi diligenter exposuit, curabo quam maxime potero, ut quae ad rem litterariam promovendam gentisque Poloniae atque Hungariae historiam explendam pertinere visa fuerint, libentissime conferam. Itaque significavi D-no Georgio Ticinio.... propediem me illi daturum, quicquid ad rem facere arbitratus fuero (Bibl. Vat. Lat. Ms. 7093. p 323 *cop.* et 334 *min.*; Parisiis Bibl. Nat. Ms. lat. 6063 f. 91, *cop.*). *Praeterea epistola, Romae d. 18 m. Aprilis a. 1579 Regi scripta,* philosophum Iohannem Pellegrinum, qui aliquot annos in frequenti gymnasio Aristotelis libros magna cum laude est interpretatus, et Polonicis academiis instituendis multum prodesse potuerit, *commendavit* (Bibl. Vat. Vat. Lat. Ms. 6946 f. 267 *min.*). *Studia illa in Bibl. Vat. suscepta Regi summopere cordi fuisse apparet ex instructione eiusdem Paulo Zajączkowski, d. d. 1 m. Februarii 1578.* Praeterea scripserat iam dudum Regia M-tas ad Ven-lem Ticinium, ut si quid scripturarum esset in archivo illo Summorum Pontificum, uti certe non esse nec potest, quod ad rationes regnorum Poloniae Hungariaeque quocunque modo pertineat, curaret id exscribendum et M-ti Eius transmittendum. Hoc igitur aget internuntius cum Ticinio et Rev-di D-ni Card-lis Sirleti, qui bibliothecis illis praeesse dicitur, auctoritatis aliquid istic eiusmodi inquirat et scribarum ipsorum opera persoluta, exscribi iubeat atque ad M-tem Eius secum perferat (*Wierzbowski: Uchańsciana III p. 305*). *Facile coniici potest excerpta illa Vaticana Iohanni Michaeli Bruto, (vide infra N. 12 adn. 12) qui iussu Regis historiam Hungariae inde ab a. 1490 scribendam susceperat, destinata esse. Quam accurate Brutus opus historiographi conceperit quantumque Rex negotium hoc curae suae habuerit, apparet ex una posteriore epistola Bruti ad Martinum Cromerum, ep-pum Varmiensem, celeberrimum rerum Polonicarum scriptorem, d. d. Grodna 25 Aprilis 1586, a quo „adiumenta" ad res gestas Vladislai II, Regis Bohemiae et Ungariae, necnon Sigismundi I. Regis Poloniae exarandas petebat:* Exorsus scribere historiam Ungaricam aliquot iam ab hinc annis — eius iam 25 libros bene plenos confeci, sed ita destitutus iis scribendis, quae sunt a nostra memoria remotiora, rerum monumentis, annalibus, Regum litteris, publicis actis. sine quibus adiumentis tantum munus expleri non potest, ut me hucusque potuisse pervenire scribendo miraculi instar sit — hoc unum enim maxime illi (*Regi*) est curae, ut — nihil emittatur in lucem, quod non sit illius summa gravitate et sapientia, mea fide atque industria dignum (Bibl. Czartor. Ms. 308. p. 371—2 *orig. Cf. etiam Ioh. Michaelis Bruti Opera varia selecta, Berolini sumptibus Ioh. Mich. Rüdigeri a. 1698, p. 70. 205. 234 sq.*).

7. [1] *Caligarius haec de itinere suo Bononiae d. 7 Maii Card. Comensi scripsit:* Venni per la via di valle d'Orvieto d'Arno in otto et dì in questa città, là dove ho

— — — Hebbe [2] caro il breve di S. S-tà et le buone nove che li detti del S. Cardinale suo figliuolo [3]. Di mattina dopo la messa m'imbarcarò per Vienna, dove spero di essere almanco 25 del presente.

Con cinque righe di cifra.

Decifr. L'arciduca Ferdinando nel ragionar meco si è slargato molto contra il Laschi [4], con dire che quando prese questa ultima moglie, era ancora viva la prima, qual fece poi morire, et che non durerà cattolico, et ne fa poca stima.

---

dato ordine a molte mie facende particolari — — Dimane mi parto alla volta d'Ispruch per la via di Mantova, cioè per la più breve — — (Nunz. Polon. Vol. 14 f. 168 *orig.*).

7. [2] ***Archidux Ferdinandus, vid. supra N. 2 adn. 1.*** [3] ***Andreas, archiducis Ferdinandi et Philippinae Welser filius natu maximus, a. 1576 Card. creatus.***

[4] ***Albertus Łaski, palatinus Siradiensis, inter magnates Polonos tempore interregnorum 1572—76 notissimus celeberrimusque** (vide: Kraushar: Olbracht Łaski, wojewoda sieradzki, Varsoviae 1882, 2 vol., et Vinc. Zakrzewski: Rodzina Łaskich, Ateneum, 1883, vol. IV), **a. 1564 uxorem duxit Beatam Kościelecka, ducis Eliae de Ostrog viduam opulentissimam, moxque divitiarum eius potitus ipsam per multos annos in arce sua Scepusiensi Kesmark in custodia tenuit. A. 1573 in Galliam cum aliis oratoribus Polonis ad Henricum Regem electum missus, novum matrimonium cum Sabina de Sève ibi iniit vivente adhuc priori uxore, quae tandem 1576 in libertatem restituta Cassoviae in Hungaria mortua est (vide Przeździecki: Jagiellonki Polskie II 200 205, V 135 - 157, Cracoviae 1868—78; Caro: Beata und Halszka, Vratislaviae 1883). Albertus Ł. vero, qui 1576 primus inter legatos ad Imp. Maximilianum in Regem Poloniae electum missus erat, post eius mortem in Poloniam redire Stephanumque Regem agnoscere noluit, sed e Germania et Bohemia in Italiam profectus primum Florentiae (1577) degebat, deinde Romam venit, ibique ob sua de ecclesia catholica merita honorifice exceptus est; Antonius Tiepolo, orator Venetus Romae d. 15 m. Martii haec de eo retulit***: Il S. Alberto Laski uno de principali palatini di Polonia è in questa corte già alcuni giorni et è stato a habitatione mia mostrando, quanto sia affetionato servitore alla Ser-tà V-ra. Non s'intende particolarmente il negotio, perche sia venuto; ma è molto ben visto da S. S-tà et da tutta la corte (Venetiis, Arch. di Stato. Sen. Disp. Roma. Secr. filza n. 17). ***Diarium autem Romanum haec significavit:*** Die 16 Martii, dominica V quadragesimae de passione, celebravit in cappella ep-pus Albiganensis ***(Carolus di Grimaldi)*** more solito Papa presente et Cardinalibus — — Quidam princeps Lasca Polonus fuit hac dominica vel praeterita prima vice in cappella stans apud solium. Die 27 eiusdem ... Apud solium steterunt princeps Lasca et D. N. ***(Albertus)*** frater ducis de Olica Lithuani (***Nicolai Christophori Radziwill***) sub dicto principe, ita Papa mandante — — Princeps Lasca dedit aquam manibus Papae lotis pauperibus. Die 7 Maii in vigilia Ascensionis celebratae fuerant vesperae solennes in cappella ... apud solium steterunt palatinus (*A. Laski*), Radzivil. honoratus — — (Arch. Vat. Miscel. Arm. XII vol. 34 f. 259 v, f. 260—263 v). ***D. 13 Maii breve Ap. ep-pis Cracoviensi et Vratislaviensi mandatum est, ut lis inter AEppum Gnesnensem et Albertum Łaski super provisione dignitatum collegiatae in Łasko in favorem Alberti Ł. eiusque successorum dirimeretur*** (Arch. Vat. Brev. Later vol. 95. s. f. *min.*). ***De Alberto Ł. Roma discessuro Antonius Tiepolo d. 21 Iunii haec nuntiavit:*** Il Palatino Laschi che dovea partire già molti giorni, siccome scrissi, et venir in quella città per passar poi, come dice, in Polonia, è fermato, perchè li è mancato il dennaro havendo speso secondo il suo solito senza un riguardo al mondo, che in tre mesi che è stato in questa città, ha consumato sei milla scudi donatili quattro da S. S-tà et due dallo Ill-mo S. Giacomo (*Buoncompagni*) co'l haverne fatti consumar in

8. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Viennae 29 Maii 1578.*

Imperatorem Rudolphum II eiusque fratres alloquitur: oratores Viennae residentes visitat; de processione in festo Corporis Christi et de tumultu quodam a se observato; de Christophoro Zborowski: res novae Cracovia afferuntur.

Decifr.: Quid de pactis cum Rege Poloniae stabiliendis ab Imp-re, de negotio autem Coloniensi a Ferdinando, Duce Bavariae, expositum sit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 14 f. 183 sq. *orig.*, f. 186 *P. S. manu propria*; f. 188 *decifr.*

Illmo etc. Alli 26 tornò dentro la città la M-tà del Imp-re. Alli 27 si contentò d'ascoltarmi. Andai in compagnia di Mons. nuntio [1], presentai il breve [2] et il libro del concilio Florentino greco [3], et dissi quelle parole, che mi parvero convenienti. Fui ascoltato con somma benignità, et hebbi risposta gratissima; la somma della quale fu, che non gli era nuovo l'amore et paterna charità di N. S-re verso lui et le cose sue, et che perciò ne restava con quell'obligo che si potesse maggiore, et che

Fiorenza quasi dodeci milla dal Gr. Duca, come afferma il Card. de Medici (*Ferdinandus*). Ha il pover'huomo domandati Farnese (*Alexandrum*) et Este (*Ludovicum*) di due milla et ha nuovamente ricerco il Papa; ma da tutti ha havuto la negativa havendo già stracco ogn'uno et havendo havuto in dono dodeci cavalli gianetti li più belli che fussero in corte. La somma è che non potrà partire, se'l Papa non l'aiuta. Passerà poi per quella città et mi ha pregato che io lo raccomandi alla Ser-tà V. (Venetiis. Arch. di Stato. *u. s.* f. 72). *D. 27 Iunii Alb. Łaski visitavit Card. Sirletum, qui ei litteras suas Caligario transmittendas dedit* (Bibl. Vat. Mss. Vat. Lat. 6946 f. 249 v, *reg. cop.*). *In ephemeridibus contemporaneis (Avvisi) palatinus Sirad. saepe nobis occurrit; Roma d. d. 24 Maii:* La moglie del palatino Laschi conduce seco in Polonia per damigelle 12 putte povere di Roma. *Venetiis d. d. 21. Iunii:* È qui uno, che si dice esser stato dispota di Valachia, quale dicono aspetta il palatino Laschi che viene di Roma—(Mutinae. Arch. di Stato. Avvisi e notizie dall'estero). *Romae d. d. 28 Iunii:* Hoggi deve partire il palatino Laschi per Venezia, et di là per Polonia desiderato dal suo Re et presentato da S. B-ne di 4 m. scudi per aiuto di costà, di mille dal S-r Castellano con alcuni cavalli et di mille altri da Farnese. *Romae d. d. 2 Iulii:* Il palatino Laschi non parti prima che hier sera per Polonia presentato dal Papa d'una croce et d'un Agnus Dei d'oro, con molte corone piene d'indulgenze per li suoi vassalli (Bibl. Vat. Urb. lat. 1046 f. 256 et f. 269). *Romae d. d. 5 Iulii:* Il 4 era partito di Roma il palatino Laschi (Mutina *u. s.*).

8. [1] *Bartholomaeus Portia, qui in litteris suis huic epistolae adiunctis d. Viennae d. 28 Maii Card. Comensi haec addidit:* A 27 condussi all' andienza dell' Imp-re Mons. Caligari, il quale et da S. M tà et dai Ser-mi Prencipi fu ben veduto, sì come intenderà V. S. Ill-ma dall' agiunto suo pachetto, ove havrà parimenti la risolutione intorno al proseguire il negotio cominciato in Polonia in nome di S. B-ne non essendo conveniente ch'io l'annoia con ripetitione soverchia (Nunz. Germ. vol. 82 f. 653, *orig.*).

[2] *Vid. N. 2 adn. 1.*

[3] Τὰ πρακτικὰ τῆς αὐτῆς ἐν Φλορεντίᾳ συνόδου *ed. Romae apud Franc. Zanetti a. 1577 iussu Gregorii XIII. Cf. Hefele K., Conciliengeschichte T. VII. p. 666.*

provederia, che dalla banda sua S. S-tà havesse occasione di augumentarlo ogni volta più con mostrarseli figliuolo obedientissimo et paratissimo a tutti li suoi paterni ricordi et commandamenti. Quanto alla mia persona, che gli era caro di havermi conosciuto, et che pigliava in grado tutto quello che gli havea detto et proferto dell' opera mia, et tutto con viso et parole tanto cortesi, che non si potea desiderar meglio. Partiti dalla M-tà sua andassimo a visitar nel medesimo palazzo li Ser-mi Arciduchi Ernesto et Massimigliano [4], alli quali parimente fu gratissima la visita et brevi di S. B-ne. Con l'Imp-re et con l'Arciduca Ernesto io parlai in italiano, et da loro mi fu risposto in castigliano. Con l'Arciduca Massimigliano la proposta mia et risposta sua fu in latino. Raccontai all'Imp-re la grata accoglienza che havea havuto in Ispagna dalli Ser-mi principi suoi fratelli, et in particolare dal S-re Card. Arciduca [5], et l'obligo particolare, che io teneva di servire a S. Altezza Ser-ma; il che lo rasserenò ancor più che non era, et con faccia tutto ridente mi disse che intendeva molto di buona voglia questo particolare.

Mons. nuntio mi havea detto che S. M-tà non si trovava troppo bene, quando andò fuori, ma confessò dapoi con meco che era migliorato assai, perchè se bene non è molto grasso, ha però buon sangue et vivo. L'Arciduca Ernesto è ben più grasso et più gioviale; et esso, et il fratello Massimigliano nel partire ci accompagnarno fino alla porta della camera loro, come fece anco a me l'Arciduca Ferdinando. Non parlo del coprire, poichè l'Imp-re medesimo ce lo commandò subito mostrando di non voler ascoltare, se prima non eravamo coperti.

Il giorno seguente visitai il duca Ferdinando di Baviera [6], che è qui, et vive del continuo con questi altri principi, et il complimento li fu carissimo.

Resi dapoi le visite a tutti quelli S-ri ambasciatori, che erano stati da me, Spagna, Venetia, Savoia et Toscana [7] — — —

Il S-re Christoforo Sboroski, fratello del palatino di Cracovia [8] et coppiero dell Imp-re, mi è stato a visitare cortesemente facendo egli gran professione di cattolico. Da Mons. nuntio qui ho ricevuto tanta cortesia, che non basto ad esprimerla.

---

8. [4] *Archiduces Ernestus et Maximilianus filii Maximiliani II, fratres Rudolphi II Imperatoris.*

[5] *Im Hispaniis degebant fratres Rudolphi II, archidux Albertus a 1577 Cardinalis creatus, qui postea in Lusitania et Belgio Regis vices gerebat, unacum archid. Venceslao.*

[6] *Ferdinandus, frater Guilhelmi V ducis Bavariae, filius autem Alberti V et Annae, quae Ferdinandi I Imperatoris filia erat.*

[7] *Don Juan de Borgia, Sigismundus Cavalli, Balthasar Ravvira S-re della Croce, Prothonotarius Iohannes Alberti.*

[8] *Christophorus Zborowski, filius Martini castellani Cracoviensis, tempore interregni Maximiliani II partes sequebatur et Imperatore mortuo in aula Caesarea degebat: ceteri vero fratres: Petrus, palatinus Cracoviensis, Andreas marsalcus curiae Re-*

Da persone che vengono di fresco di Cracovia, ho inteso che il Re di Polonia era, non si sa a che effetto, in Leopoli et il Nuntio non era anco gionto in Cracovia, dove mi ha scritto che mi aspetteria. Spero però che vi sia hora et di trovarvelo senza fallo. Il resto serà nell'incluso foglio di cifra. Con che a V. S. Ill-ma bacio humilissimamente le mani.

Di Vienna alli 29 di maggio 1578.

P. S. Il Monoculò [9] non mi arrivò mai, nè ho inteso alcuna nova di lui, nè manco ho havuto lettere di V. S. Ill-ma nè da altri di Roma.

Decifr. Lo Imp-re disse che haveva caro che si trattasse la concordia et pace tra S. M-tà et it Re di Polonia in nome di N. S-re, ma di maniera che non paresse che fusse S. M-tà che ricercasse, et questo perchè mi ero offerto di proseguir la trattatione di questo negotio, quando et come fusse piacciuto a S. M. Io replicai che lo farei di buona voglia, come S. M-tà ricercava, perchè così era preciso l'ordine di S. S-tà, la quale mi haveva commandato [10], che io esponessi questo suo desiderio al Re di Polonia, per la paterna cura che doveva havere S. S-tà, che tutti li principi christiani fussero uniti insieme, et maxime con la M-tà S. che è Imp-re, et maggior di tutti gli altri, il che gli fu grato ad intendere — — —

9. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Kauthen 4 Iunii 1578.*

In itinere cum Paulo Uchański, Regis oratore, congreditur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 14 f. 191 sq. *orig.* — *Ex parte ed. Wierzbowski, Uchańsciana IV. p. 106.*

Illmo etc. Hoggi avanti pranso incontrai presso questa villa di Cauthel [1] in Silesia 20 leghe di qua da Cracovia, il S-re Paolo Ukanski [2] con buona compagnia che viene ambasciatore a Roma per il Ser-mo Re di Polonia; smontassimo ambidui ciascuno del suo cocchio, ci abbracciassimo et parlassimo così alla sfugita nella strada, et lo trovai molto cortese; io ancora gli usai quella humanità che ricercò il tempo et il loco, et l'assicurai

giae, Iohannes castellanus Gnesnensis et Samuel, qui Andrea Wapowski caeso patria expulsus, in Transsilvaniam se receperat, acerrimi domus Austriacae adversarii erant.

8. [9] *Persona nobis ignota.* [10] *Vid. N. 4.*

9. [1] *Kauthen, pagus in Silesia in districtu Ratiboriensi, tres horas itineris ab Ostrava distans.*

[2] *Paulus Uchański, comes in Służewo, capitaneus Drohobicensis, nepos ex fratre archiep-pi Gnesnensis Iacobi, iam Maio a. 1577 a Rege ad praestandam Pontifici M. obedientiam legatus destinatus erat; litterae fidei et instructiones eius d. 28 Novembris a. 1577 Marienburgi datae sunt (Wierzbowski: Laureo 543, 562 Uchańsciana III. 253, 196 sq.) A Rege et a nuntio Laureo urgebatur, ne diutius profectionem suam procrastinaret, sed ille iter suum hoc animo retardabat, ut a Rege certos proventus, a patruo suo verum aliquam maiorem pecuniam obtineret. Praeterea timebat, ne in absentia sua mortuo AEppo, qui graviter protunc temporis aegrotabat, aliquid damni acciperet (Wierzbowski: Laureo 659, 684 et sq.). De suo itinere iustum temporis modum egrediente atque more insolito retardato plura infra habebuntur.*

Ho inteso parimente che l'ambasciatore del Moscovita arrivò in Roma, et fu ricevuto honoratamente, et che per il suo negotio, con V. S. Ill-ma erano deputati li S-ri Cardinali: Farnese, Madruccio et Commendone [4]. Io aspetto di sapere il seguito et il negotio, et con maggior desiderio l'aspetta la M-tà del Re, che per ciò mi ha lasciato ordine che subbito gli espedisca corriero a posta. Mi dicono anco che sia andato un' altro ambasciatore del Moscovita in Spagna al Re Filippo [5].

334. *Caligarius Stephano Regi.* *Varsoviae 6 Aprilis 1581.*

De archiep-patu Gnesnensi; de Andrea Bathory; de Luca Podoski; de legatione Moscovitica; de negotio Suleioviensi.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 363 *cop. reg.; ex parte cifra, quae deest.*

Hic deest principium huius epistolae [a] — — speroque illum ab officio non declinaturum, nam et id in litteris ad me ipse ultro pollicetur, et est homo vigilans, et mei amantissimus [b] — — demissae prorsus inutiles essent, quin autem [c] — — facile coniectura assequi possumus [1].

Ex iis autem, quae proximis superioribus litteris ad M-tem V. detuli [2], gravis admodum et ardua in primis deliberatio est, et haud scio an maior quaequae hocce tempore evenire possit; illud tamen singulari Dei beneficio factum existimo id ita evenisse, ut M-tas V. praesens, nec adhuc bellicis curis prorsus implicita, de re tanta mature statuere posset.

Ill-mi D-ni Andreae Batthorei, quando tanta est et tam alta in adolescente omnium virtutum indoles, obsecro animum curamque paternam M-tas V. non abiiciat. Illum si sibi in filium ex legibus Regni rite adoptarit, quam iis, qui obloquendi causas quaerunt, omnem omnino obtrectandi viam intercludamus, dubitandum non est [3] — —

Si quid in hac rerum mutatione eiusmodi acciderit, in quo R-di D. Lucae Podoscii, amici mei carissimi, commodis dignitatique prospici possit, oro M-tem V., ne intermittat hominis de se deque republica benemeriti, aetate praesertim iam ingravescente, rationem habere.

De Moschi legatione, quae Romam missa est, nihil dum etiam audivimus; vereor tamen ne consimilis sit ceteris, haud ita multo ante ad

[a] *Sequuntur tres versus punctorum.* [b] *Tres versus punctorum.*
[c] *Tres versus punctorum.*

333. [4] *Vid. sup. N. 318 adn. 8. Cf. epistolas ep-pi Plocensis, Roma de legatione Moscovitica datas (Kojałowicz, o. c. p. 8 sq.).*
[5] *Quod verum non fuit.*

334. [1] *Puncta significant cifram (quae tamen deest), qua Caligarius consilia sua in negotio archiep-patus Gnesnensis exposuit. Vid. sup. N. 333 adn. 1 et inf. N. 337.*
[2] *Vid. sup. N. 333 adn. 1.*
[3] *Sequuntur tres versus punctorum. Vid. sup. N. 331 decifr.*

M-tem V. missis legationibus. homo enim astutus et vafer, quod armis belli efficere non potest, id artibus pacis se posse consequi non diffidit. Ceterum nihilo sequente, M-tas V. quae paranda sunt, paret nihilque propterea de sua pristina vigilantia atque animi ardore remittat: haec enim vel ad pacem tutiorem comparandam pertinebunt, vel ad futuram victoriam consequendam adiumento erunt. Cum primo ea de re litterae ad me allatae fuerint, e vestigio M-ti V. significabo [4].

De negotio Suleioviensi mirum est silentium, idque eo magis mihi suspectum. Visitator Cisterciensis ad me, ut M-tas V. mandarat [5], non venit, alii nihil scribunt: haec omnia unde emanent. non difficilis est coniectura, sed ut spero, vel inviti in officio continebuntur, tantum M-tas V. de sua dignitate nihil imminui patiatur.

Dominus Fabius [6] hinc non discessit mecumque frequenter de suis rebus communicat, et quod mora hac paulo torquetur acerbius, hominem consolari animumque addere non desino. S. R. M-ti V. omnia fausta et felicia evenire volo.

335. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 8 Aprilis 1581.*

Quid Reginae a Rege significatum sit; de castellano Camenecensi; de Alberto Łaski; respondet ad N. 306 et 310; de brevi Ap. in negotio monialium Sandecensium; de suffraganeis; de Vulcanio; de collegio S. I. Lublini erigendo et de Bernardo Maciejowski, ordini ecclesiastico se addicturo.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 86 sq. *orig. inscr.*: 2ª.

La M-tà della Regina mi ha mandato a mostrare due lettere, che il Re le scrive alli 4 di questo del suo arrivo in Podlachia [1], per le quali mostra di star sano et di buona voglia, et di più l'avvisa che ne li confini di Lituania già era giunto un' altro internuntio del Moscovita, con nova che dopo lui venivano tre altri amb-ri solenni huomini principali, per il negotio della pace [2]. S. M-tà era per andare presto a Grodna, et di là a Vilna, ove udirà questo internuntio et amb-ri, non intermettendo però punto degli apparati necessarii per la guerra.

---

334. [4] *D. 7 Aprilis Regi scripsit:* Heri pluribus verbis litteras ad S. R. M-tem V. dedi, nunc eos rumores mitto, quos ab Italia advenientibus hodie excepi: mirae sunt, quae de M-te V. et de Moscho circumferuntur, risum mihi propemodum moverunt; credo item, et M-ti V. sunt insulsa, et minime verisimilia, Pragae vero (ni fallor), ut plurimum, conficta et composita (Nunz. Spagn. Vol. 1 A f. 364 *cop. reg.*).

[5] *Vid. sup. N. 331.* [6] *Fabius Georgius Dalmata.*

335. [1] *D. 4 Aprilis Rex Mścibovii commorabatur (Pawiński, Źr. Dziej. IX B, p. 47).*

[2] *De internuntio Moscovitico Gregorio Kabardjew et de sollemni legatione, vid. inf.*

Il castellano di Camenez heretico, del quale scrissi nelle lettere di 30 di marzo [3], è venuto a casa a visitarmi et licentiarsi da me, et mi ha promesso che ritornarà qua per la Pentecoste, et condurrà la moglie et la figlia alla Ser-ma Regina, et vole che tutte insieme con lui siano cattoliche; vederemo quello che riuscirà.

Il S-r Laschi parimente è stato a visitarmi et mangiar con meco molte volte, ma nel partirsi di qui mi ha fatto una lunga oratione, con mostrare grande observanza et devotione verso la S-tà di N. S. et desiderio di voler fare gran cose per nostra santa fede cattolica. Io lo tengo bene edificato, et non manco promovere le cose sue presso il Re [4] et la Regina, sì come egli desidera.

In questo tempo ho ricevuto due lettere di V. S. Ill-ma di 21 di gennaro et 4 di febraro. Il cavalier Procopio si vergogna tanto di quel breve che tutto era subreptitio [5], che non solo non mi ha mai dimandata la essecutione, ma nelli prossimi comitii si convenne col P. provinciale Tacchetta di rilasciare tutti quei beni alle monache di Sandez. Quando questi brevi danno in mano di gente male prattica, ancor che subreptitii, trovano plenaria essecutione, massime, quando corre il denaro: corruptela molto usitata in queste parti.

Circa alli suffraganei negligenti, io serò per l'avvenire un poco più ardito, che di lettere amorevoli, poichè N. S-re me ne dà animo, et terrò anco mano che non si faccino per simonia, come è intravenuto spesse volte avanti me.

Del Vulcanio, poichè è già morto l'arcivescovo di Gnesna suo patrone, despero la ritornata in Polonia — —

Il S-r Bernardo Maccioschi, vexillifero di questo Regno, giovane nobile et modesto, con la vedova Vaposchi sua cugina, et un nobile Zebridoschi suo compagno, vogliono contribuire molti beni per la fundatione del collegio di Giesuiti di Lublino [6]. Io sollecito che si metta in essecutione questo pio pensiero, et spero che presto serà in buon termine. Il S-r Bernardo è di tanto buone qualità, che è amato dal Re et da tutto il Regno grandemente: egli vuole essere di chiesa et renunciare alla militia. S. M-tà si contenta, pur che venga col S-r Andrea suo nipote in Italia. Egli verrà prima, et vole andare a Milano, per vedere et apprendere la disciplina del Cardinale di S. Prassede et farsi suo dimestico, dipoi verrà

335. [3] *Vid. sup. N. 331 adn. 7.*

[4] *D. 7 Aprilis Regi scripsit:* — D-nus Laschi iam hic discessit speratque se magnam vim equitum brevi cogere posse, ferme ad duo millia. Ego illum hortatus sum, ut maturet et, quamprimum poterit, se se ad M. V. conferat; prolixe omnia pollicetur et spero praestaturum, quando iam nunc M-tis V-rae liberalitatem atque humanitatem experitur — *(L. c. N. 334 adn. 4).*

[5] *Vid. sup. N. 290 adn. 1.*

[6] *Vid. sup. N. 295 adn. 1. Catharina Wapowska, relicta Andreae castellani Premisliensis, soror patruelis Bernardi M.*

a Roma, et ritornarà incontro al S-r Andrea a Vinetia. Io l'accompagnarò da per tutto con mie lettere, et guadagnandolo alla chiesa, guadagnaremo una gioia pretiosa. Il suo zio fu vescovo di Cracovia et il maggior prelato, che sia stato di questa memoria [7].

336. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 10 Aprilis 1581.*

De ep-po Cuiaviensi eiusque coadiutoria Gnesnensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 84 *orig. inscr.:* 3ᵃ. — *Ex parte ed. Wierzbowski, Uchańsciana IV p. 144.*

Il vescovo di Cuiavia mi ha scritto l'inclusa lettera [1]. Io gli ho risposto che la coadiutoria, non confirmata dalla Sede Ap., è ita in fumo: la nominatione, fatta vivente archiepiscopo, è nulla, utpote quae contineat votum captandae mortis: però che è necessaria nova nominatione dal Re, et fra tanto si astenga dal chiamarsi nominato et dall'ingerirsi nell'administratione temporale et spirituale. Se'l capitolo di Gnesna serà stato negligente, io deputarò vicario et economo suoi confidenti, che, quando serà confirmato arcivescovo, li rendano conto. Se'l Re lo nominarà di novo [2], io farò il processo, et li darò tutte le sodisfationi possibili, et li mostrarò come si ha da governare, per servitio di Dio, della chiesa et suo. Egli mi scrive che verrà a trovarmi a Varsovia. L'evento della cosa gli ha mostrato quello, che non ha mai potuto comprendere la sua passione, che il mio conseglio intorno alla coadiutoria fu fidele et prudente: ha speso migliaia di fiorini, et tolto molte ansietà sopra le spalle indarno, et datone ad altri. Altro non ci è di novo.

337. *Caligarius Stephano Regi.* *Varsoviae 10 Aprilis 1581.*

Rumores Italicos *mitti; de negotio Suleioviensi; quid Lovitii fiat; de legatione Moscovitica a se certiorem factum iri.*

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 364 *cop. reg.*

Ut habeat S. R. M-tas V., quid horis subcisivis legat curasque molestiores depellat, mitto rumores Italicos, partim illos quidem veros, partim vero

335. [7] *Samuel Maciejowski, ep-pus Cracoviensis (1545—1550).*

336. [1] Stanislaus ep-pus Vladislaviensis, nominatus archiep-pus Gnesnensis, *d. d. Vladislaviae 7 Aprilis Caligario significavit se in itinere Varsoviam suscepto Lovitium non ut coadiutorem, sed ut executorem testamenti demortui archiep-pi deflexurum esse, ab eodemque nuntio Ap. petivit, ut* — de omnibus, quae expediendo huic meo negotio iudicat esse necessaria, me primo quoque tempore admoneat (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 85 *orig. manu pr.; ed. Wierzbowski, Uchańsciana IV p. 366 sq.).*

[2] *Quod Rex Grodnae d. 22 Aprilis fecit (Kojałowicz, o. c. p. 196).*

falsos [1], sed qui certe lectorem interea delectare ac remorari possint. In quibus illud unum praecipue animadvertendum est res Imperii Turcici in dies in peius ruere, iamque vulgo circumferre et quasi prodigiosa quadam praedictione foedus publicum, una omnium principum christianorum consensione, adversus Othomanos tanto antea praenuntiari.

Negotium Sulcioviense ab iis, quos minime oportuit, prorsus insectum est; D-nus Fabius totam causam pluribus verbis M-tem V. edocebit. Ego id unum studeo, quemadmodum de regio iure atque auctoritate nihil per aliorum ambitionem et fraudem detrahatur.

Lovitii iam bellum passim comparari, D-num Paulum Uchanium milites conscribere, praesidio ac munitionibus castellum firmare, pontes disturbare, qui recentes inde veniunt, aperte renuntiant. Hos tumultus facile M-tas V. oppresserit, si statim auctoritate sua audaciae et ambitioni certorum hominum obviam ierit. Qua vero ratione id commodissime fieri possit, etsi M-tis V. prudentiam consiliumque non lateat, ego tamen abunde et coram, et per litteras [2] declaravi: providendum autem est, ne militaribus curis M-tem V. longe a Regno implicitam haec domestica molestia angat.

Proximae, quae subsequentur, litterae Romanae, aut nuntii aliquid ad nos, ni fallor, de legatione Moschica, quae proxime Romam venit, certe afferrent; si quid autem eiusmodi erit, quod operae pretium fore videatur, aut per certos nuntios litterasque ad M-tem V. protinus deferam, aut ipsemet istus *(s)* excurram.

Nos hic Dei beneficio bene valemus —

338. *Cardinalis Comensis Caligario.* *Romae 15 Aprilis 1581.*

Quid cum Alberto Bolognetto acturus sit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 15 f. 127 ***min.; a tergo:*** 19 d'aprile. Bibl. Vat. Ottob. Lat. Ms. 2417 I p 129v *et* Barb. Lat. Ms. 5743 f. 33v ***cop. reg; utraque cum d. 17 Aprilis.***

Mons. Bolognetti, qual viene per succedere a V. S., come già le ho scritto [1], sarà l'apportatore di questa, per la quale non m'occorre dir'altro se non che, com'egli communicherà con V. S. la sua instruttione et tutte le commissioni che ha, così lei sarà contenta informar lui de le cose che passano, et di tutto quel che giudicherà esser necessario, acciò possa meglio procurar il servitio di N. S-re et di questa S. Sede, come son certo che V. S. farà con intiera charità. Et instrutto che V. S. l'haverà, et messo in possesso de l'offitio, et presa licenza da la M-tà del Re, per lettere se sarà lontanto a l'essercito, et da la Ser-ma Regina, potrà ritornarsene allegramente et con suo commodo in Italia, havendo il debito riguardo a la sanità, qual prego Dio N. S-re che le conservi —

337. [1] *Cf N. 334 adn. 4.* [2] *Vid. sup. N. 334 adn. 1.*

338. [1] *Vid. sup. N. 332.*

339. *Caligarius Stephano Regi.* *Varsoviae 15 Aprilis 1581.*

De commercio litterarum; de morte archiep-pi Gnesnensis; de legatione Moscovitica; de ep-po Cuiaviensi; de abbatia Suleioviensi.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 364v *cop. reg.; ex parte cifra, quae deest.*

Binas paulo ante litteras a S. R. M-te V. accepi, quinta et octava Aprilis Mscibohoviae datas, quibus adiunctae erant ternae Latino, ternae item Russico sermone conscriptae podvodarum litterae, et praeterea petitum instrumentum electionis abbatis Suleioviensis [1]; sed quoniam heri vesperi paulo ante noctem vix redditae sunt nuntiusque, qui hinc ad M-tem V. discedit, valde properat, vix tempus ad rescribendum suppetit. Sed si M-tas V. cubiculariis suis ad nos excurrentibus id in mandatis dederit, ut statim atque a Ser-ma Regina digressi fuerint, me conveniant litterasque, quas habuerint, reddant, has temporis angustias facile evitabimus.

De morte archiep-pi Gnesnensis iam omnis sublata est dubitatio; cum autem 2-a die Aprilis, ut antea scripsi [2], obierit, die 5 tantum mors vulgo patefacta est, tum ut pretiosam illius suppellectilem interea commodius propinqui averterent, tum ut canonicatum Gnesnensem, qui sub gratia Ap. M-ti V. cadit, et per decessum canonici Zabinckii [3], iam mortuo archiep-po defuncti, vacuus factus est, interponerent [a] — — verum ut nunc est, satis per nos provisum est [b] — — quod ego ad M-tem V. [c] —

Cum primum rescivero, quorsum tendat Romana legatio Moschi, nulla interposita mora M-tem V. per litteras nuntiosque rem totam edocebo, et si ita res feret, egomet ad S. R. M-tem V. excurram.

Lovicii contra, atque constans fama increbuerat, omnia quieta tranquillaque sunt; inde ad nos R-mus D-nus ep-pus Cuiaviensis, ut ipse scribit [4], brevi advolabit illumque cras, aut ad summum postridie, hic expectamus.

In negotio Suleioviensi ab omnibus prorsus, quantum in eis fuit, proditi sumus. Ego quid in ea re sentirem, superioribus litteris meis [5], quas puer D-ni Fabii ad M-tem V. attulit, abunde declaravi, itemque nunc declaro rem exemplo esse pernitiosam, si id aequo animo feramus, ut per vim nobilitatis et regularis disciplina opprimatur, et ius regium, tanta

---

[a] [b] *1 1/2 versus punctorum.* [c] *puncta.*

339. [1] *Epistola Regis d. d. 8 Aprilis desideratur. Mscibohoviae Mścibów d. 5 Aprilis Rex haec Caligario scripsit:* Litteras podvodarum ac etiam instrumentum praeteritae electionis abbatis Suleoviensis ad Sinc-tem V. mittimus: postulamus autem, ut Sinc. V. pro suo erga nos studio, eam incumbat operam, quo ea nova electio ad eum, quem nos cupere intelligit finem, primo quoque tempore perducatur. Quod illam libenter esse facturam certo nobis persuademus — (Brisig. Arch. Colleg. Pac. II f. 52 *orig.). Cf. N. 331 adn. 10. In Lithuania acta publica idiomate Rutheno quoque perscribebantur. De litteris podvod. vid. inf. N. 340.*

[2] *Vid. sup. N. 333 adn. 1.* [3] *Vid. inf. N. 340 adn. 7.*

[4] *Vid. sup. N. 336 adn. 1.* [5] *Vid. sup. N. 337.*

temporis diuturnitate quaesitum ac firmatum, convellatur. Visitator ille Cisterciensis nunquam ad me venit, et quantum intelligo, minus etiam inposterum veniet. S. R. M-ti V. submisse studia atque officia mea commendo —

340. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 16 Aprilis 1581.*

Ad duas epistolas Regis se respondisse: de abbatia Suleioviensi et de archiep-po mortuo, cuius cancellarius de fraude quadam suspectus est: de legato Moscovitico epistolam Cardinalis a Rege exspectari; de ep-po Cuiaviensi; Pontificis M. actiones a se extolli.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 89 sq. *orig. — Ex parte ed. Szmurlo, o. c. p. 137.*

Alli 4 *(s)* di questo ricevei due lettere del Re: una de 5, l'altra di 8 d'aprile di Podlachia [1].

Nella prima mi raccommanda il negotio della abbatia di Suleovia strettamente per don Giorgio Fabio, il quale negotio è totalmente imbrogliato. Il Re è stato tradito da tutti che l'hanno maneggiato, imperò che cinque frati, che tanti sono in quel monasterio, hanno già fatto due volte elettione, per impressione de' nobili et seduttione di huomini ambitiosi et di persone indegne: imperocchè il primo, conoscendosi inhabile, renunciò alla sua elettione: era questo priore del detto monasterio; il secondo, chiamato Stanislao Ostrowski, absente, essendo priore altra volta in questo monasterio, fu cacciato per haverci stuprato una vergine: così scrive Giovanni Crassinki cantore di Cracovia, che era là a nome del Re. Il visitatore Cisterciense, contra quello che di sua voluntà havea promesso al Re, come Francese volubile o, corrotto (come è suspitione) da frati, ha confirmato questo secondo [2], contrafacendo alla sua spontanea promessa et alle lettere del Re, et con la sua instabilità non ha servito nè al monasterio, nè al Re, ma solamente ha acceso fuoco, come fece anco l'anno passato in Posnania per imprudentia, et tale, che se io non rimediassi, il Re non comportaria mai più che ci venisse visitatore straniero [3]. Questa elettione seconda senza dubio è nulla, si perchè è fatta di persona indegna et criminosa, si perchè è violenta per l'impressione de' nobili [4], li quali non si

340. [1] *Vid. sup. N. 339 adn. 1.*

[2] *Vid. Append. Primus electus: Petrus Krassowski.*

[3] *Vid. sup. N. 282 adn. 2 et Append.*

[4] *Qua in re Edmundus a Cruce ipse aliquid valuisse videtur, quippe qui mirum in modum favorem nobilitatis sibi conciliarit, ita ut Bartholomaeus Paprocki, qui eum cognoverat, in libro suo de stemmatibus nobilitatis Polonae Edmundum Crucinum inter nobiles Polonos sub stemate Kruczyna collocare non dubitaverit:* Edmundus Crucinus, opat kasztelński, doctor z Sorbonu, paryskiej akademii, mając przy sobie pięć zakonników, professów klarewalskich, dwakroć klasztory objeżdżał i kapitułę — w Węgrowcu r. 1580 ad 19 Iunii celebrował (*vid. sup. N. 282 adn. 2*); każdy musi zeznać, kto go wi-

fondano in altro, se non che don Fabio è forastiero, et che però no'l vogliono, se bene nel resto laudano la vita et la dottrina; et esso, essendo Schiavone [5], è della medesima lingua con Polacchi, et ha molti altri benefitii in questo Regno et nelle chiese cathedrali [6], per li quali viene ad essere habilitato per originario; et se bene non è professo, è apparechiato a fare la professione, conforme al concilio provinciale ultimo fatto in Petricovia. La confirmatione del visitatore Francese, non credo che vaglia, perchè nel breve che hebbe da N. S., non è tale facultà, et questa confirmatione, per consuetudine antiquissima di questo Regno, perteneva a l'ordinario, l'arcivescovo di Gnesna. Come si sia, il Re tiene questa causa non per cosa di don Fabio, ma per cosa sua propria, et li preme, più per l'essempio di lasciare conculcare le sue ragioni regie, che per altro rispetto. Hora, sendo privati li frati di potestà di eleggere, poichè hanno eletto già due indegni, la provisione si devolve alla Sede Ap., alla quale S. M-tà per ultimo rimedio manderà il suo consenso, et pregarà N. S-re che l'abbatia sia conferita a don Fabio, o ad altri che S. M-tà nominarà. Tutto questo sia detto per informatione.

Nella seconda lettera S. M-tà havea inteso la morte dell'arcivescovo da me, ma non la credeva intieramente, imperocchè altri affirmavano il contrario; et questo nacque, perchè li ministri dell'arcivescovo, dopo essere lui morto, tornorono a dire che era pure vivo, per potere conferire et robbare un canonicato di Gnesna, vacato per morte di un Zabinski [7], che morì poco dapoi la morte dell'arcivescovo, parte anco per defraudare il successore nella divisione de' frutti di questo anno, secondo le constitutioni provinciali di questo Regno, delle quali mando coppia, et chiamasi l'anno della gratia [8]. Se io posso scoprire questa fraude, vorrei una volta castigare molti peccati di Giovanni Sicorski [9], già vicario et cancelliero dell'arcivescovo, che in sua vita vendeva et barattava la giustitia et tutti li benefitii, come se fussero state tante pecore. Il canonicato di Gnesna, sendo estinto l'indulto dell'arcivescovo [10] per sua morte, casca nella gratia che N. S-re fece al Re, col favore del quale spero che la fraude del Sicorski non haverà loco, et forse si scoprirà.

dział, a kto go słyszał mówiąc, że była w nim summa prudentia et sagacitas, invictus contra adversantes animus, inexausta doctrina, comitas autem mire placidissima — przodkom tego Edmunda opata przydano gwiazdę *in stemmate Kruczyna*, jak sam o tem sprawę dawał, gdym się z nim widział w Wągrowcu za opata Dzierżanowskiego *(Andreas)* z domu Gozdawa (*Paprocki Barth., Herby p. 605*).

340 [5] *Dalmata.*

[6] *Praepositus Premisliensis, Vilnensis et Varsoviensis canonicus.*

[7] *Albertus Żabiński, canonicus Gnesnensis et Posnaniensis. In canonicatu Gnesnensi Arnulphus Uchański ei successit (Korytkowski, Prałaci i Kanonicy gnieźn. Gnesnae 1882, t. IV, p. 501 sq.). Vid. sup. N. 339.*

[8] Constitutionum synodalium lib. 3 f. 73 *(ed. Karnkowski)*. De anno gratiae (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 93).

[9] *Iohannes Sikorski.* [10] *Vid. sup. N. 233.*

S. M-tà sta molto sollecita dell'amb-re del Mosco, venuto a Roma, et mi ordina che subbito, ricevute lettere da V. S. Ill-ma in questa materia, l'avvisi volando, et per ciò fare mi manda le patenti regie per fare correre la posta alli miei comornich, come famigliari di S. M-tà [11]. Io ancora sto molto ansio sopra questo particolare, vedendo che tanto importa, et desideraria che V. S. Ill-ma usasse diligenza particolare per fare venire presto le lettere. S. M-tà hieri devea partire di Grodna per Vilna, dove udirà l'internuntio del Mosco, et mi avviserà subbito quello che porterà. Se vedrò essere bisogno, io ancora anderò là a trovare S. M-tà, prima che parta per la guerra.

Il vescovo di Cuiavia, come intendo, se bene lui non me l'ha scritto, ha mandato al Re per havere nova nominatione all'arcivescovato di Gnesna da S. M-tà. Hoggi l'aspetto qui da Lovitio, et vedrò quello che mi dirà; già gli ho consignato il P. Basilio Cerrino Giesuita [12].

Per conclusione, non lasciarò di dire a V. S. Ill-ma che è stata grande la laude, che la S-tà di N. S-re ha riportato ultimamente, quando dopo fatte tante recuperationi di castelli et terre, et dopo diece anni di pontificato, di novo ha confirmato, giurato et fatto giurare dal sacro collegio la bolla de non alienandis bonis Romanae ecclesiae [13]. la quale laude è stata tanto più grande appresso il Re, quanto che S. M-tà odia a morte l'indiscrete, anzi imprudenti alienationi, che ogni dì fanno questi vescovi et abbati, contra il giuramento et contra li sacri canoni. Ha mosso questo fatto etiamdio appresso gli heretici tanto maggiore maraviglia, quanto che N. S. dopo tanti anni di pontificato et di prosperità, non solamente non è fatto insolente per longa felicità, ma ogni giorno si mostra più constante, moderato. et grato a Dio et alla chiesa romana del beneficio et honore suppremo, che gli ha fatto in essaltarlo al sommo pontificato, nel quale piaccia alla divina M-tà di conservarlo lungamente et felicemente, per servitio di sua santa chiesa, consolatione et salute di noi altri sudditi et servi suoi —

341. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 18 Aprilis 1581.*

Quid cum ep po Cuiaviensi egerit: de edicto super habitu clericali. de taxa ab ep po Cuiaviensi solvenda.

---

11 *Litterae podvodarum dictae. Vid. sup. N. 339 adn. 1.*

12 *Vid. sup. N. 313.*

13 *Ephemerides Romae d. 28 Ianuarii significaverunt:* Nel concistoro di lunedi *23 Ianuarii* — N. S-re propose una bolla fatta da Pio V, et non esseguita, sopra la prohibitione di non alienare li beni ecclesiastici. Bibl. Vat. Urb. Lat. Ms 1049 f. 40. *De bulla Pii V P. M. d. d. 29 Martii 1567 agebatur:* Prohibitio alienandi et infeudandi civitates et loca S. R. Ecclesiae, vel de eorum alienationibus et infeudationibus tractandi quovis pretextu, etiam evidentis utilitatis (*Bullarium, ed. Taurinensis, t. VII p. 560*).

Decifr.: de ep-po Cuiaviensi et synodo provinciali: de archiep-po Gnesnensi mortuo; de Card. Commendono et Regina.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 94 sq. *orig. cum decifr. — Ex parte ed. Wierzbowski, Uchańsciana IV p. 145.*

Venne il vescovo di Cuiavia a trovarmi, et mi mostrò una coppia del consenso regio alla coadiutoria di Gnesna, con una clausola che diceva che, dovendosi il Re absentare così lunge in caso che l'arcivescovo morisse, lo nominava per novo arcivescovo [1]. Con tutto questo, ha già spedito dui o tre messi per havere da S. M-tà nova nominatione, ma per non havere egli a tornare qua più, ha voluto che avanti tempo pigli la sua professione della fede, et così ho fatto. Vole anco che li formi il processo concistoriale, prima che venga la nominatione del Re; io per non desgustarlo, ho mandato l'auditore mio a Lovitio et a Gnesna, con ordine bastante a fare tutto questo.

Et parimenti prendendo l'occasione della vacatione di quella chiesa, con consenso et partecipatione del vescovo di Cuiavia, ho messo fuori un editto, come essecutore del concilio provinciale ultimo fatto in Petricovia del 1577, contra quelli che non vanno in habito da prete, dandoli tempo dui mesi a mettersi in habito, altramente dechiarandoli privati de' benefitii et de' privilegii clericali, conforme al decreto del soddetto concilio [2], il quale ho inserto nell'editto ad verbum. Se mi riesce bene, come spero, mi voltarò dopoi *(s)* a Cracovia, sendo quella la seconda città dopo la metropoli, et provarò di smorbare quella grande abominatione, che tiene il vescovo in casa sua; fra tanto haverà odore di questo editto, che comprende solamente la diocese di Gnesna, et pensarà al caso suo; se anco vederò pericolo di scandalo, mi retirarò pian piano: et se il breve dell'indulto dato al Re per tre canonicati per ogni chiesa cathedrale [3] fosse stato commesso a me, già haveressemo molto guadagnato in questo particolare che non è poco. L'altro breve per dispensare con li secretarii et famigliari del Re, che importa con tutto il clero di Polonia, sendo qua infiniti secretarii et niuno secreto, quando verrà in mano mia, serà essequito con sobrietà [4]. Intendo che è stato mandato in mano del G. cancelliero dal vescovo di Plozca. Il vescovo di Cuiavia al tempo dell'espeditione dimanderà gratia o della terza o della quarta parte, forse anco della metà, o almanco tempo che fra dui anni possa pagare tutta la speditione: io lo raccomandarò, che così mi ha pregato. — Con quarantasette versi di cifra.

Decifr. Se il Re sarà della opinione che era, quando partì di qua, non darà nominatione al vescovo di Cuiavia; se ancora la darà, io trattengo di modo il vescovo, che stia bene con meco: anzi lui mi ha chiesto

341. [1] *Vid. sup. N 326 adn. 1.* [2] *Vid sup N. 96 adn. 6.* [3] *Vid. sup. N. 109.*

[4] *Breve Ap. d. d. 15 Novemb. 1580, quo nuntio Ap. data est facultas dispensandi cum secretariis regiis quoad retinenda beneficia incompatibilia* (Arch. Vat. Arm. 42 Vol. 44 f. 170 *min*).

perdono, che sia di natura precipitoso, et facile a credere et a scrivere mille impertinentie. Io gli ho perdonato tutto, et fatto carezze, et offerto ogni sorte di aiuto, et scriverò a V. S. Ill-ma tutto quello che vorrà: faccia poi N. S. la sua volontà. Il vescovato di Cuiavia valeva 32 mila fiorini d'entrata, hora non ne cava 12 mila, per le molte alienationi fatte. Questo è huomo mirabile, che sempre bisogna tenerlo in filo, perchè non resteria per lui di metter sottosopra tutto il mondo. Mi dice che vuol fare il concilio provinciale; io non contradico, per non exasperare la sua ambitione, et perchè presideremo ambidui, come fece il mio antecessore con l'arcivescovo morto [5]; ma dico bene che bisogna prima formar li canoni, che si hanno da stabilire fra lui et me, dipoi li communicheremo a li vescovi et a li capituli, talchè venendo il concilio, ci spediamo presto. Questo articolo piace a lui, per questa preminenza et per fuggir la spesa, et giova a me, perchè sarà absente il Re, et il cancelliero, et non sarà tanto dubbio di entrare in prattica di divortio et di proporre cose nuove, et non prima communicate. Egli sta hora in gran colera col vescovo di Cracovia: io lasso correre, perchè non s'accordino insieme a far del male, et mostro di voler aiutar Cuiavia, come farò, se sarà arcivescovo, con ogni mio potere, perchè operi bene: et così l'ho mandato contentissimo. L'arcivescovo è morto come una bestia (se bene io dico il contrario, per levar lo scandalo), senza niun sacramento, et con li armarii pieni di libri heretici: di Lutero, del Calvino, del Melantone et di tutti gli altri ribaldi. Il vescovo di Cuiavia afferma, et io lo credo, che egli col Re Sigismondo Augusto erano disposti (se Dio non l'havesse prohibito) di mutar religione in tutto questo Regno per decreto publico, et forse Cuiavia sentiva con essi, perchè esso arcivescovo è stato heretico, et lo confessa [6].

La Regina di Polonia si lamenta grandemente con meco del S-r Card. Commendone per le cose di Napoli: non so se ha ragione o ha torto, et credo gli farà scriver dal Re un poco risentitamente. Vorria che io ancora scrivessi, et lo farò, ma mal volentieri et con ogni dolcezza, non potendo negare a S. M-tà [7].

341. [5] *Petricoviae m. Maio 1577 Vinc. Laureus et Iac. Uchański.*

[6] *De archiep-po Uchański, vid. diversas opiniones apud Wierzbowski, Uchansciana V p. 707 sq. Inter* esso et arcivescovo con *aut* come *l'deesse videtur. De Stanislao Karnkowski adolescente, haeresi addicto, vid. W Zakrzewski, Epistolae St Hosii II N. 1877.*

[7] *Annua 2000 duc. ex redditibus Neapolitanis Card. Commendono assignata erant. Rex d. d. Vilnae 5 Maii hac in re Caligario scripsit:* Amamus nos quidem non mediocriter R. D. Comendonum Card., sed tamen ei amori, quem Ser-mae coniugi nostrae debemus, haud facile amorem ullum possumus anteferre. Itaque cum ad nos adferrentur quaedam de non optimis conatibus procuratorum R-mi D. Card. in Regno Neapolitano adversus rationes Ser-mae coniugis nostrae, faciendum nobis esse existimavimus, ut eam rem omnem per litteras nostras ad P-tem eius quam brevissime perferamus, uti ex exemplo litterarum nostrarum Sine V-ra plenius cognoscet. Quod cum ita sit,

342. *Nicolaus Mylonius*[1] *Possevino.* *Gedani 19 Aprilis 1581.*

Quid ad religionem catholicam Gedani iuvandam egerit.

Arch. Vat. Nunz. German. Vol. 93 f. 44 sq. *orig. inscr.:* Rev-do in Christo P. Antonio Possevino S. I. Romae, aut ubi fuerit.

R-de in Christo Pater. Pax Christi. Vix credat R-tia V., quam me delectaverint literae partim 16, partim 29 Ianuarii datae, ac mihi 6 April traditae: non solum, quia Roma sunt missae, verum etiam, quia res eas narrabant, quae ecclesiae toti sunt honori, hominibus perutiles; quod autem R-tia V. incolumis Romam venit, mihi gaudeo, ei gratulor. Literas vero meas tam tarde tradi non parum me molestavit. Posterius adhuc binas scripseram literas copiosissime iis de rebus, quas avide R. V. expectabat: 17 Novembris, adiecto catholicorum catalogo, posteriores 25 Ianuarii, quae praeter res alias necessarias, praepositi Sucoviensis monasterii[2] iniquitatem, et eiusdem monialium miseriam exponebant. Qua de re etiam nuntio Ap. fuse scripseram, qui iam paterne mihi respondit, se videlicet curam hanc de praeposito illo mandasse abbati Olivensi[3], qui comitiis Varsaviensibus intererat: »Si vero is« (inquit) »non profuerit, veniam ego et curabo illum«. Deinde D. Jeschka[4] mihi retulit quoque R. D. nuntium ad nos venturum ac monasteria visitaturum, quod summopere mihi placet, est enim (Deus scit) necessarium. Respondit deinde ad ea, quae de libellorum a R. V. missorum disseminatione perscripseram, addita chori instaurati et augustissimi sacramenti translati declaratione, sibi placere seque valde probare, ne defatiger et rem inceptam ut urgeam magis ac magis, paterno affectu admonens. Scripsit et sanctimonialibus prudenter et bene, hortans illas, regulas instituti sui ut diligenter observarent, se eis non defuturum. Has vero literas ego et D. Jeschka, altero adhuc protectore et sene monacho praesentibus coram, tradidimus: urgebant recte ostiorum occlusionem. Verum ob penuriam horreorum fieri nondum posse moniales responderunt, in sua iam consuetudine obfirmatae. Studebimus, ut horreum excitetur, ne huius excusationis praetextu eludant. Serio, o Deus, agendum est cum irridentibus lenitatem. De his et aliis, ad huius provinciae ecclesiae statum pertinentibus, fusiorem paro declarationem.

Facultate concessa utor sobrie, Deo adiuvante; primitiae usus eius-

petimus a Sinc-te V., ut quam modestissime et commodissime, si posse intelligit, adiuvet per litteras suas nostras et Ser-mae coniugis nostrae rationes, ut R mus D. Card. intelligat, quicquid aequi iniqui Ser-ma coniunx nostra inde reportavit, id nos pro eo accepturos esse, ac si id proprie nobis ipsis contigisset. Bene valere Sinc. V. cupimus (Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 56 *orig.*).

342. [1] *Vid. sup. N. 261.*

[2] *Georgius Wysocki, praepositus monast. Zukoviensis. Vid. sup. N. 127 adn. 2.*

[3] *Caspar Geszkaw.*

[4] *Georgius Jeschka, civis Gedanensis, catholicus. Vid. sup. N. 177 adn. 5.*

modi lectio fuit libri Anabaptistarum, quem Fundamentum inscribunt, quo perlecto, praecipuos errores in tabulam redegi, autores eosdem diluentes in margine annotans; adieci deinde deceptionis causas, notas autoris, hominis praesumptuosi ac foedifragi, qui primam fidem irritam fecit; mendacia quoque, non sine mea ipsius aedificatione et in fide Romana confirmatione, manifeste deprehendi, stultam temeritatem intelligens. Inde sum consecutus, ut, si cum aliquo eius sectae mihi colloqui acciderit, sim expeditior tum ad tuendam veritatem, eorum haeresim directe oppugnantem, tum ad confundendum, mendacia autoris digito monstrans.

De D-no Cultio [5] saepius iam R. V. fuit solicita, sed non erat necesse quod iam cognitum credo. Nova, quae R. V. ad me perscripsit, in episcopatu, cum discordia illa nostrorum praedicantium, Braunsbergae, Varmiae (s), Heilsbergae, Gutestadiae, non sine utilitate (ut spero) disseminavi, adhuc etiam Melsacum [6] missurus, ut, unde haeresim hauserunt, inde et antidotum recipiant. Harum civitatum iam parochi mihi sunt noti, cum iis enim coram contraxi amicitiam, quam modo literis confirmo, inserens, quae aedificationis sunt. Die itaque Aprilis 11 septenas literas, adiectis etiam schedis, partim Gutestadiam, partim Heilsbergam et Allenstenum [7], ad canonicos et parochos misi, quibus (quod Deo placet) effecerim. Imminente S. Paschatis tempore quo catholicis confitendum, nostros monachos ad confessiones excipiendas aptiores esse optavi, iis difficultatem huius muneris, scientiam requisitam, casuum cognitionem ac denique interrogandi rationem declaravi breviter, iuniori monacho P. Polanci directorium [8] usui dans, ut et ipse legeret. Quam autem si (alter senior neminem audivit) officio suo functus sit, novit, cui nihil est absconditum, Deus. Novi ego quanta difficultas sit audiendi rudium hominum confessiones, quippe qui, ut solum confessionem in genere recitent, assueverunt: inde ego duos absque absolutione dimittere coactus sum, quorum alter rediit consilio parens. Conatus sum alium sacerdotem, non religiosum, Polonum (qui unicus superest ex canonicis aedis maioris, cui maior pars catholicorum confitetur) eodem modo instruere, verum homo proprii sensus, ut assuevit, pergit; suasi, ut edisceret formam absolutionis, quae in libello P. Polanci est, quia aliqua ratione de ipsius formae veritate, R. P. Roberto monente, dubitare coeperam. Unde duplicis generis formas absolutionis perscriptas R-d.s P. rectori [9] et Roberto Braunsbergam indicandas obtuli; substantiam tamen in iisdem esse declararunt, licet multis verbis non necessariis sint circumfusae, ut: absolvo te a peccatis mihi confessis, contritis et oblitis etc. Sed non obedivit, pergit more suo. Homo est (Albertus nomine) satis

342. [5] *Vid. sup. N. 209 adn. 5.*

[6] *Gutstadt et Mehlsack, civitates in ep patu Varmiensi.* [7] *Allenstein (Olsztyn).*

[8] *Iohannis P. S. I., qui tribus praepositis generalibus a secretis fuit:* Directorium breve ad confessarii ac confitentis munus recte obeundum. *Saepissime editum.*

[9] *Philippus Widmanstadt, rector collegii Braunsbergensis.*

bonae vitae, sed ignorantissimus, quod vel ex eo cognosci potest: cum eum interrogarem, quamnam a casibus reservatis absolvendi haberet facultatem, respondit: »ab haeresi«. Tum ego: »habes potestatem absolvendi catholicos, qui libros haereticos lectitarunt?« Ipse: »non, non (respondet), bene quidem eos, qui legerunt haereticos, sed non eo animo, quod vellent labi in haeresim, vel quod de fide catholica dubitarent, absolvere possum«. Hac autem responsione insinuabat, hoc animo legere prohibitos libros non esse peccatum, vel sic legenti esse licitum. En, hic est pastor in frequentissima haeretica civitate, ubi catholici saepius errant in lectione librorum haereticorum, et corrector errorem non agnoscit, grosse ecclesiae prohibitionem distinguens. Tum ego, supinam ignorantiam notans, veritatem inculcavi, quod quolibet animo legens haereticos autores, de fide scribentes, peccaret gravissime, essetque casus reservatus. Videbatur tunc intelligere, an vero solide, Deus novit: consuetudo quaedam ignorans apud eum, decretis pontificum (quae nescit) praevalet. Ecce, R-de in Christo Pater, quid agitur? Mirumne est esse haereticos? Miremur superesse catholicos. Posset commodissime huc mitti parochus bonus et doctus, qui adhuc in aede maiore redditibus annuis gaudet. Est, et non est: est, qui lanam et lac colgit, non est, qui oves pascat; semel in anno lucri causa, non salutis gratia comparet, redditus corradens [10]. Proh dolor, quam angusta pectora, quae ad succurrendum dilatari nolunt! Quid speremus? Nostri ad cantharum sedent, haud ulla cura discruciati. Bono animo monachi Dominicani laborant. Laborant quidem, sed non (prudenti loquor, qui reliqua tacita cogitatione prosequi poterit) video id, quod solidum: consuetudine quadam duci videntur, non caritatis verae stimulis impelli. Unde hoc licet coniicere? Disciplina nulla conspicitur, fores patent, ingrediuntur externi, colloquuntur, garriunt et pueri monachi, qui pietatis monasticae fundamenta iam iam iacere deberent: habitus distinguit, animi libertas eadem. In uno hypocausto concurrunt, rident, iocantur. De his alias plura. Utrum alios aedificare sciant, nescio; liceat rem gestam subiicere. Nuper cum iterum atque iterum, ut mihi prior eiusdem monasterii [11] numerum indicaret communicantium, urgerem, audiens tandem concionator ibidem monachus, qui nuper venit, et successit D. Vito, superioribus diebus defuncto, me hoc petere, ut alios, superiores scilicet, de hoc redderem certiores, coram aliis monachis et fratre Societatis in eiusmodi verba prorupit: »Quid sibi vult haec interrogatio? Quorsum haec inquisitio? Ubinam perscribitur, quod numerus communicantium notari debeat? Cur alii de hoc faciendi sunt certiores? Superbia est, iactantia est. Scribere talia volunt, ut rem magnam praestitisse videantur. Quare episcopo nunciandus est numerus? Non est noster episcopus. Etiam alias (quod alium adiecisse puto) quidam sacerdos nos instituere, ordinem nobis praescribere in actione voluit atque praesumpsit.

342. [10] *Nicol. Koss. Vid. sup. N. 101 adn. 4.* [11] *Vincentius. Vid. sup. N. 103 adn. 3.*

Respondimus autem ei semel, ut in posterum taceret semper«. En, P. R-de, hi sunt huius civitatis pastores, qui etiam, quod laudabile est, ipsi imprudenter improbare audent. Et quod occultas hominum cogitationes cognoscere se ausumant, ne dicam, praesumant, non est monastici instituti. Reliqua, quae hinc elici possunt, R. V. iudicio relinquo. Nihilominus tamen numerum extortum, aliorum laudabile sequens exemplum, subnectam. Apud nos itaque Sacram Eucharistiam sumpserunt numero 33, apud Carmelitas 20, apud Dominicanos (ut prior viva voce retulit et scriptis mihi est testatus, licet sacerdos alter Polonus, de quo supra, tantum numerum non esse dicat) fuere 1300 et eo amplius. D. Albertus haereticos sex ecclesiae reconciliavit, inter quos est notarius publicus, cui nomen Georgius Pomin, scriba monasterii nostri, quem in meo musaeo prius serio monueram, ut catholice se sacramentis hoc anno muniret, qui alias, ut ipse fatebatur, sub utraque hallucinatus est. Confessus est et communicavit itaque, Deo dante, cum uxore catholico ritu: est is ipse senatus scriba. Prior Dominicanus vero se septem haereticos ad gremium ecclesiae reduxisse affirmat. Horum vero et illorum quinque nomina notare, quam fuisset conveniens! Verum quod hoc capitibus heteroclitis persuadeat? Monebam prius, ut nomina confitentium annotarent. Non fieri posse responderunt, tum quia laboris ingentis, tum quia suspicionis esset. Ecce, soluta est questio ab iis, qui parum sciunt solide agere cum fructu etiam aliorum.

In die Parasceves [12] quatuor horarum de S. passione concio habita fuit in nostro templo, quae nonnullis lachrymas movit adeo, ut facies abscondereut. Concio vero de Resurrectione Domini eorundem animos gaudii annunciatione demulsit. Posterioribus diebus de utraque specie — non sine gratulatione catholicorum — tractatum fuit. Nobilem puerum Prutenum, cuius parentes haeretici, ad seminarium Braunsbergense misimus. Hic puer in aula erat ducis Prussiae [13] (cuius aulae praecipui domini puero sunt sanguine iuncti), inde virgis correctus aufugit; Gedanum venit, D-no Jeschka ignotus famulatur aliquot mensibus miser, notus tandem prodidit eum esse nobilis viri filium, et duci inservivisse. Id D. Jeschka cognoscens, cum Regimontum iret, puerum secum eo animo duxit, ut parentibus, aut amicis praesentaret; ego autem cum Braunsbergae animum reficere apud R-dos Patres vellem, itineris comes fui. In via deinde puer, qui invitus Regimontum revertebatur, me alloquutur orans, ut intercederem apud D. Jeschka, ne ducat Regimontum, sed potius in disciplinam scholae Braunsbergensis tradat; placuit desiderium; monet denuo. Ego rem D. Jeschka propono, qui initio annuere non videbatur; ubi vero Braunsbergam ventum est, monuit, ut R. P. rectori negocium declararem. Invisit puerum P. rector, ad collegium adducit. Altero die inquisivi ex puero, an placeret conditio: placere respondet, subitoque exemplo adductus, a me coronam,

342. [12] *24 Martii.* [13] *Georgius Fridericus.*

quam vix antea conspexit, postulat. Bene se gerit. ecclesiae reconciliatus: non abs re esset, si Olomutium propter amicorum insidias, quas struere possent, mitteretur. Catechismus Romanus ut admonebat R. V.) Quadragesimae tempore, quo de poenitentiae sacramento tractavi, non parum profuit.

Mirabitur forsan R. V., quonam modo et quid causae fuerit, quod cum parochis (ut superius memini) familiaritatem coram contraxerim. Contigit hac ratione. Canonicus Gutestadiensis, filius civis Gedanensis. patriam visitatum venit ob quandam domum, haereditate paterna relictam. Incidit in morbum; ne inter haereticos cum periculo esset, in monasterio nostro recipi petit certis conditionibus. Recipitur, me repugnante ac nesciente (cur autem repugnarim, causae iustae sunt, quas etiam R. D. Cultius novit). Confici is curat instrumentum, quo suam domum paternam monasterio relinquit ea conditione, ut si vellet, sustentaretur ut alius in conventu. Confecto hoc instrumento et ipso de rebus omnibus testamento, moritur 17 Ianuarii. Testamentum ab episcopo Varmiensi confirmari debebat. Quare ego, qui testamentarius nominabar, cum altero Heilsbergam sum missus ut Gutestadiam, tractaturus negocium et requisiturus omnia bona defuncti. Confirmatum est testamentum (ut vocant), et quae creditores et fures reliquerant, veximus nobiscum. Quid autem et quomodo actum sit, longum esset enarrare, nec scriptionis finis. In hoc itaque itinere parochorum et canonicorum amicus factus sum, eorum hospitalitatem experiens. Porro cum R. V. brevi sit reditura, ego nolui propositiones et literas, ad monachum Dominicanum scriptas, periculo exponere. R-di P. Berlamini *(s)* [14] controversiae omnino sunt necessariae libris depetuto *(s)*. Hunc. R. P. Achillem Paiz discipuli nomine salvere iubebit. Libros Ingolstadio, sive Augusta mittendos, qui in concionibus catholicorum non comparentibus sunt necessarii, nondum vidi.

Monasterium tandem monialium nisi occludatur et ratio easdem instituendi in usum convertatur, nihil prorsus efficietur. Quid faciam solus? Quo me vertam? Quis, si acerbius egero, parebit? Si occludam vi, qua ratione violentiae resistam? Docete, et morem geram. Scribo scripsique R-mo ep-po [15] fusissime; nondum respondit, curis aliis, archiepiscopatum concernentibus, distractus. Tantum tibi sinas imponi, quantum portare vales, hac autem mora interveniente res ipsa difficulter exitum sortietur: res sane tanti momenti non patiuntur tam longas moras. Forsitan D. officialis [16], qui in singulos dies expectatur, factus sacerdos, curabit. Is est, qui rediit, quem non rediturum R. V. sperabat. Ecce, qui praeficiuntur huic civitati! Forte venit institutus spiritualibus exercitiis, utinam! Floran-

342. [14] *Rob. Bellarminus S. I., postea Cardinalis, celeberrimus* Disputationum de controversiis *etc. scriptor, qui ab Ev. Mercuriano Lovanio evocatus, in collegio Romano docebat.*

[15] *Stanislaus Karnkowski, ep-pus Vladislaviensis et Pomeraniae.*

[16] *Vid. sup. N. 101 adn. 1.*

dum est. O pie Deus, mitte tandem operarios idoneos in messem tuam, in vineam tuam, quam demoliuntur apri et ferae pessimae. Iuvet ac curet, per Christi pretiosum sanguinem, ut si episcopi negligunt, Pontifex Maximus vigilet; nisi enim clerus reformetur, actum est. Finio, finem non videns.

Sororio D. Jeschka libellum imaginum cum scriptis articulis obtuli [17], quem cum gratiarum actione, humaniter me ad se invitans, accepit: commoda caduca, quot a veritate avocant. Mitto R. V. discordiam ac inconstantiam nostrorum haereticorum, quae ad populi caeci oculos aperiendos sufficerent. Filii huius saeculi caute negotium gravissimum certe texerunt; nihilominus alter animo est Calvini sectator, quod etiam collega commonstrare se posse affirmat. Interim iacet miserrimus populus, profundo somno sopitus: excitet Deus. Salvere iubebit R. P. rectorem collegii Germanici [18] et suos. Deus R-tiam V. divina protectione tueatur. Gedani in monasterio S. Brigitae — Nicolaus Mylonius, collegii Germanici alumnus.

343. *Stephanus Rex Gregorio S. P. XIII.* *Grodnae 20 Aprilis 1581.*

Ut ep-pus Cuiaviensis, archiep-pus Gnesnensis a se nominatus, confirmetur et ad ecclesiam Gnesnensem transferatur, rogat.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 132 *cop. e cancell. regia.*

S-me ac B-me in Christo Pater — Post humilia oscula pedum — Cum nuper in Domino R-mus in Christo Pater, D-nus Iacobus Uchański, archiep-pus Gnesnensis et Regni mei primas, vita functus esset, officii mei esse existimavi, ut diligenter prospicerem, ne haec in Regno meo praecipua metropolis ea temporis malignitate diutius pastore suo careret: nominavi in locum proxime defuncti, pro more et consuetudine hactenus a Ser-mis praedecessoribus meis ac legibus iam pridem in Regno meo observatis, R-dum in Christo Patrem Stanislaum Carncovium, ep-pum Wladislaviensem modernum [1], virum, et pietate in Deum et morum atque vitae sanctitate ac eruditione singulari praeditum, qui cum fidei catholicae propagator studiosissimus legumque divinarum ac disciplinae ecclesiasticae observantissimus semper fuerit, tum in dirigendis, etiam periculosissimis Regni mei temporibus, consiliis reipublicae tam prudentem navaverit operam, ut, quem in iis omnibus illi anteferre eaque dignitate in Regno meo ornare possimus, habeamus neminem. Quam ob rem supplico S. V., ut hanc nominationem meam ratam ac gratam habere illamque auctoritate sua confirmare velit, ita ut absoluto primum illo ab eo

342. [17] *In marg. adscr.:* Transtuli ex Germanico idiomate in Latinum.

[18] *Michael Lauretanus, qui ab a. 1573 ad 1587 collegium dirigebat. Vid. Steinhuber, Gesch. des Colleg. Germ. passim.*

343. [1] *Litterae nominationis d. d. Grodnae 22 Aprilis Kojałowicz, o. c. p. 196).*

vinculo, quo ecclesiae Wladislaviensi copulatus fuerat, eum deinde ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem transferat, et archiep-pum Gnesnensem declaret et esse iubeat, qua in re ut nulla interponatur mora, etiam atque etiam rogo: id enim cum ipsius ecclesiae Dei utilitate, tum cum Regni mei tranquillitate, praesertim eo tempore, dum expeditionem contra hostem nostrum paramus, coniunctum esse: negotium hoc primo quoque tempore expediri S. V. sibi certo persuadeat. quod S. V. sua erga nos pro paterna benevolentia libenter esse facturam certo mihi polliceor. S. V. diu optime valere cupio eiusque paterno amori me et Regnum meum diligenter commendo. Datum Grodnae die 20 Aprilis 1581. Eiusdem S-tis V. obsequentissimus filius Stephanus Rex manu propria (locus sigilli). Ioannes Tharnowski referendarius [2]

344. *Stephanus Rex Caligario.* *Grodnae 21 Aprilis 1581.*

De morte archiep-pi Gnesnensis occultata; de negotio Suleioviensi; de capitibus a Iesuita quodam Reginae Angliae propositis; de commercio litterarum; exempla epistolae M. Ducis Moscoviae ad se et suae ad eundem adiungi; de nominatione ep-pi Cuiaviensis ad archiep-patum Gnesnensem.

Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 54 sq. *orig. P. S. manu propria Regis.* — Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 101 *cop.*

De morte R-mi olim archiep-pi Gnesnensis cum posteriores Sinc-tis V-rae, tum R-mi ep-pi Cuiaviensis litterae omnem nobis ademerunt dubitationem: quod autem non nisi quinta die mors illius sit patefacta, id in causa, quod et Sinc-tas V-ra scribit [1], fuisse existimamus. Quod autem ad negotium Suleioviense pertinet, certo sibi persuadeat id nobis ita cordi esse, ut a proposito nostro neque compositionibus, neque ullis aliis rationibus nos dimoveri patiemur; quidve in eo agere constituerimus, ex homine nostro, quem ad Sinc-tem V-ram eo in negotio mittimus, brevi cognoscet [2]. Quoniam autem R-mum Cuiaviensem excursurum Varsaviam nobis scribit, eas cum eo ineat rationes, ut non modo intrusum istum monachum non confirmet, sed potius novame lectionem indicat, qua, auctoritate

343. [2] *Praepositus Vladislaviensis, canonicus Cracoviensis, referendarius Regni. Praeterea Rex d. d. Grodnae 21 Aprilis Card. Comensi scripsit:* ut dexteritate sua id perficiat, quo S. S-tas hanc nostram nominationem ratam habere et auctoritate sua citra ullam procrastinationem confirmare velit (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 100 *orig., ed. Theiner, Ann. Eccl. III p. 280, cum d. 25 Apr.*).

344. [1] *Vid. sup. N. 339.*

[2] *Epistolam Regis d. d. Grodnae 21 Aprilis, negotium Suleioviense Stanislao Karnkowski, archiep-po nominato Gnesnensi, ferventissime commendantem, unacum litteris nominationis d. d. 22 Aprilis Franciscus Wesseleni portavit, qui sup. N. 344 Caligario praesentavit (vid. P. S.). Cum archiep-po nominato de negotio Suleioviensi praeterea viva voce acturus erat.*

illius interpositá, et intrusus iste deiiciatur, et Ven-lis praepositus Premisliensis [3] eligatur, qua in re nos quoque R-mo Cuiaviensi diligenter scripsimus. Capita fratris illius Societatis Iesu, Reginae Angliae proposita, a Sinc-te V-ra nobis missa, ob summam illius pietatem et in propaganda fide catholica fervorem legimus libentissime, illaque in Polonam linguam versa Evangelicis nostris transmittemus, ut animadvertant nos pro summo fervore catholicam fidem nostram et tueri et propagare [4]. Cubiculariis nostris dedimus in mandatis, ut, quoties Ser-mam D. coniugem nostram adeunt, extemplo Sinc-ti V. litteras nostras reddant ac tandem ab eadem responsum petant [5]. Internuntius Moschi quid nobis attulerit, quidve illi responderimus, ex exemplari praesentibus adiuncto Sinc-tas V-ra cognoscet [6]. Cupimus etiam, ut intellecta Romana Moschi legatione, nos de eadem primo quoque tempore faciat certiorem. Mittimus R-mo Cuiaviensi novam ad archiep-patum Gnesnensem nominationem [7], postulamus autem a Sinc-te V-ra, ut, quantum in illa est positum, apud Suam S-tem efficiat, quo negotium illius Romae primo quoque tempore expediatur. Sinc-tem V-ram benevalere cupimus —

P. S. Cetera referet D-ni V-rae praesentium exhibitor, Franciscus Visseleni, cubicularius noster.

345. *Cardinalis Comensis Caligario.* *Romae 22 Aprilis 1581.*

Respondet ad N. 312, 313, 319 et 321; de litteris passus Possevino concedendis eiusque discessu; quid cum generali S. I. egerit; de dubiis palatini Podoliae; de facultate quadam a cancellario petita; de dispensationibus quibusdam; de regente conventus Franciscanorum Cracoviae; de Iesuitis in Anglia carceratis; de praeposito Miechoviensi; Bolognettum de concilio provinciali instruendum esse. P. S.: de comitiis generalibus.

344. [3] *Georgius Fabius.*

[4] Decem rationes, quibus fretus certamen Anglicanae ecclesiae ministris attulit in causa fidei Edmundus Campianus (*Campion*). *Vid. Ios. Gillow, Bibliographical Dictionary of the english Catholics, Vol. I p. 388 et C. Sommervogel o. c. II p. 589. Versio Polon. Petri Skarga inscr.:* Dziesięć mocnych dowodów, że adwersarze kościoła powszechnego w porządnej o wierze dysputacyi upaść muszą, Edm. Kampiana S. I., *ed. 1583 et Vilnae 1584. Campion ipse cum sociis m. Iulio 1581 incarceratus, d. 1 Decembris e. a. ultimo supplicio affectus est.*

[5] *Cf. sup. N. 339.*

[6] *Epistola M. Ducis Moscoviae d. d. Moscuae 15 Martii 7089 et responsum Regis d. d. Grodnae 21 Aprilis* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 104 sq. *a tergo inscr.:* Propositio internuntii novissimi M. Ducis Moscorum et Responsum Ser-mi Regis Poloniae. Raptim ista conversa fuerunt de Polonico sermone in Latinum, nec relecta propter temporis angustias. *Epist. M. Ducis, ed. Russ. in Kniga posol. Metrik lit. II. N. 62, cum d. 5 Martii; Polon.: Kojalowicz, o. c. p. 200 sq.* Responsum Regis ed. Polon. Kojalowicz, o. c. p. 202 sq.). *Internuntius, Gregorius Kabardjew.*

[7] *Vid. sup. adn. 2.*

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 15 f. 129 sq. *min.* — Bibl. Vat. Ottob. Lat. Ms. 2417 I f. 129v *et* Barb. Lat. Ms. 5743 f. 34v *fragm. cop. reg.*

Ho ricevuto due mani di lettere di V. S. — per le quali avvisa di due audienze havute dal Re: una con poca satisfattione, et l'altra con molta. Con gran piacere N. S-re ha inteso quello che V. S. scrive ne le ultime che, se il Mosco vorrà trattar la pace per mezo di S. S-tà, il Re mostrerà quanto conto faccia dell'authorità di S. B-ne, et non si renderà difficile a comprendervi il Re di Suetia[1], perchè questo è a punto quello che si desidera et cerca; et da questo S. S-tà viene quasi certificata che V. S. haverà ritratto buonissima risolutione da S. M-tà circa quello, che più volte si le è scritto del passo in Moscovia per il P. Possevino et per l'oratore del Mosco, et che con la gratia di Dio si sarà dato buon principio a questa santa negotiatione: et però ne stiamo con desiderio aspettando risposta.

Il Possevino et l'orator prefato devono già esser molto inanzi nel viaggio, essendo partiti di qua, come scrissi, il lunedì di Pasqua.

Ho fatto parlare al P. generale de' Giesuiti circa il desiderio del vescovo di Cuiavia d'haver' appresso di sè il P. Basilio Cerrino[2], ma per quanto vedo, la cosa non haverà effetto, havendo lor bisogno di qua del P. Basilio. Ho parimente ricordato il mandar'un provinciale forestiero, et in questo saremo al certo consolati. —

Circa il dubio del palatino di Podolia[3], S. S-tà dice che si contenta che possa trattar, quando occorre, li negotii matrimoniali, con questo però che avvertisca che l'heretico o heretica non sia più potente del catholico o catholica, con chi s'ha da congiungere, perchè porta pericolo di tirar il più debole in sua sentenza, et così diventar tutti heretici.

Al G. cancelliero S. S-tà si contenta di dar la licenza che desidera, per far dir la messa ne i luoghi ove si troverà, stando fuori a la guerra, ma credo che saria stato bisogno di farne spedir' un breve[4].

Mi sono maravigliato che V. S. habbi mandato quel memoriale so-

---

345. [1] *Vid. sup. N. 321.* [2] *Vid. sup. N. 313.* [3] *Vid. sup. N. 321 adn 2.*

[4] *Minuta indulti huius simulque commentarius ad breve conficiendum:* Per il G. cancelliero di Polonia un breve di far dir messa in castris, etiam in tentoriis et aliis locis etc. — Volentes spirituali tuae consolationi paterne providere, supplicationibus pro parte tua nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi ut in castris ac etiam in tentoriis et aliis locis, ubi non adsint ecclesiae, ad quae te declinare contigerit, missam super altare portatile, in loco tamen honesto et decenter aptato, et a ventis et tempestatibus tuto, quibuscumque diebus per aliquem sacerdotem idoneum, saecularem vel regularem, celebrari facere, tuque cum aliis, qui adfuerint, illam audire libere et licite valeas, auctoritate Ap., tenore praesentium licentiam et facultatem concedimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Ap. ceterisque contrariis quibuscumque. Datum *etc.* d. 22 Aprilis 1581 a. 9. Cardinalis Comensis. Caesar Glorierus (Arch. Vat. Arm. 42 Vol. 45 N. 23 f. 30 *min., inscr. a tergo:* 22 Aprilis 1581 a. 9°. Pro Magno cancellario Poloniae. Indultum celebrari faciendi missam in castris).

pra la pluralità, sapendo che lei hebbe larga facoltà in questa materia Con tutto ciò si considererà il caso, et si vederà quel che possa concedersi

De la dispensa per l'auditore di V. S. [5], non è parso a S. S-tà che si faccia altro per adesso, già che dovendo ritornare, se li darà quando sarà qui.

Mons. Ill-mo Guastavillano darà l'ordine che bisogna, perchè sia mandato costà con titolo di reggente di Cracovia, et senza pagamento alcuno, quel frate Aurelio Novarino da Cremona, del quale V. S. ha scritto [6].

L'officio che ha fatto V. S. con S. M-tà, perchè interceda per la liberatione de' Giesuiti in Inghilterra [7], è piacciuto a N. S-re: così Dio faccia che habbi buon successo.

Il vescovo di Plosca amb-re non ha parlato del preposito di Miechovia, per non havere anco havuto la commissione, talchè io spero che V. S. ritornerà a tempo d'impugnarlo qui, come ha fatto costì, et esser in ciò simile al suo compatriota Paschale II [8].

Si è inteso il buon fine de li comitii, con satisfattione di S. M-tà, et senza danno de la religione et degli ecclesiastici.

Mons. Bolognetti partì hieri di Roma, et dopo che si sarà fermato cinque o sei giorni in Bologna, verrà di longo. Sarà necessario che V. S. l'instruisca bene de le occorrenze che passano, massime, circa il tentativo del concilio provinciale per l'altro dissegno, poichè a lui toccherà, come si può dubitare, di grattar questa rogna.

346. *Caligarius Stephano Regi.* *Varsoviae 22 Aprilis 1581.*

De Moscovitis repulsis; de abbatia Sulejoviensi; de bonis archiep-patus Gnesnensis; litteras Romanas desiderari.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 365v *cop. reg. ex parte cifra, quae deest.*

Ipsa die 20 Aprilis S. R. M-tis V. litteras 15 eiusdem mensis Grodna datas [1] accepi, quae eo mihi voluptatis cumulum attulere maiorem, quo et

345. [5] *Vid. sup. N. 319.* [6] *Vid. sup. N. 319.* [7] *Vid. sup. N. 321.*
[8] *Vid. sup. N. 313.*

346. [1] *Rex d. d. Grodnae 15 Aprilis Caligario scripsit:* Hodie accepimus Moschos Dobrownam, arcem castellani Minscensis *Ioh. Chlebowicz* haereditariam, omnium versus Smolenscum finitimam ac in vastitatibus positam, exemplum nostrorum sequutos, excursione tentavise, ubi licet nostri nulli fuerint milites, tamen vel ab ipsis castellani Minscensis presidiariis ita eorum impetus est exceptus, ut in expugnanda arce atque oppido arci proximo, nihil plane efficere valuerint, atque ita villis adiacentibus depraedatis retrocesserunt. Haec autem 3 Aprilis gesta sunt, cum iam Gomecz (internuntius eius *Gregorius Kabardjew*) Orsam transivisset. quid igitur afferat nobis iste legatus cuius vestigia nubes sequuntur, ex illius adventu, qui iam iam futurus est, liquebit. Sine tem

de valetudine M-tis V., quae volebamus, ex illis cognovi, et litterae ipsae non modo bene longae, verum suavissime scriptae erant.

Quod Moschici milites, qui ad Smolenscum stativa habent, ab oppugnatione Dobrownae fortiter repugnantibus iis, qui in praesidio erant, irrito conatu discesserint, est profecto, quod laetemur: sive quod arx illa, qualiscumque sit, castellano Minscensi nominique regio parvo negotio conservata sit, sive quod Moschus miles tantum et tam egregium insitae virtutis specimen erectis ad id spectaculum fere omnium oculis praebuerit, sive etiam, quod impressiones ac populationes eiusmodi legationibus de pace missis minime congruant [2] — —

Unum atque alterum iam tabellarium ad S. R. M-tem V. a R-mo D-no ep-po Cuiaviensi cum litteris de morte archiep-pi Gnesnensis deque nova nominatione certum est venisse: magnarum itaque rerum nos hic expectatione pendemus. Cum apud nos ille ipse R-mus D-nus ep-pus Cuiaviensis 15 Aprilis esset, egi cum illo diligentissime de negotio Suleioviensi; recepit primo sine ulla dubitatione et retractatione sedulo se daturum operam, quemadmodum M-ti V. mos omnino a monachis illis gereretur; post paulo vero cum ea de re rursus colloqueremur, nescio quo pacto, paullum immutatum reperi, quod cum intelligerem, ita rem de integro [3] — — ut sperem in officio permansurum. Ceterum adeo magnus factus est concursus eorum, qui iam nunc ab illo vicos ac pagos archiep-patus sub specie quadam assimulatae locationis auferre contenderent, ut pudendum sit tantam inesse hominibus, non optime de ecclesia meritis, vel audaciam vel importunitatem. Ne quid autem R-ma D-tio S. in quem hominum non modo concederet, sed ne promitteret quidem, et praesens acriter obstiti, et per litteras, si opus fuerit, obsistam, praesertim vero, cum archiep-patus iste non secus misere a certis hominibus fuerit ereptus ac devastatus, atque si Tartarorum et Turcarum incursionibus plane fuisset expositus.

De legatione Romana Moschi ne littera quidem adhuc ad me ab Urbe prolata est; torqueor tamen illius expectatione cumque primum aliquid persensero, ad M-tem V. protinus deferam [4] — — item M-tem V-ram firma et robusta valetudine uti.

V-ram bene valere cupimus — *Sequitur alia manu:* Item paulo supra: Moschi consilia quoniam semper suspecta habuerimus, non intermittimus, quin ea, quae ad continuandum bellum hoc pertinere existimanus, maximo conatu et diligentia praeparentur. Non diffidimus autem, quandoquidem nunc se se ita demisse gerat, aequas condiciones pacis nobis oblaturum esse — (Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 110 *cop. inscr.:* Caput litterarum Ser-mi Regis Poloniae. *Prima pars a* Hodie *ad* liquebit, *paullulum abbreviata inscr.:* Cedula manu Regis scripta, *cum litteris Regis ad S. marsalcum R. d. d. Grodnae 16 April. ed. a. Kojałowicz, o. c. p. 205; integr. ed. Szmurło, o. c. p. 134 sq.).

346. [2] *Duo versus punctorum* [3] *Duo puncta.*

[4] *Duo versus punctorum.*

347. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 25 Aprilis 1581.*

Iubilaeum quoddam pro Regno Poloniae a se proponi; epistolae regiae caput adiungi; de ep-po Cuiaviensi; de conversionibus effectis; de ep-po Vilnensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 108 sq. *orig., inser.:* 1ª.

Hora, se si verrà al trattato di pace tra questa corona et il Moscovita, serà (se non m'inganno) tempo opportuno da mandare un giubileo plenario speciale per questo Regno, acciò che ognuno preghi Dio per la futura pace, et di più, anco per la estirpatione delle heresie, redduttione delli scismatici, unione et concordia di tutti li principi christiani, et essaltatione di S. chiesa; et serebbe tanto più caro, quanto che ambi questi populi, stanchi dall'incommodi della guerra, tutti bramano la pace, et l'animo del Re non è alieno, et molto manco il Moscovita: così in un colpo satisfaressimo al Re, al Regno, al Moscovita, et al debito della paterna sollecitudine che tiene N. S-re di tutto il christianesmo. Con tutto questo, io mi rimetto al sapientissimo giudicio di S. B-ne. L'ultime lettere che ho da S. M-tà, sono de 15 del presente date in Grodna, ove tra l'altre cose mi advisa di un tentativo fatto ultimamente da Moscoviti, poco honorato per loro: mando il capitolo istesso della lettera [1]. Hora S. M-tà serà in Vilna et sollecitarà, quanto più potrà, le provisioni della guerra, conoscendo molto bene le arti Moscovitiche. S. M-tà fino alli 15 di questo non havea altre lettere, che le mie, della morte dell'arcivescovo di Gnesna, et non la potea interamente credere. Hora si è saputo che è stata certificata appieno dal camornich del vescovo di Cuiavia, al quale tuttavia non ha dato per ancora la nova nominatione, ma sì bene intentione di mandarla presto per un suo cameriero favorito [2]. Il mio auditore è ritornato da Lovitio, dove ha fatto il processo consistoriale, con ordine prepostero bene, ma non si potea acquietare il vescovo di Cuiavia per altra via; serà più antica la data de testimonii, che della nova nominatione. Il medesimo vescovo si è fatto anco exigere dal capitolo di Gnesna [3]; non so quanto questo piacerà a S. M-tà. Io ho deputato dui canonici: l'uno economo, l'altro vicario, sede vacante. Il P. Tachetta provinciale di San Francesco andò in Russia col G. cancelliero; hora ritornando in Cracovia, mi scrive haver fatto col P. Giovanni Herbesto gran frutto spirituale ne giorni santi passati, et che

347. [1] *Vid. sup. N. 346 adn. 1.* [2] *Vid. sup. N. 344 adn. 2.*

[3] *Petrus Gawłowski, praepositus Volboriensis et Iunivladislaviensis, cum litteris nominationis d. d. Varsoviae 15 Martii (vid. sup. N. 326 adn. 1) a Stanislao Karnkowski missus, iam d. 14 Aprilis a capitulo Gnesnensi postularit, ut ep-pus Cuiaviensis in archiep-pum eligeretur, quod etiam d. 17 Aprilis unanimi electione factum est (Korytkowski, Arcybiskupi gniezn. III p. 421). Observandum est ep-pum Cuiaviensem in colloquio cum nuntio Ap. d. 17 aut 18 Aprilis habito (N. 341) rem eam, quae ab eo iam diu praeparata erat, silentio praetermisisse.*

fra gli altri hanno convertito alla fede cattolica 10 persone: sei scismatici et quattro heretici. Il P. Benedetto Herbesto ha convertito quattro altri, et netta la famiglia del palatino di Podolia quanto alle donne [4]. Il vescovo di Vilna mi scrive che serà questa Pentecoste in Vilna, et dimanda aiuto; io gli ho mandato alcune scritture, per instruirlo nel modo di visitare la diocesi et congregare la sinodo diocesana [5], et di man' in mano l'aiutarò in tutto quello che potrò — —

348. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 27 Aprilis 1581.*

Respondet ad epistolas N. 318 et N. 329. a quodam apertas; de itinere suo Vilnam statim suscipiendo: de litteris suis ad Regem et Possevinum. Decifr.: de Imperatoris et Regis mutuis machinationibus.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 111 sq. *orig. inscr.:* 2ª; f. 115 sq. *decifr.* — *Ex parte ed. Szmurło, o. c. p. 137.*

Alli 26 di questo nel fare della notte, per un corriero del preposito di Vratislavia [1], hebbi dui pachetti di lettere di V. S. Ill-ma: l'un et l'altro aperto, con la coperta però integra del nuntio dell'Imp-re. Se vi fusse stato cosa che in un certo modo non si potesse leggere in piazza, mi harebbe dato fastidio; hora me la passo, e prego Dio che a queste mie non intervenga il medesimo. Con le lettere di V. S. Ill-ma non erano se

347. [4] *Vid. sup. N. 284 adn. 2.*

[5] *Vid. sup. N. 285 adn. 3. Georgius Radziwill, antequam ex Italia discessit, Card. Borromaeo d. d. Patavii 7 Ianuarii haec scripsit:* Dovend'io andare al mio vescovato di Vilna, dove desidero far qualche frutto che conviene a buon pastore, ho pensato di ricorrere in questo mio bisogno alla pietà di V. S. Ill-ma, la quale insegna ogidì a tutti i vescovi di christianità il vero modo di reggere le lor chiese. La supplico per tanto si degni mandarmi le constitutioni o gli atti della chiesa sua di Milano, perchè dalla lettione di quelle io possa imparare il vero governo ecclesiastico a servitio di Dio et di S. chiesa. Il che io riceverò per singolarissimo favore da V. S. Ill-ma, la quale sì come io osservo et inchino, così piaccia a Dio che, almeno in qualche parte, possa imitarla. Et senza altro dirli, la supplico di nuovo di favorirmi d'indrizzare i sudetti libri in Vinetia, in mano di Mons. nuntio, il quale si contenterà di farmeli capitare, et a quella bascio humilissimamente le mani (Mediolani, Bibl. Ambros. F. 88 Inf. L. 258 f. 527 *orig.). Nuntius autem Bolognettus d. d. Venetiis 19 Ianuarii 1581 Cardinali Comensi haec significavit:* Mons. vescovo di Vilna si parti hier sera per andarsene alla sua chiesa, dove fa conto di arrivare fra dui mesi. Si è partito con una malissima ciera, et gravato ancora dalla febre quartana, ma spera che l'essercitio del viaggio, et l'andare verso l'aere natio sia per risanarlo (Nunz. Ven. Vol. 22 f. 13 *or). Ephemerides vero d. d. Venetiis 21 Ianuarii nuntiaverunt:* Partì l'altra mattina l'eletto di Vilna per Pollonia, il qual s'è trattenuto in questa città alcuni mesi, con speranza, come dicono molti, d'essere creato Cardinale, havendo fatto apparecchiare gl'habiti rossi a quest effetto (Bibl. Vat. Urb. Lat. Ms. 1049 f. 22).

348. [1] *Andreas Ierinus.*

non lettere dell'Orselli di Roma, et non posso credere che anco il P. Possevino non havesse scritto alcun verso. Le lettere di V. S. Ill-ma erano: una di 2 [2], et due di 4, originale et dupplicato, et una di 25, tutte di marzo. Quanto al capo principale et negotiato de goniecz Moscovita, che così si chiamano gl'internuntii di quel principe, il Re ha dato in brocca, et per ciò non si è mai ritardato un pelo di fare le provisioni necessarie della guerra. Io, per obedire il comandamento di S. S-tà et fare anco cosa grata al Re, che per sua gratia ragiona et discorre meco volentieri et con gusto di questi affari, fra dui giorni mi porrò in camino, per andare a trovare S. M-tà in Vilna, là dove spero potere arrivare uno o dui giorni avanti la Pentecoste [3], ma fra tanto, perchè S. M-tà habbia il primo avviso da noi, spedirò subbito un comornich, et li scriverò brevemente la sustanza del negotiato, rimettendomi ad essere poi più lungo abbocca. Et spero che, come la M-tà S. piglierà tutti li santi pensieri di N. S-re in buona parte, così non negarà il passaporto per il goniecz et per il P. Possevino, et loro famigliari; fratanto io scrivo in Vratislavia, al P. Possevino, che voglia aspettare la mia risposta, la quale darò subbito, gionto in Vilna et havuto audienza dal Re. Esso trovarà le mie lettere in mano del preposito di Vratislavia, del che faccio anco avvisato Mons. Malespina in Praga, al quale raccomando tutto questo mio presente dispaccio: da Vilna scriverò parimente a V. S. Ill-ma, più a lungo di tutto il ritratto che haverò fatto. L'altra lettera di V. S. Ill-ma, sendo in risposta delle mie, non ricercano *(s)* che si dica altro, ma che si faccia per la parte mia tutto quello che piace et comanda S. S-tà. — Con trenta righe di cifra.

Decifr. Per quello ch'io so da buona parte, l'Imp-re ha tanto gran paura del Re di Polonia, che dubita sempre che non gli salti addosso. Per questo rispetto con grand' artificio nutrisce quanto più può la guerra tra il Moscovito et S. M-tà, acciochè impedito con quello, lasci lui libero: da questo nasce l'apertura de li miei pieghi, et da questo la poca contentezza che fu sentita del collegio di Colosvar. Il Re nondimeno, per quanto ha potuto vedere per molte mie lettere, è tanto animato alla guerra contra il Gran Turco, che non ha bisogno di sproni, ma per esser savio, non si porrà in pericolo senza certezza della lega, alla quale obsta molto, per quello s'intende, la tregua fatta dal Re catholico per tre anni [4]. Io non gli proporrò la cosa di Valachia, perchè sospettarebbe subito che fusse arte dell'Imp-re, per implicarlo solo con inimico tanto potente, si come era arte del Turco persuadere a S. M-tà che pigliasse l'Ungheria dell' Imp-re, per debilitar l'uno et l'altro, et poi occuparla tutta per sè, et cacciarne ambidui. Il Re è di natura schietto et sincero, et ha piacere che si

348. [2] *Desideratur.* [3] *D. 14 Maii.*
[4] *Vid sup. N. 183 adn 1. Indutiae inter Regem Hispaniarum et Turcas, a. 1580 ad unum tantum annum conclusae, 4 Februarii 1581 ad triennium, i. e. ad finem a. 1583 prorogatae sunt. Vid. inf. N. 349 adn. 5.*

proceda realmente seco et non con artificio, et sa così bene il fatto suo, quanto niun'altro principe; però non bisogna dargli causa di sospettare, maxime, intendendo S. M-tà che in Roma sono li protettori dell'Imperio, che per l'ordinario o intravengano, o risanno facilmente tutti questi negotii. Se l'Imperatore risanerà, saremo fuori di grande intrigo, benchè il male dura tanto, che si può dire che per una lunga via si trovino di mali passi.

349. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 27 Aprilis 1581.*

De ep-po Cuiaviensi, archiep-po Gnesnensi nominato; plura scripta de diversis negotiis adiungi; de ep-po Cuiaviensi nominando: de ep-patu Premisliensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 113 sq. *orig., inscr.:* 3ª.

Scritta la prima lettera di hoggi, è sopragionto un cameriere del Re con la nova nominatione all'arcivescovato di Gnesna per il vescovo di Cuiavia, et S. M-tà scrive anco a me, et raccomanda questa speditione appresso S. B-ne, sì come V. S. Ill-ma vedrà dalla coppia della lettera di S. M-tà che viene inclusa [1]. Appresso, S. M-tà mi manda la proposta fattale da questo ultimo goniecz del Moscovita: et la risposta fatta era in polacco; io l'ho fatta translatare in latino, et la mando a V. S. Ill-ma [2]. Onde vederà che, se bene il Mosco va tergiversando, brama però molto la pace, il negotio della quale bisogna raccomandare molto a Dio. Poi che alli dì passati il Re mi fece gratia d'intercedere presso la Regina d'Inghilterra per li Giesuiti captivi in quella isola, io a questi dì mandai una scrittura d'uno di loro a S. M-tà, la quale gli è piaciuta tanto, che subbito la fece voltare in polacco et dare al Signor di Vilna, gran fautore di heretici in Lituania. La scrittura serà qui alligata [3], et da questo atto consideri V. S. Ill-ma la pietà del Re, del quale mi scrive anco Mons. vicecancelliero, come V. S. Ill-ma vedrà [4]. S. M-tà mi ha mandato la coppia della tregua, fatta

349. [1] *Vid. sup. N. 344.* [2] *Vid. sup. N. 344 adn. 6.*

[3] *Desideratur. Vid. sup. N. 344 adn. 6 et in hoc N. 349 adn. 4, sequentem. Eustachius Wołłowicz, castellanus Vilnensis.*

[4] *Iohannes Borukowski d. d. Grodnae 21 Aprilis Caligario scripsit:* — — Internuntius Moschi (*Greg. Kabardjew*) 18 eius mensis die ad S. R. M-tem huc venit; altero die Regem convenire iussus, hodie porro expeditus est: nihil aliud, praeter litteras a principe suo attulit, nihil quoque aliud, quam R. M-tis litteras ad eundem accepit, quarum simulque et illius exemplum R. P. V. mitto (*in marg. manu vicecancellarii:* in litteris S. R. M-tis, *vid. sup. N. 344*), unde et quid ille voluerit, et quid denique concessum illi fuerit, facile cognoscet. Litteras nominationis Wladislaviensis ep-pi in archiep-pum Gnesnensem R. M-tas D-no Vladislaviensi mittit simulque postulat, ut hoc ipsum negotium gratia sua R. P. V-ra prosequi velit. Porro ego eidem condignas habeo gratias, quod et dignitatem et facultates meas, pro suo egregio in me studio augeri et amplificari cupiat, quam ego rem divinae et R. M-tis voluntati atque gratiae committo.

dal Re catholico col Turco per tre anni, con li nominati da ogni banda: serà qui alligata coppia d'ogni cosa[5], se ben credo V. S. Ill-ma haverla havuta prima d'altra banda. Il negotio della abbatia di Suliovia quanto sia a core al Re, V. S. Ill-ma lo vedrà da quello che S. M-tà mi scrive[6]; spero che'l vescovo di Cuiavia, già nominato, farà tutto da sè, senza dare a noi questa molestia. Del P. Possevino non sento nova niuna, nè tampoco dell'amb-re del Moscovita che è seco. Al vescovato di Cuiavia si nominarà o il vicecancelliero o il conte Hieronimo Rodrazevio, secretario maggiore. Haverei havuto piacere di sapere quello che N. S-re havea risoluto col vescovo di Plozca del vescovato di Premislia —

350. *Caligarius Stephano Regi.* *Varsoviae 29 Aprilis 1581.*

Quid legatus Moscoviticus Romae egerit; summam epistolae M. Ducis ad Pontificem M. referri; de Possevino misso deque litteris passus pro eo et legato Moscovitico; cum cubiculario regio, ad se venturo, in itinere se congressurum esse.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1A f. 366v sq. *cop. reg.* — *Ex parte ed. Turgeniew, o. c., N. 213, p. 305 sq. ex* Nunz. Polon. Vol. 18 f. 133—136 *cop., quae nunc in codice deest*[1].

Si Deus et fortuna aliquid attulerit, daturus sum pro meo virili operam, ut illud in laudem et honorem Dei, et ecclesiae ipsius utilitatem ac obsequium principis et Reipublicae nostrae convertatur. M-tas R. diligentissime et summa cum delectatione legit confessionem, sive scripta illa boni Iesuitae illius Anglicani et miratur summam constantiam, doctrinam, religionem atque pietatem ipsius; iussitque statim illa in Polonicum sermonem vertere et D. Vilnensi *(E. Wołłowicz)* aliisque haereticis dare. Sit laus et gloria Deo omnipotenti, quod adhuc habeat tam constantes et fideles suos servos, qui pro nomine illius et utilitate ecclesiae suae S. vel vitam ipsam profundere non dubitant (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 103 *orig.*).

349. [5] a) Tregua triennale fatta tra il Gran Turco et Re catolico (*d. d. Constantinopoli 4 Februarii 1581. cop. subscr.*): Io Hurrem (s) Draghamano dico che la soprascritta scrittura e la copia a punto della scrittura, che il S-r Hiovanni (s) Margliani (*legatus Hispanicus*) ha data al S-r Siavus Passa Vezir; b) Li nominati dall'amb-re catolico, che sono compresi nella capitulatione della tregua col Turco per tre anni (*Pontifex M., Imperator, archiduces Ferdinandus et Carolus, Imperium, Rex Galliarum omnesque principes et respublicae Italiae*); c) Li nominati da Sinan Bassa, compresi nella capitulatione tra il Turco e'l Re catolico (*Princeps in Fez, Imperator, archiduces Ferdinandus et Carolus, Rex Galliarum, Rex Poloniae, respubl. Venetorum*). Nunz. Polon. Vol. 18 f. 117 sq.

[6] *Vid. sup. N. 344.*

350. [1] *Exemplar in „Thecis Romanis“ Academiae Cracoviensis ex Nunz. Polon. Vol. 18 a. 1887 transscriptum est. Vid. I. Korzeniowski, Catalogus actorum etc. in Analecta Romana p. XXIX. Szmurło in descriptione Vol. 18 Nunz. Polon. (Rossia i Italia II p. 132 sq.) documenti illius nullam mentionem facit, quamquam editionem a Turgeniew factam commemorat.*

Vix tandem litteras Roma accepi de Moschi legatione: spetiosa illa quidem in verbis et superioribus legationibus non absimilis, sed quae tamen non dubiam, tot cladibus acceptis perterriti animi significationem habeat. Illius summa haec fuit: Introductus Moschus in privatum Summi Pontificis cubiculum, more veteri et usitato procubuit ad eius sanctos pedes, eosque summa reverentia exosculatus est, ibique genibus nixus pauca de suo adventu per interpretem praefatus, litteras M. Ducis reddidit, quae ex Russico in Latinum sermonem conversae, id fere habebant: Magnum Ducem Moschorum amicitiam consuetudinemque Romani Pontificis atque adeo aliorum christianorum principum vehementer expetere, simulque cupere utrorumque populis aditum viamque ad negotiationes et commercia ultro citroque exercenda aperiri. Hinc ad solitam belli querelam, quod S. R. M-tas V. illi biennio ante intulit, descendit, effusumque per proeliorum aestum humanum sanguinem, ut verbis potius, quam re identidem solet, miserabiliter deplorat, rogatque atque obtestatur S. B-nem, ut pro eius paterna inter christianos principes cura atque auctoritate ita apud M-tem V. partes suas interponat, ut eam a bello hoc prorsus abstrahat· libenter se in publicum foedus ac communem omnium societatem cum aliis adversus Turcas, sempiternos christiani nominis hostes, coiturum; petitque propterea legatum Ap. huic suo internuntio adiungi, qui ad se primo quoque tempore in Moscoviam veniat. Litterae haec[2], quod de religione Graeca emendanda coniungendaque cum Latina fide, ut sperabatur, ne tenuem quidem mentionem faciebant, parum ad persuadendum efficaces fuerunt: perspicue enim apparuit non sincere, neque ex animo, sed eo tantum consilio, temporis causa, compositas fuisse, ut princeps iste impendentem belli calamitatem aliena deprecatione a capite provinciisque suis per artes genti insitas dimoveret. Illisque ipsis litteris propemodum offensa S-tas S., fere de spe illa, quam ex ista legatione conceperat, decidit, et quamvis non confidat hominem ad sanam mentem vel istis maximis vulneribus, per exercitus M-tis V. illi impositis, facile reduci posse, nihilominus ne tantam lucrifaciendarum Christo animarum occasionem omitteret, neve a pontificio paternoque officio declinasse coargui unquam posset, non legatum, ut Moschus petebat, sed in sacris litteris eruditum hominem rebusque gerendis apprime idoneum, ex societate Iesu P. Antonium Possevinum, eo amandandum esse duxit, eo scilicet consilio, ut principem gentemque illam, multis haeresibus atque adeo barbaris superstitionibus contaminatam longeque a vera religione aberrantem, hac opportunitate oblata ad verum Dei cultum et catholicae ecclesiae auctoritatem traducere contendat, qua in re si apostolicis monitis et cohortationibus Dux ille se se obsequentem praebuerit, tum vero S-tas S. eam curam libenter suscipiet rationemque inibit, quemadmodum quidem inter M-tem V. et princi-

350. [2] *Ed. Pamiat. dipl. Snosz. X p. 6 sq.*

pem illum diuturnam pacem perpetuamque concordiam conciliet atque firmet. Sin autem pertinax in sua impietate permanserit, nec de emendanda corrupta religione ad veteresque sanctorum patrum regulas revocanda non modo assensum, verum etiam auxilium suum praestiterit, tunc S-tas S. ne verbum quidem ullum amplius nec de pacificatione, nec de religione adiiciet: iis praecipue mandatis hominem ad Moscum S-mo D-no N. visum est ablegari posse; adhibitis enim in consilium pietate, doctrina et magno rerum usu insignibus et praestantibus viris [3], ita omnes ad unum censuerunt. Quandoquidem si Deus immortalis difficillimis his coeptis (quod vix sperare licet) benignius faverit, et religionis catholicae cum innumerabilium animarum salute coniunctum admirabile quoddam incrementum videbimus, et imperii huius Polonici fines longe lateque proferentur, M-tisque V. non modo bellica laus, sed etiam verae pietatis gloria apud omnes gentes perpetua fama celebrabitur. Si enim de pace agendum erit, quis dubitare audeat, quin S-mi D-ni Nostri voluntas longe propensior in M-tem V., Regem catholicum atque acerrimum catholicae fidei propugnatorem, quam in Moschum, hominem longinquum et adhuc ab amicitia, religione, institutis nostris alienissimum, futura sit?

Rogat itaque per me S-tas S., ut ad effugienda maris pericula et circuitus viarum evitandos, litteris incolumitatem tam pro P. Antonio Possevino, quam pro Thoma [4] —, Magni Ducis Moscorum apud S. Pontificem internuntio, impetrari a se benigne patiatur, ita ut per omnes ditiones suas, et maxime Regni Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae Albae et Livoniae, tuto et absque ullius impedimento morave cum eorum sarcinis familiaribusque, qui decem numerum non excedent, ire et redire possint. Et quoniam ita constitutum est, ut P. Possevinus una cum Moscho isto interea temporis Vratislaviae consistat litterasque Regias eiusmodi a me expectet, obnixe M-ti V. supplico, ut illas, cum Latino, tum etiam Russico idiomate conscriptas per cubicularium suum in rheda expeditum ad me quam celerrime mittat. Et quando ego ipse cum S-tis S. iussu, tum mea summa voluntate ad M-tem V. propero, diligenter ille ipse cubicularius observabit, ut mihi obvius in itinere fiat, neve imprudenter in via praetereat, ego enim recta hinc per saltum Chnischinensem [5] Grodnam, inde Vilnam lentis itineribus proficiscar. Plura autem supersunt, et longe graviora, quae coram M-ti V. exponam.

Interea vero, dum illi omnia fausta et felicia a Summo Deo precor, vetustum meum et bene ominatum pro victoria Plocensi proque ea, qua eodem tempore a S-mo D. N. dignitate sum auctus, hospitium in arce ista ad ripam praeterfluentis Viliae, benignitate regia mihi concedi demisse postulo [6].

---

350. [3] *Vid. sup. N. 318 adn. 8.* [4] *Lacuna in utroque ms. Vid. sup. N. 318 adn. 1.* [5] *Knyszyn (Knissinum).* [6] *Vid. sup. N. 93 adn. 3.*

351. *Iohannes Herbestus Caligario.* *Zamoscii 1 Maii 1581.*

Quid in missione sua effecerit; de ep-po Chelmensi; nomina reconciliatorum adiunguntur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 121 sq. *orig.*, f. 124 *scheda separ. manu Calig. inscr.:* Conversi ad fidem catholicam a patre *(s)* Ioanne Herbesto. — *Ed. N. Lubowicz, K'istorii Jezuitow w Litowsko-Russkich zemlach w XVI w. (Warsz. Uniwers. Izwiestia a. 1884, N. 4, p. 24 sq.).*

Postquam Zamoscium veni, nihil tam fuit mihi in votis, quam ut aliquis certus tabellarius mihi occurreret, per quem R-mam D-nem V-ram de iis rebus, quae hic Dominus Deus coepit operari, certiorem facerem. Cum igitur suspenso ea de re essem animo, ecce tandem occurrit, qui Varsoviam se iturum dixit, quo nuntio multum fui exhilaratus, habens praesertim, per quem et meo desiderio et voluntati R-mae D-nis V-rae satisfacere queam. Sit igitur R-mae D-ni V-rae exploratum me, postquam Zamoscium feria quarta magna [1] veni, eadem die vineam Domini Sabbaoth plantare coepisse, quia non defuerunt, qui conscientias suas exonerare et cum Deo per poenitentiae sacramentum in gratiam redire petierunt. Tantus porro consequentibus diebus fuit populi, etiam ex pagis seu villis haereticorum, concursus, ut ab ortu solis usque ad summum sacrum, et a prandio ad occasum non defuerint confitentes; sed et feria secunda Paschae [2] non pauci, confessione praemissa, ad sacram synaxim accedebant. Porro in octava Paschae, ipsa dominica in Albis [3], et postridie eius diei (quo die hic festum Annunciationis more Romano, non sine gaudio catholicorum celebravimus) ad quinquaginta sunt reconciliati. Inter hos autem multi fuerunt, qui a multis annis non fuerunt confessi, quod non haberent copiam sacerdotum; non pauci, qui, ne haereticis confiterentur, ad Ruthenorum popones se conferebant ab eisque absolutionem petebant: male id quidem, sed in simplicitate cordis sui; non defuere tamen, qui licet non consentirent haereticis, coenae tamen eorum errantes fiebant participes. Sed quia tam hi, quam illi, non tam ex malicia cordis, quam quia doctore bono erant destituti, in eos errores erant inducti, ideo pater misericordiarum et Deus totius consolationis eos ab errore viae suae ad viam veritatis revocavit. Nec istas solum oves errantes in ovile suum dominus et pastor reduxit, sed et eos, qui animo haeresi adhaeserant, et in illa nati ac educati sunt: nam Pruthenos et Silesios hic agentes Dominus Deus, qui neminem vult perire, sed potius vult eos salvos fieri, suae ecclesiae aggregavit.

Haec igitur sunt, R-me Domine, quae R-mae D-ni V-rae significanda per primam occasionem istam putavi, nihil addubitans grata nova R-mae D-ni V-rae futura. Sicut autem in primo in has oras ingressu nos exhilaravit populi devotio, ita in dies solatur nos frequens ad ecclesiam concur-

351. [1] *D. 22 Martii.* [2] *D. 27 Martii.* [3] *D. 2 Aprilis.*

sus, nam etsi non parva intercapedine loci aliqui distent, nihilominus diebus festis et praesertim dominicis tot solent sacris interesse, ut eos templum, non omnino parvum, non capiat. Offendit ea res haereticos et dominos illorum, voluntque illos minis a nobis absterrere et ad suas synagogas cogere; multi tamen ita sunt in bono obfirmati, ut minis dominorum suorum parum terreantur. Non integro uno milliari templum est ab haereticis profanatum, in quo conventicula sua faciunt; ministrum habent idiotam, sed blasphemum. Ex altera etiam parte duobus milliaribus (ut ferunt) habitat apostata sacerdos, seductor hominum, qui contra me incipit debachari, cuius tamen latratus non moror. Is est author iis, apud quos manent, ut prohibeant suos subditos ad nostra sacra accedere et sacramentis more ecclesiae catholicae uti; sed suadeat, quantum volet, non persuadebit tamen catholicis, ut catholicam et apostolicam fidem deserant[4].

Volo autem a R-ma D-ne V-ra fieri certior, quid sit faciendum cum iis hominibus, quos in matrimonium haeretici coniunxerunt, hi autem ecclesiae sunt reconciliati. Catholici etiam cum schismaticis Ruthenis matrimonio sunt iuncti, de quibus R-mae D-nis V-rae sententiam ardeo scire. Inveni quoque aliquos, [quos] cum anu sacerdos catholicus nocte intemperanter inter potandum coniunxit, qui nunc vellent a se separari et divortium fieri, quod an liceat, mihi non videtur, alii tamen licere id existimant. Quid igitur R-ma D-tio V-ra de ea re sentiat, faciat me per literas certiorem, cuius solitae gratiae me commendo.

P. S. Exciderat plane, quod tandem venit in mentem, R-mum ep-pum Chelmensem apud nos fuisse et ecclesiam Zamoscensem magna gratulatione et gaudio piorum consecrasse, quo nomine sit Deus benedictus. Sed et illud significo ab eodem Rev-mo synodum Crasnostaviae esse celebratam, cui et ego magna cum animi mei voluptate interfui, et ex ea contentus discessi. Equidem ausim affirmare de R-mo D. ep-po functum eum esse suo munere et se tam episcopum, quam patrem praestitisse[5].

Nomina reconciliatorum, praesertim ab haeresi et schismate, mitto R-mae D-ni V-rae et quod de bellicis[6] successibus expresse non feceram, nunc facio.

[4] *De ministris evangelicis in Sylaniec (vid. Lubowicz, K'istorii Jezuitow l. c. p. 26) et in Szczebrzeszyn, ubi templum et schola evang. ab Andrea Górka, castellano Miedzirzecensi instituta fuit, agere videtur (vid. H. Merczyng, Zbory i senatorowie protestanccy, Warszawa 1905 p. 76).*

[5] *Idem ep-pus Adam Pilchowski d. d. Varsoviae 14 Martii a Caligario petivit, ut decano suo Chelmensi facultas ab haeresi absolvendi concederetur* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 399 *orig., ed. Theiner, Ann. Eccl. III p. 281).*

[6] *Tempore belli Moscovitici a. 1580 Ioh. Herbestus S. cancellarium Ioh. Zamoyski comitabatur.*

In scheda adiuncta (f. 124).

In bello ab haeresi et schismate reconciliati:
Michael Zawisza nobilis.
Albertus Rogalski.
Melchior Strzemeski.
Christophorus vexillifer.
Ianusius Transylvanus.
Gregorius Elbingensis.
Balthasar Transylvanus.
Rutheni quatuor saucii
Mosci duo.

Varsoviae in Quadragesima:
Petrus Ponętowski.
Andreas Sokoliński.
Andreas Łomiński.

Zamosci:
Ruthenae quatuor.
Simon Zylar Elbingensis cum uxore Volperia Gedanensi.
Michael Silesius Glogoviensis cum Agnete coniuge.
Helena, molendinatoris uxor, de Janowiec.
Nicolaus Latocinski.

Partim viri partim mulieres ex Zamoście, ex Dunovo *(s)*, ex Kalinowice [7], plus minus quadraginta, qui tum cum haereticis, tum schismaticis in sacramentis communicarant.

352. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 4 Maii 1581.*

De negotio Moscovitico Regi se scripsisse; N. 318 et 320 a se receptos esse; de praeposito Miechoviensi; de tarditate litterarum; de ep-patu Cuiaviensi; de ep-po Posnaniensi; quid de bonis archiep-patus Gnesnensis alienatis cum Stanislao Karnkowski constituerit; de muliere quadam a daemone agitata; prospera ex Transsilvania sibi nuntiari; cras Vilnam se profecturum esse. P. S: de dupplicato N. 350.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 125 sq. *orig. P. S. manu prop.*

Per buon principio del negotio di Moscovia, mentre io stava sul espedire un mio al Re, è sopragiunto il S-r Ferrens Vessellino Ungaro, principale cameriere di S. M-tà, che, havendo portata la nominatione dell' arcivescovato di Gnesna al vescovo di Cuiavia [1], ritorna a Vilna per la podvoda: questo importa andare per la posta in un picciolo et leggerissimo cocchietto a dui cavalli, che si mutano ogni quattro et cinque leghe. A lui ho consignato un mio dispaccio per S. M-tà [2], et detto anco a bocca alcuna cosa, perchè è mio grandissimo amico, et alla più longa alli 12 di questo serà col Re. Io andarò più adagio per la importuna malatia di alcuni miei cavalli, et in ogni modo il Re non partirà prima, che alla metà di giugno di Vilna; et per ancora del P. Possevino non sento novella. Mando la coppia della nominatione regia et della mia lettera al Re [3], fondata sopra

351. [7] *In distr. Zamoscensi.*

352. [1] *Vid. sup. N. 344 adn. 2.* [2] *Vid. sup. N. 350.* [3] *Vid. sup. N. 343 et 350.*

l'instruttione datami nelle lettere di V. S. Ill-ma, acciò veda se io ho accertato. Per via di Praga ho scritto a V. S. Ill-ma di questo medesimo negotio, per mie lettere di 25 et 27 d'aprile [4]; piaccia a Dio che non siano o intercette o aperte, come furono le sue.

Per via di Cracovia ho ricevuto una di V. S. Ill-ma di 18 di febraro, con un memoriale per fare opere molte et laudabili [5], ma per che sono tutte cose ardue et piene di difficultà, io non posso promettere altro, se non che farò la mia diligenza, et V. S. Ill-ma alla giornata intenderà il successo. Già ha veduto quanti tentativi ho fatti contra l'intruso di Chiovia, et se nel particolare di Livonia ho prevenuto li ricordi del memoriale, nel quale se bene in apparenza si mostra gran zelo, non è però fatto senza arte, nè da persona che sia senza passione.

Del preposito di Miecovia si aspetta il giuditio di N. S-re: io ho fatto tutto, quello che potea fare un nuntio non pusillanime, nè inetto. Ho ricevuto il breve del Koniespolski, et l'ho mandato subito al P. Benedetto Herbesto, che lo sollecitava.

Sono comparse le lettere del vescovo di Plozca di 4, 11 et 18 di marzo [6], et se non seranno più tarde delle mie a capitare in mano del Re, certo non seranno prime, et le mie senza dubio seranno prima lette, per la diligenza che ne ho fatto. Se da Venetia a Praga le lettere di V. S. Ill-ma non havessero patito borrasca et trattenimento, non solo le lettere mie, ma io stesso serei già più giorni in Vilna col Re. Terrò mano che il vescovato di Cuiavia caschi nella migliore persona che si potrà, et supplico V. S. Ill-ma che tenga mano, ancor lei, che non si concedano qua indulti di conferire beneficii, se vole evitare infinite et grosse simonie.

Il vescovo di Posnania mi fa dimandare ogni hora la sua sinodo [7]; prego V. S. Ill-ma fare opra che si riveda et rimandi, poichè già appresso l'anno sta in Roma.

Il vescovo di Cuiavia ha concordato con meco che, fatta la sua confirmatione, N. S-re li scriva un breve hortatorio per il buon governo dell'arcivescovato, hoggi tanto maltrattato, et sopra tutto li comandi, sotto pena di scomunica et privatione dell'arcivescovato, che non alieni per l'avvenire un palmo di terra, anzi ricuperi le alienate, et per ciò fare deputi commisario il nuntio Ap. a rivedere et irritare tutte le alienationi, fatte dall'arcivescovo Uchanschi senza le debite solennità: et siano clausole ample et rigorose: questo medesimo bisognarà fare al novo vescovo di Cuiavia. L'Uchanschi ha alienato per più di 30 m. fiorini d'intrata: et se il breve della datione del pallio serà commesso a me, si farà qualche buon frutto in servitio di Dio. Il vescovo è già persuaso da me di pigliare un' auditore

352. [4] *N. 347 et 348.* [5] *N. 314 et 315.*
[6] *Desiderantur.* [7] *Vid. sup. N. 221.*

Italiano, buon canonista, et prattico della corte di Roma. Io ho pregato Mons. Spetiano [8] che lo trovi.

Il giorno di Santa Croce [9], accompagnando a piedi la Ser-ma Regina alla processione fuori di Varsovia a una picciola chiesa di Santa Croce, quando arrivammo nel cimiterio, tra l'altra moltitudine del populo vi era una donna spiritata, che ad alta voce strideva et vaneggiava. Udita una messa bassa et uscendo della chiesa, la Ser-ma Regina si cavò di seno una catenella d'oro, alla quale erano attaccati quattro piccioli monili pieni di reliquie sante: nel primo era un poco del legno della croce di Christo N. S-re, nel secondo della camiscia della Madonna, nel terzo alcune reliquie, che il Re Sigismondo suo padre solea portare al braccio stanco su la carne viva, per amuleto contra le magie et maleficii che sono molto in uso qua, et massime in Lituania, nel quarto era un picciolo Agnus Dei; et le dette a Don Giorgio Fabio che andasse dietro alla inspiritata, et li mettesse sopra le spalle. Il Fabio andò et essequì, et in un' istante ella cominciò a buttarsi per terra et sbattersi terribilmente, gridando che li brusciava, replicando sempre: »oihme che mi arde, oihme che mi coce«; et questo in presenza non solo della Ser-ma Regina et mia, che sostentava S. M-tà, ma di tutta la processione et corte reginale, tra quali era un vecchio nobile et heretico, maestro di stalla di S. M-tà, il quale vidde tutto, et restò stupito, et insieme affrontato da un cappello che li fece S. M-tà, esprobandoli la sua incredulità.

Venendo a casa, trovai un altra allegrezza maggiore, per la salute di molte anime et conversione di parecchi Ungari alla Santa fede cattolica, per opera prima di Dio, poi del Ser-mo Re et Ill-mo principe suo fratello, et delli nostri padri Giesuiti di Colosvar. V. S. Ill-ma vedrà la lettera del P. Odescalco [10], la quale sì come io non ho potuto leggere senza lacrime di consolatione, così spero che altretanto interverrà alla S-tà di N. S-re, palpando con le mani li buoni progressi di nostra S. fede cattolica nel suo felice pontificato: doni grandi di Dio.

Io mi parto dimattina per Vilna senza fallo, trattenuto fino adesso necessariamente; et per strada, et di là scriverò a V. S. Ill-ma tutto quello che occorrerà —

P. S. E' passato uno altro comornich a Vilna, per il quale ho mandato il dupplicato delle mie lettere a S. M-tà sopra il negotio dell'ambasciatore Moscovita [11], acciochè almanco una capiti salva et presto.

352. [8] *Caesar Spetianus, canonicus Mediolanensis, Cardinalis Borromaei negotia Romae agebat.*

[9] *Inventio Crucis, 3 Maii.*

[10] *Al. Odescalchi Caligario d d.* Monostir *26 Februarii* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 129 sq. *orig. a tergo inscr.:* Lettera di fra Luigi Odescalco, scritta a Mons. Caligari sopra la conversione di parecchi Ungari a la fede catholica. *Ed. A. Veress, o. c., I p. 121 sq.*). [11] *N. 350.*

353. *Nicolaus Mylonius* [1] *A. Possevino.* *Gedani 4 Maii 1581.*

De obitu et funere civis Gedanensis, Georgii Jeschka.

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 67 sq. *orig.*

Gravis profecto poena est, si Deus bonus e medio bonos tollit, qui nobis consolationi esse deberent. Antequam omnia, quae e re huius civitatis essent, fierent, D-nus Georgius Jeschka, causae Dei utilis [2], morte praeventus est. Is ubi rediit Gedanum a comitiis Varsaviae habitis, filius natu maximus, qui Poltoviae literis incubuit, in febrim incidit contagiosam. Amor vero paternus eo patrem adduxit, ut continuo filio male valenti adesset, ministraret, duceret, levaret, et monitus, ut abstineret (ne et ipse morbum eundem contraheret), responderet: »Malo quam filium, me mori«. Filius convaluit, pater mortuus est. Incidit enim in febrim Aprilis 20 (ut medicus ille R. V. notus, qui et salutem dicit) malignam, quae non nihil veneni admixtum habet: excruciatus sex fere dierum spatio, 26 Aprilis vitam cum morte commutavit. Eum adeo 23 Aprilis, adhuc de morbo eius non factus certior, offendo in lecto satis graviter laborantem, ita ut loqui illi esset difficillimum. Ex eo quaero, utrum non timeat saluti suae necessaria, necessitatis tempore domesticos impedituros? Respondit: non. Discedo, altero die redeo; notans vero infirmi periculum, interrogo, utrum morbo ingravescente, Deo per sacram confessionem atque augustissimam communionem uniri desideret? »Desidero«: respondit. Placuit desiderium atque voluntas arrisit. Ab eo discedens, ad confessarium eius propero, necessitatem voluntatemque infirmantis declaraturus. Nox vero instat, sacerdos ad lectum se parat, promittens se sequenti die eum (quem nondum aegrotare sciebat) invisurum. Stat promissis sacerdos: male valens confitetur, sacram sumit synaxim, uxore haeretica praesente; amplectitur aegrotus confessarium, petens, si moriatur, in templo Dominicanorum ut sepeliatur. Redeo die eodem novam circiter horam, sed quiescentem offendo: vesperi repeto iter, reperio vim morbi auctam, ac aegrotum loquendi facultate destitutum ac vix signa monstrare valentem. Curro domum, pro aegroto tam monialium, quam monachorum preces expostulaturus; paro me ea nocte (quae vitae eius novissima fuit) ad vigilandum. Cum vero ad infirmantem redirem, offendo uxoris fratrem, D. Conradum Lemke, ordinis senatorii virum, R. V. notum (cui imaginum obtuli libellum [3]), qui pro sua humanitate me salutat, aegrotum autem non visitat, ex me eius statum scire cupiens: mihi enim (quod catholici animi signum clarissimum) prae ceteris omnibus, etiam uxore, interrogatus signa pro ratione virium imbecilium monstrabat aegrotus. narro, quae expediverit, abit D. Conradus me salutato. Ego maneo, aegrotum adeo, stimulis vexatum mortis alloquor; vocem edit haud articulatam: interiectionis vero est partis, dolentis gra-

353. [1] *Vid. sup. N. 342.* [2] *Vid. sup. N. 177 adn. 5.* [3] *Vid. sup. N. 342.*

viterque laborantis. Prius afferebatur imago crucifixi, quam pie contemplando, loquendi facultate carens, pectori suo dextra apprehendens imponit. Nocte illa sedens ad eius lectum, infirma brachia, quae morbi vis quiescere non sinebat, ego in manus vel ipsa brachia excepi, quae resumens, subito remittebat. Una vice (quid voluerit, ipse novit, qui nihil nescit, Deus) sinistrum brachium humeris meis imposuit, monens in modum amplectentis et amantis, loqui non valens. Ego pro captu et ratione mulierum haereticarum astantium loquor, lego, hortor, viriliter ut pugnet, (quam vocem adhuc mulier quaedam haeretica in ore, cum quadam aedificatione circumfert), in Deum speret, conservet in corde Christum Iesum, qui medicorum absolutissimus, spes infirmorum, salus mortuorum, invocantium consolatio. Oculos in me torquet, queri non valens. Nocte transacta domum propero, aegrotantis memoriam in tremendo sacrificio habiturus; prae hypocausti foribus offendo doctorem medicum Schade (quem R. V. novit), sedentem ac consolantem aegroti uxorem; fatetur is vix se diem expectare potuisse prae cupiditate invisendi infirmantem, quem noctu circiter 12 extinctum iri omnino iudicabat; parat purgationem aliam ad corpus superfluis levandum. Ego domum, rediturus eo die, me confero. Ecce, die eodem intra 10 et 11 horam D. Georgius vi morbi victus, obit diem suum. Sed ubi extremae unctionis sanctissimum sacramentum?[4] Sufficiat votum, habendi facultas defuit: miseram ad monachos Dominicanos, miseram ad R. abbatem Olivensem[5], sacrum chrisma petens; non erat. Verum quod non habeatur, cuius negligentia factum sit, nescio; in absentem officialem culpam reiiciunt. Moriantur catholici, carebunt extremae unctionis sacramento.

Orta est de modo sepeliendi inter catholicos et haereticos disceptatio. Catholicorum rationes, quibus catholicum defunctum catholice sepeliri debere, conantur persuadere. Has rationes ego D-no sororio defuncti proposui, D. vero Zacharias Leomann[6] viduae relictae exposuit:

1ª. Defuncti ultima fuit voluntas.

2ª. Omnes huius civitatis incolae norunt eum fuisse catholicum.

3ª. Vos ipsi catholice mortuum fatemini, sepeliatur igitur catholice.

4ª. Honor nullus ex vestro sepeliendi modo nobis excrescet, cum concio funebris in laudem defuncti plerumque fieri soleat: catholicus vero ab haeretico rabula in conspectu vestro vituperabitur.

5ª. Principes viri eo libentius aderunt filiis, si parentem eorum cognoverint catholico ritu sepultum, qui in vita catholicus fuit.

6ª. Uxor sane neutiquam maritum amat, cuius ultimam voluntatem implere negligit.

7ª. Prior Dominicanus gratis et sepelire et exequias peragere, pro dignitate equitis Hierosolymitani, se promisit.

353. [4] *In marg. manu Posserini:* Episcopi ordinarii diligentia et cura excitanda erit.
[5] *Caspar Geschkaw.* [6] *Vid. sup. N. 177 adn. 5.*

Haereticorum rationes in contrariam partem suadentes:

1ª. Templum Dominicanorum longius distat, ad quod secedere uxori gravidae erit perdifficile.

2ª. In aede maiore [7] honestissimi quique cives sepeliri solent.

3ª. Si more catholico sepeliretur, paucissimi funus, aut nulli comitarentur: inde praebebitur ansa varios seminandi sermones excitandique rumores. Pro ratione voluntas [8].

4ª. Uxor, aut vidua relicta odium amicorum sibi conflaret.

5ª. Fratri defuncti omnino placet. En pietatem hominis, qui curat defunctum tanto studio, quem viventem neglexit, aegrotantem nec semel invisit.

6ª. Consuetudini huius civitatis non nihil tribuendum est.

Dum trahunt cadaver haeretici, animam defuncti Deo commendant catholici. Magna victoria! Vicerunt haeretici cadaver. Vidua, tribulatione hac facta mansuetior, conata est, ut praeferrentur funeri caerei ardentes in morem catholicorum, verum impedivere maligni. In aedibus apposuit funeri candelas, quas subito mulieres nequam extinxere; accendi rursum curat, rursum extinguuntur. En, rabiem canum! Die 28 Aprilis funus producitur: praeit crux, scholares haeretici haeretice latrant, sequuntur bini et bini, binae et binae, simiarum in modum; ingrediuntur aedem maiorem, cadaver subito terrae mandatur remotis caeremoniis; properant ad audiendum concionem. Pseudopastor praefatur in hunc modum: se non propter defunctum, cuius vitae rationem nesciat, cum fuerit alterius religionis (puto ego omnino hunc pseudopastorem a D. sororio conceptis verbis instructum fuisse, ut quomodo inchoare concionem et concludere deberet: si enim bene notavi, vidi eum pridie in aedibus D. Conradi), sed propter auditores praesentes concionaturum. Deinde explicuit sententiam ex Iob. 8 c. descriptam: Hesterni sumus etc.; conclusit hoc modo: Omnibus et singulis est notum, defunctum nostrae religioni fuisse contrarium, verum cum iam sistere ad Dei tribunal debeat, nobis eum damnare non licet: iudicet Deus. Tum viduam consolari, laudare, gratias agere, quod in eorum ecclesia (si Deo placet) conservata sit, ei placuit. Inversus ordo est: fit concio funebris, in laudem viventis. Circa finem quoque cacoconcionis suasit auditoribus, ne Papae nomen darent; inchoaverat tandem impiam cantionem, qua impie constantiam ac perseverantiam in perfida sua doctrina, ac Papae Turcaeque disturbationem petivit. Haec de modo sepeliendi. Haeretici plaudunt, exultant eum mortuum, qui eis solus resistere audebat. Cum essem apud D. Conradum senatorem, viduae fratrem, circiter horam cum eo de fidei nostrae articulis tranquille et maxime de scripturae iudice, non sine mea aedificatione disceptavi, videns caecorum caecitatem. Discedenti mihi officia, humanitatem obtulit valde-

353. [7] *B. Mariae V.* [8] *Haec tria verba in margine.*

que amorem et fidem, D. Georgio defuncto a me praestitam, commendavit. Rogo denique R. V., ut certam rationem, qua filiis defuncti catholice institutis succurratur, ne fecibus haereseos contaminentur, invenire studeat. Volebat D. Georgius (piae memoriae) filium Conradum, Braunsbergae literis incumbentem, ad Ill-mum et R-mum D. nuntium Ap. (cum quo convenerat ea de re) mittere; morte, priusquam fieret, praeventus est. Si adhuc effectum eadem res sortiretur, non abs re pueri esset. In literis V. R. de rebus aliis scitu dignis fuse perscripsi. Deus bonus R. V. diu ecclesiae suae utilem conservet. Gedani in monasterio S. Brigittae — —

354. *Cardinalis Comensis Caligario.* *Romae 6 Maii 1581*

Facultas Brutum et Provanam ab haeresi absolvendi conceditur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 15 f. 132 *min.*, f. 134 *P. S*

La S-tà di N. S-re, mossa da quello che V. S. ha scritto ne le sue ultime lettere [1] circa quelli duoi heretici Italiani, Gio. Michele Bruto Venetiano et Prospero Provana Piemontese, si contenta di dar a lei in virtù di questa una facoltà che possa ricevere a penitenza et misericordia detti Gio. Michele et Prospero, purchè confessino pienamente l'heresie et errori suoi, nominando li complici et heretici conosciuti da loro, et particolarmente, Italiani et Spagnoli, et se di buon core et con vero pentimento ritornino al gremio de la S. chiesa catholica Romana, abiurando et detestando le heresie et errori loro. La quale abiuratione, essendo loro manifesti heretici, doveria esser publica, sì come ne sono state fatte molte altre simili in quel Regno, acciò che quelli che si sono scandalizzati del loro peccato, s'edifichino de la conversione, a i quali V. S. potrà ingiongere quelle pene et penitentie, che essa giudicherà convenirsi: et concederà la licentia di repatriare in Italia, dando però notitia al S. officio qui in Roma dove si troveranno, et pensaranno di fermarsi. Et quanto a la dispensa che haverà bisogno il Bruto, di star fuori della religione, se li procurerà con più commodità, dovendo esser spedita secondo la forma come V. S. sa. Et con questo —

P. S. Sarebbe più conveniente et più grato a N. S re che'l Bruto tornasse a la religione, da la quale è uscito, et V. S. potrà fargline un poco d'istanza; ma a l'ultimo, s'egli non vorrà contentarsene, V. S. non doverà restar per questo di absolverlo, dicendogli che gli procurerà poi la dispensa di star fuori in habito di prete seculare.

Se si potrà ottenere che ambi dui facciano l'abiuratione in publico, V. S. procurerà che si faccia; ma a l'ultimo potrà poi anco contentarsi di riceverle in secreto.

---

354. [1] *Vid. sup. N. 331.*

355. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Ostroviae*[1] *9 Maii 1581.*

De revocatione sua; quid acturus sit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 187 sq. *orig.* — *Ex parte ed. Turgeniew, Hist. Russ. Mon. I, N. 214, p. 307 sq.*

Le lettere di V. S. Ill-ma di 4 marzo[2] mi ordinano, per parte di N. S-re, che io dia conto alla M-tà del Re del negotiato dell'ambasciatore Moscovita, et che subbito vada a trovare S. M-tà, per esporle a bocca meglio ogni cosa et impetrare il passaporto per il P. Possevino et l'ambasciatore medesimo. Nelle lettere de 18 et 25 di marzo[3] mi confirma il medesimo ordine, in essecutione del quale alli 5 di questo mi posi in viaggio, et ero già passato molte leghe avanti verso Vilna, ove si trova S. M-tà, quando mi sono sopragionte le lettere di V. S. Ill-ma del primo d'aprile[4], che mi danno avviso che Mons. Rev-mo Bolognetti vescovo di Massa è deputato mio successore in questa nuntiatura: nè però anco queste mi revocano il primo ordine. Laonde per obedire alla volontà di N. S-re così in esporre il suddetto negotiato, come nel ritornare in Italia, continuarò il mio viaggio, et subbito speditomi da S. M-tà, mi ritornarò in Varsovia per abboccarmi con Mons. di Massa et darli tutta quella informatione, che serà espediente per servitio publico et anco per commodo particolare di quel signore, che per sua gratia mi è sempre stato amico, et patiente ne travagli che li ho dato delle mie continue lettere. Anzi in questo bascio humilissimamente li santissimi piedi di N. S-re, che mi ha honorato di successore tale, et di tante virtù et degne qualità, et ne resto tanto più contento, quanto mi vedo già sicuro di non havere a morire di freddo in queste perpetue nevi. Del P. Possevino non sento nova per ancora, credo però che non tardarà ad arrivare. V. S. Ill-ma haverà veduto con le mie prossime passate di quattro di questo, coppia della lettera che io scrissi al Re[5], la quale, fo conto, che hoggi o dimane, alla più lunga, pervenga nelle mani di S. M-tà[6].

356. *Stephanus Rex Caligario.* *Vilnae 12 Maii 1581.*

Litterae salvi conductus Possevino et internuntio Moscovitico mittuntur.

355. [1] *In Masovia, versus fines Lithuaniae.* [2] *Vid. sup. N. 318.* [3] *Vid. sup. N. N. 325 et 329.* [4] *N. 332.* [5] *Vid. sup. N. 352 et 350.*

[6] *Litteras has, Cracoviam expediendas, Caligarius statim Reginae misit, quam etiam de revocatione sua certiorem fecit. Anna Reg. d. d. Varsoviae 16 Maii ei respondit:* — — dolemus, quod ea revocatio P-tis T. fiat, ultra spem ac desiderium nostrum — — Litteras P-tis T., in fasciculo nostro contentas, eadem hora per certum nuntium Cracoviam remitti curavimus. Puerum vero nostrum Folnium, ut coram constituimus, Pultoviam ablegabimus, cui propter nos P-tem T. quaeque optima favere non dubitabimus (Brisighella Cod. »Bracchini« f. 98 *cop.*).

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 236 *orig.* — Vol. 18 f. 28 *et* 140 *cop.* — Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 59 *cop.* — *Ed. Turgeniew, o. c. I N. 216, p. 309 sq.*

Cum nihil antiquius semper habuerimus, quam ut S. Sedi Ap. in omnibus obedientiam, observantiam ac promptitudinem nostram declararemus, libentissime fecimus, ut et P. Possevino et internuntio Moschorum ad postulata S. D-ni N. primo quoque tempore litteras nostras salvi conductus in Moschoviam daremus: non quod intelligamus, ut tyrannus iste catholicae religioni et ipsi christianitati ea legatione aliquid emolumenti adferat, ab ea enim semper fuit vehementer alienus, sed ut S. S-tas accipiat nihil eorum a nobis desiderari posse, quae ad catholicam religionem promovendam, ac testandam nostram obedientiam et optimam gratificandi voluntatem erga S. S-tem a nobis proficisci possunt. Quare cubiculario nostro istas litteras salvi conductus [1] Sinc. V-rae deferre iussimus, qui, si ita illi videbitur, easdem Wratislaviae P. Possevino reddet. Sinc. V-ram bene valere cupimus.

357. *Caligarius Card. Comensi. In silva post Grodnam 15 Maii 1581.*

Litterae salvi conductus Possevino, aliae rerum epistolae Cardinali mittuntur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 144 *orig. P. S. manu prop.*

Nel mezo di una gran selva, tre leghe da Grodna, ho ricevuto lettere di S. M-tà et del vicecancelliero con il salvo condotto per il P. Possevino et ambasciatore Moscovita [1], ciò è, uno in latino et l'altro in ruteno. Mando coppia a V. S. Ill-ma del salvo condotto latino et le lettere istesse, et al P. Possevino mando gli originali salvi condotti, o sia in Varsovia o in Vratislavia [2], et supplico la Ser-ma Regina favorire in quello che bisognarà, questo negotio [3]. Io non posso dire altro più di novo, se non quanto

356. [1] *D. d. Vilnae 12 Maii 1581* (Nunz. Polon. Vol. 17 f. 237 *et* Vol. 18 f. 139. – Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 58 *cop.; ed. Turgeniew, o. c. I N. 216, p. 309 sq.*).

357. [1] *Vid. sup. N. 356. Ioh. Borukowski, vicecancellarius Regni, d. d. Vilnae 13 Maii 1581 Caligarium certiorem fecit legatos Moscoviticos 23 Aprilis Smolenscum pervenisse, 9 Maii fines Lithuaniae trangressos et statim post 14 h. m. Vilnam adventuros, a Rege autem admonitos esse, ne tardarent* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 141 *orig.*).

[2] *Caligarius d. d. in silva post Grodnam 15 Maii Possevino scripsit:* — ho ricevuto lettere del Re, et il salvo condotto per V. R-tia et per l'amb-re Moschovito, cioè uno in latino, altro in ruteno, et ambi vi mando per il presente comornich del Re, così havendomi fatto gratia S. M-tà. Io spero di essere in Vilna fra 4 giorni, et là aspettarò V. R., et poi me ne ritornarò in Italia, perchè mi è dato successore Mons. R-mo di Massa, già nunzio a Venetia — (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 5 *orig. manu pr., a tergo inscr.:* Al Molto R-do P-re come Fratello Hon. Al P. Ant. Possevino Theologo Ap. Varsovia o dove serà).

[3] *Vid. sup. N. 355 adn. 6.*

si contiene nelle alligate lettere; et a V. S. Ill-ma bascio humilissimamente le mani. Della selva soddetta, sedendo in cocchio, alli 15 di maggio 1581.

P. S. In Ostrovia hebbi avviso della mia revocatione, et basciai, et bascio humilissimamente li sanctissimi piedi di N. S-re, che mi habbia liberato da così gran carico. Speditomi dal Re, io ritornerò quanto prima potrò. S. M-tà partirà, credo, alli 12 di giugno, et Dio voglia che'l P. Possevino gionga in tempo —

358. *Stephanus Rex oratori Petro Wolski.* *Vilnae 15 Maii 1581.*

Salvum conductum Possevino a se concessum esse, sed de eventu se dubitare; de legatis Moscoviticis; S. Pontifici omnia nuntianda esse.

Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 60 sq. *cop.*

Eo fere tempore, quo responsum a Sinc-te tua de nuntio Moscorum principis, quidnam Romae egerit, expectabamus, significavit nobis eadem ipsa quoque S. Pontificis legatus hic, apud nos agens. Hoc unum addidit iste, quod a nobis petiit, ut salvum conductum nuntio Moschi per Regnum et dominia nostra tuto et libere transeundi, et celerius ad principem suum cum P. Possevino perveniendi daremus[1]. Hoc nos non gravatim ipsi concessimus, vel maxime S. Pontificis gratia, ut ipsius S-ti ea ipsa re gratificaremur, atque ut ipsius S-tas intelligat nulla in re nos desiderium ipsius S-tis retardare voluisse, neque per nos stetisse, si quando forte quid diversum ab eo, quod ipsius S-tas credit et optat, evenerit. Itaque misimus salvum conductum isti nuntio ad manus legati S. Pontificis[2]. Optamus, ut omnia pro voto ipsius S-tis cedant, sed magis optare id, quam sperare possumus, nam callidi hostis consilia nobis non sunt incognita, quem necessitate potius, quam voluntate sua impulsum, omnia haec facere videmus: id, quod eventus declarabit. Nos certe libenter intelleximus ipsius S-tem in suo de rebus Moschi capiendo consilio legationeque expedienda nostrae dignitatis et aequitatis habuisse rationem id quod ipsius S-tem facere debuisse et semper facturam esse speramus, neque locum daturam esse confidimus his sermonibus, quos de nobis temere Moschum spargere non pudet. Nos certe, tametsi undique pacis faciendae praesidia et consilia callida quaeritet, et nunc ad nos oratores suos mittat, ut nos fortasse remissiores faciat, nihil tamen de exercitu, contra eum paucis his diebus promovendo, remittemus. Expectamus quidem eius oratores, de quibus ad nos Grodnam scripsit et litteras passus pro eis impetravit, quibus spatium sex septimanarum Vilnam veniendi et legationem suam explicandi con-

358. [1] *Vid. sup. N. 350.* [2] *Vid. sup. N. 356.*

cessimus[3]. Iamque nobis a capitaneo nostro Orssensi[4] significatum est eos non longe a finibus esse, et apud nos pro die assignata, die 26 Maii adfuturos esse. Quid illi nobiscum acturi, quamve legationis materiam habituri sint, Sinc-ti tuae deinceps significabimus, ut ea quoque S-mo Pontifici nota fiant, quemadmodum et ea, quae nunc scribimus, nota esse volumus. Cupimus Sinc-tem tuam bene valere.

359. *Stephanus Rex Gregorio XIII.* *Vilnae 19 Maii 1581.*

Ut legatio Caligarii confirmetur atque prorogetur, petit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 150 ***orig. man. prop. scr.*** — Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 65—67 f. 86 ***(tria exempla) cop.***

Sanctissime et Beatissime Pater. Post oscula beatorum pedum et mei, Regnique et dominiorum nostrorum commendationem. S-tis V. legatus, D. Ioannes Andreas episcopus Britonoriensis, talem se in sua hac functione exhibuit, ut eius praesentiam optem mihi esse diuturnam, quo nomine S-tem V. rogo velit eum in ea ipsa legatione datis ad eum litteris confirmare prorogareque: faciet S. V. rem nobis gratissimam pietateque sua paterna erga nos et Regnum nostrum dignissimam ac necessariam. Quod superest, opto, ut S-tem V. Deus servet ecclesiae suae diu incolumem. Datum Vilne decimanona Maii anno D. 1581. Eiusdem S-tis V. obsequentissimus filius. Stephanus Rex Poloniae, manu propria[1].

360. *Stephanus Rex oratori Petro Wolski.* *Vilnae 19 Maii 1581.*

Ut legatio Caligarii prorogetur, apud S. Pontificem eniti debet.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 142 sq. *cop.* — Brisighella, Arch. Colleg. Pac. II f. 62—64 et 85 ***(tria exempl.) cop. — Ed. Theiner, Ann. Eccl. III p. 278 sq.***

Intelleximus a S. D. N-ro R-dum D. Ioannem Andream ep-pum Britonoriensem, S-tis eius ad nos legatum, e Polonia evocari. Quae res quidem si certa est, non possumus nobis aliud persuadere, quam eam e consiliis et instinctu eorum profectam esse, qui rerum nostrarum Regnique nostri rationes non satis perspectas teneant, vel non satis pio zelo, neque satis aequis animis erga commoda nostra ferantur. Cum autem nos ipsi probe intelligamus atque re ipsa experiamur, quam utilis, necessaria et sa-

358. [3] *Epistola M. Ducis Moscoviae ad Regem d. d. Moscuae 15 Martii 1581 Metr. Lit. II N. 62 Russ; Kojałowicz, o. c. p. 200 sq.: versio Pol.. Responsum Regis d. d. Grodnae 21 Aprilis (Kojałowicz, o. c. p. 202 sq.). De oratoribus sollemnibus vid. inf.*

[4] *Philo Kmita, palatinus Smolenscensis.*

359. [1] *A tergo eiusdem epistolae manu Cardinalis Comensis mandatum ad breve responsivum conficiendum:* Si risponda con un breve, facendo la scusa sopra l'esser già l'altro nuntio *(Bolognettus)* tanto inanzi, et sopra il bisogno che ha la chiesa di Bertinoro de la vista del suo ministro, non l'havendo mai veduta. ***Vid. inf.***

lutaris ecclesiae Dei in hac republica Regni huius nostri rationibus eius commoratio penes nos fuerit, supplicamus per litteras nostras S. S-ti[1], quo ei legato suo provinciam hanc suam, nostra causa, prorogare adhuc apud nos velit. Fateri enim nos profecto oportet nos pietatem, candorem et simplicitatem huius viri, et tempori huic praesenti, quo saepius ultra fines Regni progredimur, et cogitationibus studioque nostro in ecclesiam Dei virtutes peraccommodas, magnopere complecti et amare. Hortamur itaque diligenter Sinc. V-ram, ut litteras hasce nostras S-mo D. N-ro offerat, iisque redditis, apud eius S-tem nostro nomine diligenter et accurate agat omnemque operam in eo ponat, quo eius legati sui praesentia et consiliorum communione nos adhuc frui permittat: quam rem Sua S-tas, Deo volente, brevi non sine fructu fuisse intelliget. Unus etiam in remotissimis partibus Regni nostri nobiscum versatur, neque, si is a nobis revocetur, alter tam opportune adesse et tam apte rationibus nostris sese accommodare posset. Scimus, ut hoc confidenter illius S-ti nomine nostro referat, eam rem non ex mente S-tis Suae, sed ex artificio inimicorum nostrorum proficisci. Quod si contra morem aliquid fieri videbitur, nihil est contra morem, quod utile ecclesiae Dei esse perspicuum est. Praeterea D-no Portico in hoc ante nos Regno, in sextum annum prorogata provincia fuit[2], aliis alibi in plures. Hac igitur in re nostrae supplicationi et desiderio ut S. S-tas paterno animo satisfaciat, apud eius S-tem omnibus modis enitatur Sinc-tas V-ra. Hoc tempore nobis nihil gratius efficiet. Quam bene valere optamus[3].

361. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 20 Maii 1581.*

Quae iam N. 357 scripserat, repetuntur: cum Rege colloquitur: 1) de salvo conductu Possevini, 2) de bello Moscovitico, 3) de collegio S. I. Varadini a Rege fundando: de oratoribus Moscoviticis: de catholicis Rigensibus.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 151 sq. *orig. — Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I N. 217 p. 310 sq. et A. Veress, o. c. I p. 123.*

— — — Hora di novo a cautela rimando coppia et della lettera, et del passaporto[1] a V. S. Ill-ma, et le significo che nè dal P. Possevino, nè

360. [1] *Vid. sup. N. 359.*

[2] *Protonotarius Vincentius a Porticu a. 1568 in Poloniam nuntius Ap. missus, re vera iam a. 1572 revocatus est, sed propter mortem Sigismundi Augusti et negotia electionis ad a. 1573 usque in Polonia commorabatur.*

[3] *Epistola haec cum sup. N. 359 d. 20 Maii expedita est.* Iacobo Kamienski, cubiculario, Cracoviam cum litteris S. M-tis S., quae postea Romam ad R-mum ep-pum Plocensem transmitti debuerant, misso f. 45 *(Pawiński, Źródła Dziej. IX B p. 49).*

361. [1] *Vid. sup. N. 357.*

dall'ambasciatore Moscovita ho mai intesa nova niuna, et li sto aspettando tuttavia; ma se tardano molto, non trovaranno qui il Re, che partirà alli 15 di giugno.

Alli 18 di questo arrivai qui, et il giorno sequente hebbi audienza dal Re, col quale [trattai] oltre quello che di mio pugno scrivo a N. S-re [2], che V. S. Ill-ma potrà vedere. Intesi da S M-tà che le mie lettere giunsero quattro giorni prima di quelle del vescovo di Plozca: et non fu diligenza fuori di proposito, imperò che subbito S. M-tà chiamò il senato, et fece leggere le mie lettere, et di consenso di tutti dette il passaporto, il quale ne fu mandato incontro, come io havea supplicato.

Mi disse dipoi S. M-tà che li suoi soldati hanno prolongati li suoi confini verso Moscovia più di 60 leghe, et che quelli Moscoviti che sono fatti suoi sudditi, li servano una fede mirabile, et fanno una guerra crudele agli altri Moscoviti, vassalli del Gran Duca; et ordinò che mi fusse dato coppia di molte lettere, che contengono queste bone nove, le quali havute manderò. Tra l'altre ci è questa di consideratione: che un principale Moscovita chiamato Biezchi, grande officiale appresso il principe, dopo haver fatta lui l'espeditione delli tre oratori che hora vengono al Re, si è fuggito in Lituania [3], et fra pochi di si aspetta qui da S. M-tà, la quale

---

361. [2] *Vid. inf. N. 362.*

[3] *De Davide (a. Heidenstein, o. c. p. 167 Bogdano) duce Bielski, vid. inf. Oratores Moscovitici fuerunt: Eustachius Michaelis filius Puszkin, vicesgerens Muromensis, Theodorus Andreae filius Pisemski, vicesgerens Szacensis, aulici et Iohannes Andrejew filius Trophanow, scriba. Ephemerides Pragae d. 4 Iulii 1581 multa ficta commenticiaque his de rebus significaverunt:* Hieri arrivò lettera di Polonia della corte del Re, con aviso che'l Moscovita sia morto, certissime vedendosi che li principali suoi l'abbandonano et vanno dalla banda del Re, et fra li altri il suo cugino, il duca di Blis (s), con il cancelier principal, che tutti sono venuti a giurarli fideltà con li loro sudditi; li quali tutti consigliano detto Re a non far la pace, che seguitando la guerra, tutto lo essercito l'abbandonarà per la gran crudeltà, che detto Moscovito ha sempre usato. Il giorno di San Giovanni arrivò uno ambassiatore del detto Mosco, che non dà altrimenti nova della sua morte, se non che cerca l'accordo col Re, al quale vole rassignare tutta la Livonia dal porto della Narva, et il ducato di Smolensko, ma il detto Re non vuol secondo alcuno, anzi se ne va con l'essercito avanti, che si crede ne portarà la victoria (Mutina, Arch. di Stato, Avvisi). *Orator Alberti Pragae eadem die M. duci Etruriae idem scripsit:* Questi Pollacchi che sono in questa corte, hanno avviso che'l G. cancelliere et un duca nipote del Moscovita si sono ribellati, et se ne sono venuti in Pollonia al Re, et alcuni aggiungono la morte del Moscovita; et apparisce che il Re si serve dell'occasione, o della rebellione, o della morte, perchè spinge innanzi l'essercito (Florentiae, Arch. di Stato Medic. Ms. 4339 f. 111). *Leonardus autem Donatus, orator Venetus, duci suo d. d. Roma 8 Iulii veritatem rettulit:* L'ambasciator di Polonia qui residente, ha avisi che al Re suo s'era conferito un personaggio grande Moscovito, chiamato Visli (?), fuggito dal servitio di Moscovia, nella cui persona, per la scientia che ha di tutte le cose del padrone, pensa il Re di Polonia di ricever gran frutto. Et dice parimente che il detto Moscovito le haveva inviati tre ambasciatori, persone molto principali, per trattar la pace, ma che non se ne farebbe niente, volendo il Re la ricuperatione di tutto quello che anticamente era di Polonia. Et dice appresso che la trattatione del Possevino con il

crede bene che'l Moscovita vorrà la pace in ogni modo con lei, ma però non si può concludere senza l'armi in mano.

Leggendo a S. M-tà la lettera, che mi scrisse il P. Odescalco di Transilvania alli 26 di febraro[4] delli grandi progressi, che fanno li padri Giesuiti di Colosvar in quelle parti, et mostrandole come erano trascorsi fino in Ungaria, mi cascò in proposito di pregare S. M-tà a volere fare un altro collegio in Varadino città sua, et propagare quanto più si può la religione cattolica. S. M-tà venne in tanta dolcezza del frutto di questa sua opera, che mi disse: »certo, lo voglio fare«; et replicando io: se si contentava che lo scrivesse a S. S-tà, disse: »scrivetelo indubitatamente«. Et così questo con quello di Riga, Colosvar et Polozco seranno quattro propugnacoli della nostra santa fede, piantati in mezo de gli heretici et scismatici. Il nominato di Gnesna ne farà un altro in Callissia, così mi promise quando feci il suo processo; et il nominato di Cuiavia, che spero serà il secretario maggiore[5], ne farà un altro in Gedano, et quelli tre gentilhomini un altro in Lublino[6]: et già hanno dato principio alla fundatione.

Prima fu detto che gli ambasciatori del Moscovita seriano qui per li 4 di giugno, adesso s'intende che non sono lontani più di 20 leghe da questa città, et seranno qui di maggio, per la gran prescia che li ha fatta dare il Re.

Il secretario Solicoschi tornò di Riga[7], et riferisce che ci sono anco molte vestigia di catholici, et fra gli altri certe monache, alle quali il Re ha fatto restituire li loro beni, che gli erano stati tolti dalli heretici; con più agio mi darà la relatione d'ogni cosa, et le lettere che mi hanno scritto per risposta quelle monache[8], che per errore sono passate fino a Varsovia. Dal vescovo di Massa[9] per ancora non ho sentito avviso, nè visto lettera —

362. *Caligarius Gregorio XIII.* — *Vilnae 20 Maii 1581.*

Revocatione sua Rex offenditur; cur Possevini missio ei suspecta sit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 145 sq. *orig. manu propr. scr.* — *Ed. Theiner, Ann. Eccl. III p. 704 sq.*

Moscovito, per nome del Papa, nelle cose della religione sarà infruttuosa (*cf. N. 358*), senza la quale il Pontefice non s'intrometterà a far negociar pace, che sia a commodità di scismatici (Venetiis, Arch. di Stato, Senato — Roma — Secr. Filza n. 15 f. 113 *orig.*).

361. [4] *Vid. sup. N. 352 adn. 10.*

[5] *Hieron. Rozdrażewski.* [6] *Vid. sup. N. 335.*

[7] *Ioh. Demetrius Solikowski, scholasticus Vladislaviensis et Lanciciensis, custos Sandomiriensis, secretarius regius, postea archiep-pus Leopoliensis, a Rigensibus iuramentum fidelitatis, Regi Poloniae praestiti, recepit. Vid. inf.*

[8] *Ord. Cisterciensium. Vid. sup. N 317.* [9] *Albertus Bolognettus.*

Beatissimo Padre. Dopo l'humile bascio delli santissimi piedi. Gionsi, per ubbidire V. B-ne, in questa città alli 18 di questo, alli 19 hebbi audienza dalla M-tà del Re, et trattai quelle cose che V. S-tà intenderà dalla lettera, che scrivo a Mons. Ill-mo di Como[1]. Quello che mi pare conveniente che V. B-ne sappia da me, et sia fra lei sola e'l S-r Card. di Como, è questo. Quando io detti nova al Re come in Ostrovia haveva ricevuto lettere da Roma della mia revocatione da questa nontiatura, et che comminciai a dimandare buona licenza, et laudare, et raccommandare il successore, S. M-tà contra il suo stile, si conturbò grandemente, et come alterata, non mi lasciando fornire di dire, proruppe in queste parole formali: »N u n c i a m i n t e l l i g o a r t e s i n i m i c o r u m m e o r u m«. Et quivi si estese a dirmi tanti particolari delle prattiche di Roma, che mi fece stupire: et mi affermò che non poteva credere che questa revocatione nascesse dal motoproprio di V. B-ne, servita da me con tanta fede et con tanto studio, ma dalla importuna instanza di persone, che, tirate dalla propria passione, non amavano nè il servitio di Dio, nè l'honore della Sede Ap. (dico quello che disse S. M-tà, et dico sobriamente per fuggire l'ostentatione), et gli era molto molesta la buona intelligenza, che mediante la persona mia era nata tra la S-tà V. et la S. M-tà; et concluse che voleva spedire corriero a posta al vescovo di Plozca, et scrivere di suo pugno a V. B-ne, supplicandola che mi lasciasse continuare con sua buona gratia in questo servitio[2]. Et repplicando io che questa era revocatione universale di tutti li nuntii Ap.[3], et non mia particolare, et consuetudine inveterata di cotesta S. Sede, mi rispose che era bene informato del contrario: imperochè sapeva che Mons. Portico haveva continuati sei anni la sua nuntiatura appresso il Re Sigismondo Augusto, et Mons. Ill-mo Card. Delfino diece appresso l'Imperatore[4]. Et supplicando io S. M-tà che volesse havere riguardo di non pregiudicare a me nella buona gratia di V. S-tà, mi disse: »Non dubitate, chè io ho tanta fede in S. B-ne che piglierà in buona parte questo officio da me, et intenderà che non mi movo per vostro rispetto, ma per mio interesse«. Mi disse di più che, se le mie lettere non arrivavano quattro dì prima di quelle del vescovo di Plozca, che non haveria conceduto salvo condotto al P. Possevino, la persona del quale non gli era confidente per alcune prattiche che ha inteso delle sue di Praga et di Roma, che eccedono la professione di Giesuita[5], ma che per

---

362. [1] *N. 361.* [2] *Vid. sup. N. 359 et N. 360.* [3] *Vid. sup. N. 332.*

[4] *De Vincentio a Porticu vid. sup. N. 360 adn. 2. Zacharias D., ep-pus Pharensis, ter munus nuntii Ap. in aula caes. obibat: tertia vice (1561—65) diutissime.*

[5] *P. Skarga S. I. Claudio Aquavivae, praeposito generali suo, hac in causa d. d. Vilnae 25 Maii 1581 haec scripsit:* — — nunc, quod magni momenti esse puto, secrete — adiicio. Tertio sum iam hic Reg. M-tem allocutus, semper fere notavi legationem illam in Moscoviam P. Possevini Reg. M-ti ita esse suspectam, ut in ea verba coram me prorumperet: »A bonis«, inquit, »meis amicis profecta res est«, voluitque ul-

non parere inconstante, non mutava la sua deliberatione, terria ben mano che non trappassasse il capo della religione; quanto al capo della pace, voleva fosse trattato per persona confidente et grata. S. M-tà non è fuori di suspittione che in Praga non fossero mutilate le commissioni dell'ambasciatore Moscovita che veniva a Roma, parendole impossibile che quello Gran Duca, per gratificarsi a V. S-tà, non habbia pigliato il pretesto della religione, come hanno fatto li suoi antecessori, se non per fare da vero, almanco per simulare, et accommodarsi al tempo et alla necessità. Nè S. M-tà è restata contenta che l'ambasciatore usasse uno interprete suspetto, nè tampoco, che il Card. Madruzzi fosse tra li quattro Cardinali deputati a questo negotio[6]. Le quali cose tutte, se bene sono fatte da noi semplicimente et senza malitia, è però tanta la zelosia delli stati, che facilmente movono suspittione: et serà bene una altra volta advertire meglio a questi punti, et tenere mano di non perdere in una hora quello che in tanti anni, et con tanta fatica, si è acquistato appresso questo savio, pio et valoroso Re. Di me commandi V. S-tà quello che più l'è servitio, chè io serò fino alla morte obedientissimo alla voluntà et cenni suoi[7]. Di

---

timo colloquio M-tas Regia, ut hac de re cum R-mo nuntio Ap. conferrem, ex quo plura ad eam rem spectantia intellexi et statim suggerendum esse V-rae R-dae P-ti putavi. Hoc Reg. M-ti mirum videtur: quod cum Moschi nuntius *(Szewrigin)* ad Pontificem nullam religionis fecerit mentionem, nec spem aliquam dederit ad suum schisma relinquendum, unde haec cura eius ad catholicam ecclesiam reducendi sumpserit initium. Ego, ut verum dicam, nihil hic simile unquam audivi, nec quisquam animo concepit tyrannum hunc, summis et infinitis flagitiis horrendisque sceleribus deditum, et semper aliquid addentem ad peccatorum, uti audimus, pondus, conversionem ad ecclesiae unitatem cogitasse. Imo nihil magis execratur et, sicuti vere dixit Reg. M-tas, infidentes nos prorsus catholicos omnes existimat et solam christianitatem in Moscoviae finibus esse circumscriptam arbitratur. Nunc certe sub tali tyranno ad haec semina catholicae veritatis in Moscovia nulla esse videtur opportunitas. Quod si etiam necessitate armorum victus faceret aliquid spei, quam durationem hoc nobis polliceretur? Nec illud tacebo personam ipsam *(Posserinum)* Reg. M-ti, cui hoc est munus commissum, non placere omnino et esse multis apud ipsam suspicionibus obnoxiam, propter tractatus quosdam cum principibus, a quibus semper hic aliquid metuitur. Proinde V-ra R-da P-tas curet, ne tota societas *(Iesu)* in hoc Regno animi regii alienationem patiatur. Tanta de nobis sibi persuasit — princeps optimus, qui summo zelo ad restaurandam catholicam religionem fertur, ut me quandoque mei pudeat cogitandi mihi, plura Deum in animum regium de nobis iniecisse, quam res ipsae pati videantur. Itaque si sancto et prudenti iudicio V-rae R-dae P-tis videtur, curandum esset, ut legatio ista relinquatur a nostris, quae, uti conicio, non succedet, et nobis, hoc est, societati nostrae in hoc Regno, tali tempore et a tali persona, quae iam est suspecta, non proderit. Ad hanc rem pertinere puto, quod mihi a R. P. Magio scriptum est, ne aliquem patiar extra provinciam mitti, nisi expresse sit mihi a V-ra R-da P-te scriptum. Quod ego statim de Moscovitica hac missione sum interpretatus, et non esse illam ex animo V-rae R-dae P-tis profectam nescio, an vere coniciam — *Ks. J. Sygański. Listy Ks. P. Skargi p. 146 sq.).*

[6] *Vid. sup. N. 318 adn. 5 et 8.*

[7] *Caligarius Cardinalem Borromaeum de itinere suo Lithuanico et de revocatione*

Vilna alli 20 di Maggio 1581 — Di V. S. humilissimo et fidelissimo servo il vescovo di Bertinoro.

363. *Stanislaus Karnkowski Cardinali Comensi. Raciąż 22 Maii 1581.*

Cancellarium suum, ad confirmationem nominationis suae in archiep-pum Gnesnensem petendam a se missum, commendat auxiliumque a Cardinali hac in causa petit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 154 *orig.*

Tanta est Ill-mae et R-mae D-nis V-rae apud S. D. N. auctoritas, tanta erga gentem Polonam animi voluntatisque propensio ac erga Ser-mum Regem nostrum studium, ut nemo ad nos ex Urbe veniat, qui non haec omnia summis laudibus extollat. Georgius vero Ticinius, mihi amicitiae vetustate coniunctissimus, per literas suas crebro de Ill-mae D-nis V-rae benevolentia me certiorem fecit. Quo ego nomine magnas Ill-mae ac R-mae D-ni V-rae ago habeoque gratias, petoque maiorem in modum, ut in negotio, quod mihi in Urbe gravissimum est, eandem voluntatem omni animi alacritate exhibere cancellariumque meum R-dum D. Iacobum Lempicium[1], quem ad confirmationem nominationis et electionis meae peten-

---

epistola d. d. Vilnae 23 Maii 1581 certiorem fecit et exemplum salvi conductus necnon epistolae regiae (N. 356) adiunxit, perchè è degna d'esser veduta da lei et da ogniuno. *De colloquio autem suo cum Rege ita scripsit:* S. M-tà, contra la sua natura, si alterò molto, et mi ordinò che non mi partisse a niun modo; et quel giorno istesso spedì un corriero a posta al vescovo di Plozca suo amb-re in Roma, per farmi restare, et con un altra lettera tutta di suo pugno a N. S-re *(exempla N. N. 359 et 360 C. adiunxit)* — Il Re che è informatissimo delle cose di Roma, intende che non era voluntà di S. B-ne di rivocarmi, ma circonvenuta dalle prattiche di poco amorevoli di S. M-tà, si è lasciata vincere, se ben è stata forte un gran pezzo et quasi fino all'ultimo, il che appare dagli ordini mutati in un subbito — — — (Mediolani Bibl. Ambros. F. 155 f. 282 *orig.*). *Card. Borromaeus d. d. Airolo 6 Augusti 1581 ei respondit:* In quel che V. S. mi scrive con la sua del 23 di maggio haver fatto cotesto Ser-mo Re, acciochè ella non si parta di costà, riconosco molto bene le attioni lodevoli sue in quella nunciatura, le quali mi son sempre promesso de la pietà, che già tanto tempo la conosco in lei. Ma se giungesse il vescovo di Massa, avanti che venisse risposta da Roma che rivocasse il primo ordine, datoli di ritornarsene in Italia a l'arrivo suo, parmi che V. S. dovesse eseguire le commissioni di N. S-re in ogni modo *(ed. Cronaca di Brisighella XXII p. 99 sq.). De rationibus, quae avocationem Caligarii effecerunt, vid. L. Boratyński, Studya nad nuncyaturą Bolognettego (Rozpr. wydz. hist. fil. Akad. Krak. T. 49 p. 63).*

363. [1] *Iacobus Łempicki, decanus Volboriensis. In posterioribus litteris praeter hunc Albertus Staniewski, cantor Scarbimiriensis, quoque nominatur. Instructio, ab archiep-po Gnesnensi nominato eis data, a. Wierzbowski, Uchańsciana IV p. 367 sq. De procuratoribus archiep-pi Gnesnensis Rescius Cromero d. d. Romae 15 Iulii 1581 haec scripsit:* D. Łempicki et Staniewski — venerunt incolumes, hodie Sabellum Cardinalem *(viceprotector Regni Pol.)* convenerunt, qui expeditionis celerrimae spem certam ostendit (Bibl. Czartor. Ms. 308 f. 577 *orig.*).

dam mitto, commendatissimum habere, quaeque nomine meo illi est expositurus, humaniter audire velit: cui mandavi, ut in omnibus, quae tractabit, negotiis, consilio patrocinioque Ill-mae D-nis V-rae inprimis nitatur. Quidquid vero studii et benevolentiae in promovenda apud Suam S-tem confirmatione mea ostenderit, id M-ti Regiae, D-no meo clementissimo, gratissimum erit; ego vero nunquam committam, ut tanti beneficii unquam ingratus esse comperiar: quaecunque enim vel ad commodum, vel ad dignitatem D-nis V-rae Ill-mae spectabunt, ea me non secus ac mea diligentissime curaturum recipio. Dominus Deus nobis et ecclesiae suae D-nem V. Ill-mam diu conservet incolumem.

Datum in arce mea Raciąznensi 11 Kal. Iunii — Ill-mae ac R-mae D-nis V. addictissimus servitor Stanislaus Carncovius, nominatus et electus archiepiscopus Gneznensis et episcopus Vladislaviensis.

364. *Stan. Karnkowski Cardinali Guastavillano. S. l. d. (22 Maii?) 1581.*

Cancellarium aliosque familiares suos, qui negotia sua Romae tractaturi sunt, commendat.

Romae, Bibl. Chigi LIII 66 f. 19 *orig.*

Ea nunc est negotiorum meorum in Urbe ratio, ut absque auctoritate atque consilio Ill-mae D-nis V-rae nequaquam recte confici posse videantur. Cum enim omnipotenti Deo placuerit, ut mortuo superiori mense archiep-po Gnesnensi, Regni Poloniae primate, ego eidem successor nominatus et electus essem, cumque eam ad rem, quasi manus suprema ad operis perfectionem, S-mae Sedis Ap. assensus et approbatio desideretur: faciendum putavi, ut R. D. Iacobum Lempicium, secretarium regium cancellariumque meum, cum aliis familiaribus meis gravissimi huius negotii conficiendi causa isthuc ablegarem. Et quia tanta est Ill-mae D-nis V-rae gratia et auctoritas, qua pollet inprimis apud S. D. N. cum propter coniunctionem sanguinis [1], tum propter eximias suas in omni genere virtutes, tanta praeterea et tam illustris, qua exemplo S. Pontificis gentem Polonam complectitur, benevolentia studiumque erga Ser-mum Regem nostrum Stephanum, ut omnia haec et literis et sermone multorum apud nos depredicentur: venio in certissimam spem neminem isthic futurum una Ill-ma D. V-ra aut maiorem patronum, aut acriorem causae meae defensorem. Quocirca hos meos familiares omnes Ill-mae D. V-rae diligentissime commendo, petoque maiorem in modum, ut illis in omnibus, quae tractaturi sunt, negotiis auctoritatem, consilium patrociniumque suum praesto esse velit, ac simul me non modo sibi commendatissimum habeat, sed etiam S-mo D. N-ro de nota meliore commendet. Quod ut Ill-mam D. V-ram

364. [1] *Philippus Guastavillanus nepos ex sorore S. Pontificis fuit.*

pro innata illi erga nos benevolentia facturum esse non dubito, ita me vicissim recipio daturum omnem operam, ne tantum studium et officium in hominem ingratum ab illa profectum esse videatur. Sed et Ser-mo Regi nostro, S. Sedis Ap. acerrimo defensori, nunc cum a Regni finibus arma longissime profert, rem profecto gratam faciet Ill-ma D. V-ra, ecclesiae vero huic, ad quam Dei beneficio sum vocatus atque adeo Regno universo necessariam atque salutarem. Quae omnia, ne longior sim, exponent Ill-mae D. V. iidem familiares mei. Quam ut Deus Opt. Max. diu nobis florentem et incolumem conservet, opto illique mea studia et officia commendo. Ill-mae ac R-mae D. V. addictissimus et deditissimus servitor Stanislaus Carncovius, nominatus et electus archiep-pus Gneznensis, et ep-pus Vladislaviensis, manu sua scripsit.

365. *Stephanus Rex Gregorio XIII P. M.* *Vilnae (m. Maio?) 1581.*

Ut pecunia, ad confirmationem ab archiep-po nominato Gnesnensi impetrandam pertinens, ternis aequalibus pensionibus ab eodem persolvatur, petit.

Ed. M. Kojałowicz, Dnewnik posledniago pochoda Stefana Batorja na Rossju. Petropoli 1867, p. 236.

Cum nuper ad S-tem V-ram de mea nominatione R-di in Christo Patris Stanislai Carncovii ad archiep-patum Gnesnensem scriberem, orabam S-tem V-ram, ut nominati illius mei, graviter sumptuum magnitudine antehac attenuati, in iis impensis, quae ad confirmationem a S-te V-ra impetrandam ad sacrum ipsum pertinent, clementissimam rationem habere dignetur; et quibus id de causis facerem pro viro optime de ecclesia, optime de republica semper merito, et superioribus proximis interregnis aliisque temporibus magnitudine sumptuum necessariorum admodum exhausto, tum exposui[1]. Commendo eandem causam iterum atque iterum S-ti V-rae et ad superiorem illam commendationem hanc etiam addo, ut rogem S-tem V-ram, ut, quae pecunia illi nominato meo Gnesnensi ex S-tis V-rae arbitrio et clementissima moderatione solvenda erit, eam inter binos annos divisam, ternis aequalibus pensionibus persolvat. Neque enim in summa archiep-patus vastitate maximisque bonorum illorum damnis, quae effecta et valetudine et aetate antecessoris sui allata sunt, ullo modo se efficere posse intelligit, ut pecuniam omnem una numeratione dissolvat. Confido, ut ceteris in rebus, pro quibus antehac intercessi S-tis V-rae facilitatem summam expertus sum, ita me in hac aequissima causa eandem quoque cogniturum. Commendo me —

365. [1] *Praeter sup. N. 343, aliam etiam epistolam a Rege ad S. Pontificem scriptam esse apparet, quae tamen desideratur.*

366. *Stanislaus Karnkowski Gregorio XIII P. M.* *S. l. d. (m. Maio?) 1581.*

Mandatarios suos, ad confirmationem obtinendam missos, commendat.

Ed. M. Kojałowicz, o. c. p. 239.

Placuit omnipotenti Deo, ut mortuo non ita pridem R-mo D-no archiep-po Gnesnensi, Regni primate, post Ser-mi Regis D-ni mei clementissimi nominationem, ego successor eidem electus ac postulatus sim. Quamvis autem facile perspiciam, quam grave ac difficile hoc onus sit futurum tam infaustis ac periculosis temporibus, in Regno diversis haeresibus referto, licentia hominum ac audacia in dies excrescente, primas ac praecipuas partes in ecclesia Dei et senatu sustinere, tamen confisus Dei Optimi clementia, S-tis V-rae benedictione multorumque piorum, quae hoc nomine ad Deum fundi certum est, votis et precibus, divinae vocationi resistere vix audeo.

Proinde mitto Venerabiles: Iacobum Lempicium, decanum Volboriensem et Albertum Stanevium, canonicum Scarbimiriensem, familiares meos [1], ad S-tem V-ram, ut confirmationem S. Sedis Ap. nominationis ac electionis istius obtineant, a qua humillime supplico, ut iisdem in aliis quoque rebus, quas nomine meo expocituri sunt, benignas aures praebere mihique gratiam suam paternam declarare ac benedictionem Ap. impertiri clementer dignetur. Ego vero Deum quidem imprimis pro diuturna ac felici vita S-tis V-rae ad incrementum ecclesiae ipsius continuo deprecabor, deinde etiam, quod semper hactenus praestare pro viribus studui, tanto diligentius omni studio contendam, ut me totum deinceps viresque meas omnes nonnisi ad Dei Optimi gloriam, ad Ap. ecclesiae defensionem et ad omnium mihi commissarum animarum salutem procurandam convertisse S-tas V-ra intelligat. Cui iterum cum omni subiectione ac reverentia pedes exosculor precesque ac obsequia mea humillima defero [2].

367. *A. Possevinus Andreae Opaliński.* *Vratislaviae 25 Maii 1581.*

De litteris patentibus Regis acceptis; de suo itinere.

Cracoviae, Bibl. Czartor. Ms. 2460 (II) f. 883 *orig. manu propr.; inscr.:* Mag-co etc. Radlini. — *Ed. M. Kojałowicz, o. c. p. 209.*

Magnifice et admodum Ill-ris D-ne. Cum ego hodie litteras acceperim a V-ra Mag-ca D-ne cum patentibus litteris Ser-mae M-tis R. [1], quibus ego

366. [1] *Vid. sup. N. 363.*

[2] *Eadem die St. Karnkowski ad Card. Farnesium quoque, protectorem Regni Poloniae, litteras dedit, quibus ab eo petivit, ut Lempicium et Stanevium* et benigne audire et in omnibus promovere *non dedignaretur (ed. Kojałowicz, o. c. p. 240).*

367. [1] *Possevinus, qui unacum internuntio Moscovitico 27 Martii Roma discessit, se-*

cum Moschis ad eius R. M-tem atque inde in Moscoviam possem tuto transire, id sane mihi fuit quam gratissimum, sicuti et S. Pontifici erat peroptatum, cuius S-ti, antequam hinc discedam, mittam V-rae D-nis Mag-cae litteras, ut etiam studium ipsius agnoscat et, qua licebit ratione, compenset. Ego vero hinc post triduum (ad summum) discedam indeque Calissiam veniam cum meo comitatu, nam unus e Moschis iustas ob causas Lubecam discessit. Sed quae erant necessaria huic negotio agendo, de quo me S. Pontifex mittit ad Ser-mam M-tem R. et ad ipsum Moschum, ita mecum fero, ut ei, qui me meosque deducet, sim non parvas nomine eius S-tis gratias habiturus. Quas interim ago ex animo V-rae Mag-cae D-ni, cui et defero omnia mea officia quam promptissime. D. Iesus illam omnibus bonis et donis coelestibus augeat — V-rae Mag-cae D-nis servitor deditissimus in Christo, Ant. Possevinus.

368. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 27 Maii 1581.*

De Sigismundo Bathory, principe Transsilvaniae electo; de ep-po Vilnensi; de civitate Rigensi; quid nominatus Gnesnensis a se petierit; de oratoribus Moscoviticis; de conversionibus Vilnae effectis; de collegio Clau-

---

cundum instructiones sibi datas (vid. sup. N. 330 adn. 1) Venetiis, Graecii, Viennae et Pragae mandata executus, tempus aliquod moratus est. Quae ab eo hoc in itinere acta sint, vid. P. Pierling, La Russie et le Saint-Siège II p. 29 sq. necnon Bathory et Possevino, Documents inédits sur les rapports du Saint-Siège avec les Slaves. Paris 1887, p. 40 sq. Praga misit Iohanni III, Regi Suetiae, effigiem Margarethae, ducis Mantuani filiae et alteram archiducis Caroli filiae (Annae), quia Rex Suetiae de matrimonio filii sui Sigismundi, postea Regis Poloniae, tunc temporis iam cogitabat. Pragae etiam 18 Maii discessit a Possevino internuntius Moscoviticus, qui Lubecam profectus est, per Mare Balticum in patriam rediturus. Possevinus autem, Pragae etiam interea epistola Caligarii d. d. 27 Aprilis (vid. sup. N. 348) recepta, d. 20 Maii (Nunz. Germ. Vol. 99 f. 446) *Vratislaviam cum Andrea Ierino, praeposito Vratislaviensi, profectus est. Iam d. d. Vratislaviae 25 Maii Ierinus Andreae Opaliński, S. marsalco Regni, de adventu Possevini Praga secum adducti scripsit:* — — qui cum de itinere et transitu per Poloniam cogitaret, peropportune Ill-mae D-nis V-rae litterae unacum patentibus Ser-mi Poloniae Regis — allatae fuerunt — Porro de itinere et oppidis, per qua R. D. Possevinus iter est facturus, non dubito, quin Ill-ma D. V. in suis litteris hisce adiunctis fecerit certiorem (Arch. Czart. Ms. 2460 (11) f. 541 *orig.*). *Revera Stephanus Rex d. d. Vilnae 12 Maii Andreae Opaliński haec significavit:* — — hortamur Sinc. V-ram, ut quandoquidem Vratislavia per Maiorem Poloniam (*Possevinus et internuntius Moscoviticus*) transibunt, ita itinera eorum disponat, ut per loca ea, quae illi (*Possevino*) commodiora videbuntur, conficiat. *In P. S. vero addidit:* Volumus autem, ut illi aliquem virum idoneum, ut vocant, przistavum adiungat, qui illum usque ad fines Moscoviae deducat (*ed. Kojałowicz, o. c. p. 208*). *Possevinus in epistola sua ad Claudium Aquavivam d. d. Rigae 28 Aprilis 1582 haec ea de re scripsit:* — Apparuere litterae Poloniae Regis, quibus nobis fidem publicam mittebat, qua libere per eius Regnum internuntium Moschi deducere, nobilique nobis adiuncto, victum gratis habere possemus (*Supplem. ad hist. Rus. mon. p. 391*).

diopolitano; de legatis Tartarorum; de legatione Moscovitica a Rege excepta.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 155 sq. *orig. — Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I, N. 217 p. 311.*

Alli 21 di questo arrivò nova al Re che Sigismondo suo nipote, figliuolo del principe di Transilvania, fanciullo di nove anni et d'indole mirabile, ne' comitii generali di quella provincia, con consenso universale di tutti gli ordini senza discrepantia di niuno, era stato eletto principe et desegnato successore al padre. La quale cosa rallegrò molto S. M-tà, et a me ancora dette non picciola consolatione, per rispetto della religione cattolica che davero è favorita da quel principe, che alleva questo figliuolo sotto la disciplina delli padri Giesuiti. Questo è il negotio, che vennero a trattare a Varsovia nelli comitii passati gli ambasciatori di Transilvania [1]. Io ho scritto al principe, et fatta la debita congratulatione per complimento.

Il vescovo di Vilna non è ancora venuto, nè so quando verrà [2], poichè s'intende essere per ancora ammalato; dui canonici suoi, che erano andati per visitarlo, sono tornati senza poterlo vedere.

La città di Riga fece homagio solenne alla M-tà del Re, in mezo la piazza di Riga sopra un gran catafalco, in mano del secretario Solicoski cattolico per Polonia, et del secretario Agrippa heretico per Lituania [3]: ambi commissarii regii; et in segno di letitia furono sparate molte artigliarie etc. Vi sono vestigia della fede cattolica tali, che il Re pensa di poterla sollevare in breve. Prima che io venissi, ha detto al P. Scarga che, venga o non venga il loro provinciale, che vole condurlo con seco là [4], a me ancora, dopo haver scritto a N. S-re di suo pugno et spedito corriero a posta a Roma per farmi restare [5], mi ha invitato del medesimo viaggio: io mi sono riportato all'arbitrio di S. B-ne.

Il vescovo di Cuiavia, nominato di Gnesna, tenta mirabili vie per fuggire di pagare del suo l'annata de l'arcivescovato: dopo che io sono qui, ha mandato un suo secretario a fare instanza al Re che non voglia nominare niuno al vescovato di Cuiavia per dui anni ancora, acciò lui ne

---

368. [1] *Vid. sup. N. 319 adn. 5.* [2] *Vid. sup. N. 347 adn. 5.*

[3] *Ioh. Dem. Solikowski, vid. sup. N. 361 adn. 7. Venceslaus Agrippa, M. Ducatus Lithuaniae notarius. Iuramentum hoc 7 Aprilis 1581 a civitate Rigensi praestitum est. Vid. M. Dogiel, Cod. R. Poloniae V p. 306.*

[4] *P. Skarga Claudio Aquavivae, praep. generali S. I., d. d. Vilnae 25 Maii haec scripsit:* — Regia M-tas cum exercitu ibit Polociam et inde in Livoniam, si pax firmabitur. Ideoque in primo colloquio admonuit me, ut ad res firmandas collegii Polocensis futuri cum ipsius M-te vadam et alios, qui Rigam cum comitentur et ibi initia collegii ponant, habeam paratos. Quod omnino, inquit, facere oportet, sive veniat opportune P. provincialis *(qui nondum nominatus erat)*, sive non veniat *(Ks. J. Sygański, Listy X. P. Skargi p. 145 sq.).*

[5] *Vid. sup. N. 359 et N. 360 adn. 3.*

possa trarre li frutti. S. M-tà, al quale per avventura non è piaciuta questa dimanda, l'ha rimesso a me [6]. Il secretario che havea lettere di credenza dal nominato per me, è venuto a pregarmi che lo voglia aiutare, dicendo anco che il Re l'ha rimesso a me. Io che camino per la via della simplicità ecclesiastica, gli ho detto apertamente che questo partito non è canonico, nè serà promosso da me, sì perchè è di male essempio, sì perchè tende in perditione delle anime che restariano fra tanto neglette, sì perchè è contra li sacri canoni che'l nominato sia arcivescovo et vescovo in un tempo, sì anco perchè farebbe odioso il Re, oltre il resto, appresso li prelati di corte espettanti, et così l'ho licentiato. Egli, pentito di havermi scoperto questo suo conato, l'altro dì venne a dirmi che li perdonassi di quello che mi havea detto, per che all'hora era imbriaco. Spero che il Re farà la nominatione, subbito che'l G. cancelliero venga alla corte, et si provederà all'indennità di quella chiesa (ben male trattata) con la persona del gran secretario o del vicecancelliero [7].

Alli 24 di questo li tre oratori del Moscovita [8] fecero la loro entrata in questa città, incontrati al solito per ordine del Re da molta cavalleria. Ma avanti loro era venuto David Bielzcki nobile transfuga Moscovita [9], che ha revelato molte cose, specialmente, che qui sono molte spie che avvisano precisamente d'ogni cosa il Gran Duca, et il ponto principale loro è stato sempre questo: che cerchi di tirare la guerra in lungo, per che il Re non haverà subsidio dal Regno per sostentarla; et questo consiglio è stato pernitioso al Mosco, per che è riuscito falso che il Re non possi continuare la guerra, et la contributione è già decretata ne' comitii per dui altri anni, oltre li primi dui. Che questi oratori portano commissioni di cedere tutta la Livonia, eccetto Narva et tre altre fortezze [10], ma che se'l Re camina inanti armato, senza dubio la renderà tutta.

Ho fatto il raccolto delle conversioni degli heretici et Ruteni di questo anno, fatte in mani del P. Scarga et delli Bernardini di Vilna, et là mando, per che è notabile: quelli del Scarga passano 134 dal principio di quaresima in qua, quelli delli Bernardini passano pure cento [11].

[6] *Rex precum Stanislai Karnkowski adiutor fuit Vid. inf.*

[7] *Non Ioh. Borukowski vicecancellarius, sed Hieron. Rozdrażewski secretarius maior, ep-pus Cuiaviensis d. 20 Iunii nominatus est. Observandum est id, quod Caligarius (vid. inf. N 428) affirmat, vicecancellarium de iure suo ad hunc ep-patum concessisse et ex scripto assensum suum praebuisse.*

[8] *Vid. sup. N. 361 adn. 3.* [9] *Vid. sup. N. 361.*

[10] *Novogardia Livonica (Neuhaus, Nowogródek infl.), Neuschloss (Serensk), Neumühlen (Adesz). Vid. inf. N. 371.*

[11] *In schedula his litteris* (f. 155) *affixa, a P. Skarga scripta:* Dominus hoc anno ad finem quadragesimae 1581 reducere dignatus est Vilnae per patres Societatis Iesu schismaticos 79, haereticos 55. Dubii et nutantes plurimi confirmati. 79 + 55 n° 134 Petrus Scarga m. p. *(ed. Sygański, o. c. p. 151). De conversionibus a Bernardinis effectis, vid. Append.*

La M-tà del Re mi ha mostrato una lettera del P. Vangrovetio rettore di Colosvar[12], scritta alli 11 di maggio, nella quale si dichiara che già il principe ha applicato tre altre ville che il Re havea promesso, a quel colleggio; che li padri erano passati di Colosmonostra ad habitare la città di Colosvar. Haveano aperti li studii, fatto una disputa con un dialogo et distributione di premii per eccitare li scolari, in presentia del principe et con tanto favore della maggior parte del populo, che molti heretici si erano offerti di mandare li loro figliuoli a quelle scole; non mancavano però contradittioni de' ministri, ma la bontà et prudenza del principe superava ogni difficultà.

Sono qui dui ambasciatori de' Tartari christiani, di quelli di Caffa, che dicono haver già dato quattro fanciulli al seminario Ap. di Bransberga[13], et che in breve ne daranno altretanti; et costoro mi affirmano che volentieri verriano ambasciatori a Roma per il loro principe, et portariano lettere sue, con animo non di parlare di farsi christiani, ma solamente di fare amicitia, et di ricevere presenti et le spese per tutto il viaggio, così nell'andare come nel tornare. Questa sera legatione quasi ridicola et di gran spesa, et non serviria ad altro, che alla pompa: potrebbe essere che, quando si facesse guerra al Turco, per tirarli dalla nostra *(s)*, giovasse a qualche cosa. V. S. Ill-ma vedrà lei[14].

Alli 26 di questo hebbero audienza gli oratori Moscoviti dal Re et dal senato, et dopo haver fatta riverenza profunda con la testa fino in terra, stando il Re nel suo solio sotto il baldachino, senza cavarsi nè beretta, nè altro, ma porgendoli semplicemente la mano a basciare, parlarono tutti e tre uno dopo l'altro, ripigliando ciascuno, per sua parte, il ragionamento tre volte: la summa fu reepilogare tutte le cose passate tra questi dui principi, et per che non si sparga più sangue humano; che il loro Gran Duca dimanda la pace con offerire di restituire la Livonia, eccetto due fortezze Narva et Derbt[15], che sono il fiore et le chiavi della provincia. Fu loro risposto che, se non havevano altro da dire, si preparassero a partire quanto prima; et per li segni della grande humiltà mostrati si

368. [12] *Iacobus Wujek de Wągrowice (Vangrovecius).*

[13] *Vid. sup. N. 116 et N. 192 adn. 8.*

[14] *Vid. sup. N. 156 decifr. Sine dubio legationi illi interfuit Zacharias Goselfi, filius Vincentii, Caffensis, quem Romam venturum Posserinus d. d. Vilnae 24 Iunii 1581 Card. Comensi commendarit:* — Voleva lasciarmi un picciolo putto Tartaro, ma et per l'età, et perchè il seminario di Brunsberga è pieno, non ho potuto admetterlo. Suppheo humilmente V. S. Ill-ma che con questa occasione dilati anco nella Tartaria il suo favore, poichè Dio Signor nostro, cominciando dalle cose piccole, suole amplificarle con tali mezi. Et anco i Tartari (spero) renderanno nel cielo testimonio della carità di V. S. Ill-ma — (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 146 *orig.).*

[15] *De Dorpato praeter alias arces (vid sup. adn. 10) ab oratoribus expetito, vid epistolam Ioh. Borukowski ad Andr. Opaliński d. d. Vilnae 28 Maii (Kojałowicz, o. c. p. 213) et Heidenstein, o. c. p. 167. Cf. inf. N. 376 adn. 2. De hoc postulato postea decesserunt. Vid. inf. N. 371.*

spera faranno più larghe offerte. Quello che seguirà, porrò di mano in mano in un'altra lettera.

369. *A. Possevinus Cardinali Comensi.* *Vratislaviae 27 Maii 1581.*

De salvo conductu regio (omissis ceteris).

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 120 sq. *orig. manu pr. scr. — Ex parte ed. P. Pierling, Bathory et Possevino N. 20, p. 85.*

Dalla copia dell'inclusa patente, la quale il Re di Polonia per huomo a posta ci ha mandato qua avant'hieri [1], intenderà V. S. Ill-ma la buona mente di S. M-tà et come, benchè habbia molto cattivo concetto del Moscovito, nondimeno non ha voluto pretermettere di ubidire pienamente a S. S-tà. Il che fa che con alquanto maggiore animo speriamo di potere passare verso Moscovia, quantunque prima si debba andare a Vilna, per la qual parte dimani partiremo — — —

370. *Stanislaus Karnkowski Caligario.* *Radzieiorii 28 Maii 1581.*

Avocationem nuntii Ap. moleste fert; de amicitia sua ei asseverat: ut Tarquinius Peculus sibi relinquatur, petit; de Alberto Emporino et Mathia Pstrokoński.

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 100ʳ sq. *cop.*

Non sine magno animi mei dolore ac sensu ex quorundam litteris et sermone intellexi D. V. R-mam a S. D. N. in Urbem accersiri. Etsi enim non dubitabam, quin ea esset S. P. Nostri mens in D-ne V. R-ma ab eo munere revocanda, quo summa cum laude bonorumque omnium approbatione perfuncta est, ut illam tandem pro tot susceptis exanthlatisque in hoc Regno laboribus, dignis sua virtute ac tolerantia praemiis afficeret (quod mihi pro veteri in D. V. R-mam studio iucundissimum accidere debebat), tamen, quod illam eo tempore mihi eripi viderem, quo iucundiorem ipsius consuetudinem praesentiamque magis necessariam sentiebam, non potui sane non admodum graviter molesteque ferre. Enimvero (ut ingenue fatear, quod res est) magnam procellarum tempestatumque earum partem, quas mihi in archiep-patus navi regenda iniquissimo hoc christianae reipublicae tempore, non secus ac in turbulentissimo mari atro, innunc in litore positus exoriri conspicio, decreveram in D-nem V. R-mam (cuius mihi prudentia sinceraque in me benevolentia ac fides non obscuris esset indiciis perspecta) maxima cum fiducia transferre. Iam vero, quoniam ea est amicitiae lex, ut in amicorum fortuna non ea tantum, quae nobis

369. [1] *Vid. sup. N. 367 adn. 1.*

iucunda atque utilia videantur, verum etiam ea, quae sint e re dignitateque illorum, spectanda esse intelligamus, idcirco non tam mihi iacturae (quam sane gravissimam facio), quam D-nis V. R. commodi dignitatisque rationem habendam esse duxi, cum praesertim tanta sit in eadem amicitia vis, ut, cum bene constituta confirmataque fuerit, nec locorum intervallis, nec diuturnitate temporum, nec fortunae incommodis labefactari possit. Quo fit, ut firmissima quiete tenear non minorem me ex D-nis V. R. in me benevolentia fructum percepturum, cum a nobis absens erit, quam cum hic non tam loci, quam animi optime erga nos affecti propinquitate praesens esset. Porro autem ne iis praesidiis, quae in D-nis V. R. saluberrimis consiliis collocaram, repente destituar, venit mihi in mentem obnixe D-nem V. R. rogare, ut R. D. Tarquinium, auditorem suum, mihi quasi quendam laborum meorum socium ac comitem relinquat. De viri etenim istius doctrina et (quod caput est) morum integritate, quam in schola D-nis V. R. toto hoc triennio hausit, ita sum persuasus, ut ipsius operam mihi multis in rebus, quas ad veterem in ecclesia mea disciplinam restituendam iampridem animo concepi, non mediocriter profuturam esse confidam. Novit enim D. V. R-ma, et ipsa iam tot annorum experientia didicisse potuit, quanta in hisce regionibus eorum hominum penuria laboremus, qui in legum ecclesiasticarum cognitione atque usu sint apprime versati, quo fit, ut saepe multis in rebus ex hac una ecclesiastici iuris ignoratione peccetur a multis. Et decreveram ego quidem certe ex Italia virum aliquem, eiusmodi doctrina prudentiaque imbutum, vel magnis etiam sumptibus evocare. Nunc vero, cum Dei singulari beneficio haec mihi praeclarissima occasio sese dederit, a D-ne V-ra R. etiam atque etiam contendo, ut pro ea cura atque sollicitudine, quam in ecclesiam Dei maximam semper praesetulit, proque sua propensissima in me voluntate atque benevolentia, ea me cum tanto ecclesiae meae emolumento uti fruique sinat. Grave videbitur D-ni V. R., sat scio, ea viri istius opera carere, quam in hac sua legatione obeunda non modo iucundam, verum etiam commodissimam semper experta est, sed dabit hoc D. V-ra R-ma amori in me suo, dabit ecclesiae Dei utilitati, cui in gravioribus etiam rebus suas et voluptates et commoda postponenda esse forti animo duxit. Id vero ego si a D-ne V. R-ma (ut mihi plane persuadeo) impetrare potuero, efficiam profecto, ut huius D-nis V. R. in me ecclesiamque meam egregiae voluntatis fructus perpetuo constet. Ipsius vero R. D. Tarquinii rationes omnes ita mihi semper cordi futuras esse spondeo, ut futurum nusquam sit, ut illum vel locum mea causa mutasse, vel a patria et propinquis tanto temporis spatio abfuisse, vel denique aliquos pro ecclesia mea labores suscepisse poeniteat. Elapsis diebus, quod pene exciderat, Lovicii cum essem, D. Albertus, theologus meus [1], significavit mihi paroeciam quandam sibi a D. V. R-ma eo

370. [1] *Alb. Emporinus.*

nomine commendatam esse, quod post mortem R-mi archiep-pi vacasset. Eo vero etsi gratissimam habui hanc D. V. R-mae in D. Albertum voluntatem (pro qua etiam ingentes R. D. V. gratias ago), nihilominus tamen, quod mihi eiusmodi negotia tractare sacris legibus interdictum esset, rem totam ad archiep-patus administratorem, R. D. Ioannem Povodovium, tunc temporis remisi, qui et longo usu et scriptis et privilegiis atque a S. Sede approbatis in ecclesia Gnesnensi receptum esse affirmabat, ut eiusmodi beneficia ab administratore iis commendarentur, quibus postea a futuro archiep-po (si ita ei visum fuisset) conferrentur. Itaque cum ille paroeciam eandem ante aliquot dies alteri cuidam pro officio suo commendasset, integris privilegiis, quae violanda nullo modo videbantur, fieri non potuit, ut ea D. Albertus potiretur, quod tamen ei non incommode accidit, ut spero: neque enim deerit postea occasio illum honestiori aliquo sacerdotio ornandi. Illud vero hoc etiam loco praeterire non est visum, quod cum in ecclesia mea Crusviciensi [2] ante aliquot dies cancellariatus admodum ille quidem tenuis mortuo Stanislao Zaleski vacarit illumque familiaris quidam meus Mathias Pstrokonski [3], probus ac eruditus adolescens, postularit, ea condicione me illi concessurum esse continuo respondi: nisi D. V. R-mae secus videretur. Igitur D-nem V. R. vehementer oro, ut hanc meam voluntatem ratam firmamque esse velit.

Haec habui in praesentia, quae scriberem. Ceterum D-ni V. R. me meaque omnia ex animo commendo obnixeque ab ea pro veteris amicitiae iure quaeso, ut quocunque tandem terrarum a nobis discesserit, eandem semper in me voluntatem conservare ac retinere velit. Ego vero daturum me vicissim operam recipio, ut, quae a D-ne V. R. beneficia accepi, ea ex animo nulla unquam oblivione deleantur, quin potius conaturum me esse diligenter, ut pro iis gratiam, si unquam potero, D. V. R-mae pro virili referam. R-mam D. V. diu sanam incolumem et florentem nostrique memorem esse cupio.

371. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 1 Iunii 1581.*

Quid cum oratoribus Moscoviticis actum sit; de collegio Lublinensi futuro.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 168 sq. *orig., inscr.: 2ª. — Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I, N. 217, p. 311 sq.*

Domenica alli 28 di maggio gli ambasciatori del Moscovita, per uno huomo loro mandarono a dire al palatino di Vilna che già si contentavano di ritenere delle due eccettuate una fortezza sola, la quale si crede sia

370. [2] *Collegiata ecclesia Crusvic. ep-po Vladislaviensi suberat.*
[3] *Canonicus Vielunensis, postea cancellarius R. et ep-pus Vladislaviensis.*

Narva, et che tanto significasse a la M-tà del Re, al quale parimente dimandarono gratia di potere andare alle chiese loro rhutene *(s)* et parlare co' li loro captivi; aggionsero di più, con humiltà estraordinaria, che speravano nella benignità del Re che farebbe buona pace col loro principe, trattarebbe loro nel convito, come soleva essere solito al tempo de pace, et li rimanderebbe ornati di molti doni.

Alli 30 di maggio hebbero la seconda audienza dal Re, alli 31 la terza, et furono subito rimessi alli senatori, con li quali trattarono lungamente, et in somma fecero punto di ritenere Narva sola cum *(s)* tre altri ignobili castelli circonvicini [1]. Hanno da ritornare di novo da S. M-tà per l'ultima audienza, et si crede che rilasciaranno anco Narva, overo ritornando uno delli tre al Gran Duca per pigliare novo ordine et conclusione, restaranno questi altri dui. Et la pace tanto più si spera, quanto che li Tartari Precopiensi hanno assaltato con grande essercito la Moscovia, et messo in [fuga] uno essercito del Moscovita, et predato et arso fino a 10 leghe vicino alla città regia di Moscovia. Così mi afferma S. M-tà esser vero. Ho ricevuto una lettera di 14 d'aprile dal P. Possevino, data in Venetia, et mostra che starà un pezzo a venire. Dubito che questa tardanza non conturbi il suo negotio.

Sono venuti qua alcuni avvisi di Constantinopoli, delli quali ne mando coppia a V. S. Ill-ma [2], et se fossero veri, serebbono degni di consideratione.

---

371. [1] *Vid. sup. N. 368 adn. 15. Cf. relationem oratorum Moscov. (ed Kniga posol Metrik. lit. II N. 66).*

[2] *Referebant famam falsam de pace inter Persam et Turcam facta.* Et avvisano di più che, vedendo hora il Turco occupato il Moscovita nella guerra col Re di Polonia, pensa di venire nel disegno fatto et deliberato altra volta, quando tentò di volere fare un taglio et una fossa navigabile dal Tanai alla Volga, per aprirsi libera la navigatione dal Mar Maggiore (*Pontus Euxinus*) et mare delle Zabacche *(Palus Maeotis)* al Mare Caspio. Et la cosa passa di questa maniera: li Tartari di Procopia *(Taurica)*, ove tutte le città maritime sono del Turco, et essi stanno rinchiusi, come in un carcere, nelle parti mediteranee, per liberarsi da questa soggetione, si contentano de essere levati con l'aiuto del Turco di Procopia et transferiti in Astracan, et lasciare la Procopia tutta libera al Turco; et li Tartari Astracanesi, per sottrarsi di sotto il giogo della tiranide del Moscovita et recuperare, se potranno, l'antica superiorità che haveano supra quel principe et gente, et insieme per unirsi con li Tartari Precopiensi loro parenti, fanno instanza che si venga all'effetto quanto prima, et non si perda così bella occasione, poichè il Moscovita è tanto battuto et spaventato dall'arme del Re di Polonia, et promettono di ribellare subito, et dare senza contenta o difficultà niuna Astracan in mano de' Precopiensi. La quale cosa quando riuscisse, serebbe per il Persiano et altri popoli circonvicini ad Astracan, et specialmente, per il Moscovita non buona nova, imperò che haverebbe troppo vicino il Turco et li Tartari Precopensi, inimici tanto potenti et inquieti. Alla Polonia tornerebbe bene, imperò che tutte quelle vaste campagne de Podolia, che giaciono tra li fiumi Boristene et Tiras, hoggi deserte et inhabitabili per le continue scorrerie et latrocinii de' Tartari Precopiensi, si tornerianо a populare in breve tempo et a riempiersi in continenti di habitatori et cultori de campi che sono fertilissimi, con infinito augumento de stato et utilità del Re de Polonia, potendosi trarre da quei

La lettera del P. Giovanni Herbesto [3] è degna di essere letta, poi che contiene tante buone nove et la conversione di tanti heretici.

Il collegio di Lublino è già condotto in termini di stabilirsi, imperò che il S-r Bernardo Maccioschi li dona in perpetuo beni per 30 mila fiorini, et poichè sono pegni per 10 mila, la S-ra Vaposca sua sorella vedova, per havere parte in così santa opera, sborsa questa somma di 10 m. in contanti, et li riscuote, acciochè liberi si applichino al collegio. Un compagno del S-r Maccioschi, et della medesima età di 33 anni et manco, chiamato il S-r Nicolao Zebrzidoschi dona al medesimo collegio beni per 14 m. fiorini, et di più una selva et tante piscine, che bastaranno a dare legna et pesci al collegio per il bisogno di tutto l'anno. Mancava una casa per dare principio alla residenza, et quando si hesitava come si dovesse provedere, Dio ha inspirato al conte di Tencino, palatino di Belza, a donarli una sua casa grande, tutta di pietre et muro, posta nella città di Lublino; et perchè è rovinoza in qualche parte, vuole che si restauri a sue spese proprie [4]. Hora è cosa di maraviglia vedere questi quattro giovani nobili, che niuno di loro passa 35 anni, essersi tanti infervorati per l'honore de Dio, che si mettano a donare del loro così a l'ingrosso et tanto voluntieri, et facciano come a gara a chi può fare meglio, senza sproni d'altri che della propria bontà, con non poca invidia del vescovo di Cracovia, ordinario di quel loco, che per tale effetto non donaria un carlino, et non serà poco, se non metterà qualche disturbo.

372. *Gregorius XIII P. M. Stephano Regi.* *Romae 3 Iunii 1581.*

Ut ep-pus Plocensis, orator regius, Romae remaneat, petit.

Arch. Vat. Arm. 44 Vol. 29 N. 9 *cop. reg.; inscr.:* Sigismundo *(s)* Poloniae Regi. — Bibl. Vat. Barb. Lat. Ms. 5743 f. 359 *cop. Ed. Theiner, Ann. Eccl. III, p. 279.*

Gregorius PP. XIII.

Carissime in Christo fili *etc.* Reddidit nobis literas M-tis T., datas die secunda Februarii, Venerabilis frater Petrus, Plocensis ecclesiae ep-pus et orator tuus, quibus eum in Poloniam revocas [1]. Agnoscimus causas ipsas,

campi reddotti in cultura, tanti formenti et frutti, che bastessero a mantenere sempre abbondantissimamente Constantinopoli, massime, che con barche onerarie facilmente si ponno mandare a basso nel Mar Maggiore tutte le cose necessarie, usando della commodità delli propinqui fiumi, et massime, del Boristene et Tiras, che ambi si vanno a scaricare nel Mare Maggiore (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 167 *inscr.:* Avvisi di Constantinopoli).

371. [3] *N. 351.*

[4] *Vid. sup. N. 335 adn. 6. Quid ad dotationem collegii Lublinensis ab unoquoque fundatorum collatum sit, vid. singula apud St. Załęski, Jezuici w Polsce IV, p. 329 sq.*

372. [1] *Ep-pus Plocensis hac de causa d. d. Romae 27 Maii 1581 ita Regi scripsit:* Quas M-tas V. misit ad S. Pontificem de reditu meo litteras, eas, ut primum e rure

quas proponis, honestas illas quidem et graves esse. Quia vero ea, quae omnium gravissima est, gregis scilicet sibi commissi pascendi et tuendi necessitas, nostrae in primis curationis sollicitudinisque est, speramus M-tem T. aequo animo laturam esse, si recusaremus hoc tempore illum dimittere, quod ipse quoque omni contentione postulavit. Sic enim cogitamus eius praesentiam propter eximiam humanitatem, prudentiam, moderationem in negotiis tum Nobiscum, tum cum aliis magnis viris, qui hic sunt, tractandis, maiori usui istius Regni rebus futuram, quam si istic esset. Rogamus igitur, ut velis eum apud nos remanere atque perseveres negotia ei, quemadmodum hactenus fecisti, committere. Nos enim hoc etiam nomine eo libentius super omnibus rebus, de quibus ep-pus Nobiscum aget mandato tuo, postulatis tuis satisfaciemus, quo apertius testificamur eius personam Nobis gratam atque acceptam esse. Datum Romae apud S. Petrum —

(Tusculo) rediit, nuper reddidi et quid mihi M-tas V. mandavit, exposui. Litteras, ut solet, iucunde accepit, responsurum se ad eas M-ti V. dixit. Illa, quae a me audiverat, quam probaret, eo mihi indicasse visus est, quod cum neque id reticuissem velle nihilominus M-tem V., ne me hinc ante mensem Octobrem moveam, placere sibi, ut penes S. hanc Sedem Ap. maneam, respondit. Id si mihi dictum putem, a summa humanitate et veteri erga me benignitate S. S-tis profectum esse existimem necesse est. At quid dicat atque velit S. S-tas, ex ipsius litteris M-tas V. optime intelliget, ego interea, dum October mensis veniat, id curabo, quod M-tas V. mandat. *Litteras Regis in causa Claudii Gonzaga (vid. sup. N. 307 adn. 7) redditas esse* (Parisiis, Bibl. Nation. Ms. 6063 f. 178 sq. *cop.*). *Praeterea vid. sup. N. 309 et epistolam ep-pi Plocensis ad cancellarium d. d. Romae 2 Septembris 1581 (Arch. Zamoys. II N. 431). Fama autem de proxima futura revocatione legati m. Maio Romae divulgata est, ut ex ephemeridibus contemporaneis apparet: Romae 20 Maii.* Si va dicendo che l'andata dell' amb-re di Polonia alla villa — fusse per baciare i piedi di S. S-tà et chieder licenza per partire di ritorno al suo Re, dal quale è chiamato. *Ibid. d. u. s.:* Si dice che i proveditori s. del Regno di Pollonia habbino fatto gran risentimento con il lor Re, per haver mandato qua ambasciatore senza consenso loro, et che perciò detto amb-re sene ritornerà a settembre. *D. 24 Maii tamen rumor hic pernegatus est:* S'intende che, quando fu mandato a chiamare alla villa l'amb-re di Polonia, non fu per licentiarsi da S. S-tà, come si scrisse, ma fu interogato da lei come si potesse fare per haver nelle [mani] l'amb-re del Moscovito che fu qui, per ciò che S. B-ne desideraria che, passando per Polonia, fusse fatto prigione per ordine di quel Re, per haver egli ammazzato il suo interprete, et tentato di fare il medesimo al P. Possevino che andava seco, il che sarebbe riuscito, s'egli non sene fusse fuggito subito (Bibl. Vat. Urb. Lat. Ms. 1049 f. 189v, 191v, 197v. Avvisi). *De loco ab ep-po Plocensi in cappella Pontificis M. occupato, quae res saepe controversias inter legatos excitabat, archiep-pus Florentinus M. Duci Etruriae d. d. Romae 22 Octobris 1580 scripsit:* et però par' più sicuro il ritenersi dall'andare in cappella, poichè gli altri amb-ri non v'intervengano fuor' che Polonia, che come prelato vi si ritrova solamente, il che è stato comportato dall'amb-re di Portogallo *(vid. sup. N. 78)* che compete seco, volendo più tosto che Pollonia entri in possesso con la residentia di cappella, che andare lui nel luogo basso antedetto. Quello che poi abbia potuto muover il Papa al ricercarmi dell'andar in cappella, mi persuado io che sia stato il desiderio d'esser honorato con l'intervento almeno di questi amb-ri che ci sono prelati, quali hanno luogo fermo, non volendo andarvi i laici rispetto al luogo — — (Florentiae, Arch. di Stato Mss. Medic. 3294 f. 247 *orig.*).

373. *Cardinalis Comensis Caligario.* *Romae 3 Iunii 1581.*

Respondet ad N. 321, 331, 333 et 336; de novo archiep-po nominando; de aliis negotiis Bolognetto se scripturum esse.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 15 f. 136 *min.* — *Ex parte ed. Wierzbowski, Uchańsciana IV p. 152.*

Io credo che a l'arrivo di questa, sarà facil cosa che V. S. sia partita di Polonia, havendo avviso che Mons Bolognetto seguitava gagliardamente il suo viaggio. Pur a tutta ventura ho voluto scriverle queste quattro righe, le quali serviranno solo per accusarle il ricevuto de le lettere sue di 14 et 30 di marzo, et di 6 et 10 di aprile, et dirle che N. S-re lauda la risposta, che V. S. ha fatto al vescovo di Cuiavia intorno a la pretensione de la coadiutoria di Gnesna, essendo necessariissimo che si venga a nuova nominatione, hor che l'arcivescovo è morto. A li altri particolari che contengono le dette lettere, non occorre risponder' altro, poi che non son di cose che importino più che tanto, et quel che bisognerà, si scriverà poi a Mons. suo successore, al quale lei ancora haverà dato instruttione di tutti i negotii che restavano pendenti, per poter tirarli a fine. Intanto lei se ne venga a buon viaggio, che io per fine di questa me le offero di tutto core et le desidero ogni contento.

374. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 3 Iunii 1581.*

Quid oratores Moscovitici egerint; de fratribus chani Tartarorum a Cosacis captis.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 170 *orig.* — *Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I, N. 217, p. 312.*

Nell'ultimo congresso gli oratori Moscoviti non hanno offerto niente più che prima, cioè, la restitutione di tutta la Livonia, eccetto Narva et tre altre ignobili fortezze a lei circonvicine [1], escusandosi che non hanno mandato a fare maggiore oblatione; et perchè la M-tà del Re non vole accettare l'offerta, hanno dimandato in gratia di potere mandare uno di loro al Gran Duca con spatio di tre settimane, dentro il quale tempo il messo anderà et tornerà con resolutione affirmativa o negativa; il che gli è stato concesso, come anco di mandare a visitare li loro principali captivi et consolarli, presente l'interprete del Re. Et perchè essi hanno mosso parola di abboccamento fra questi dui principi, il Re ha risposto che non recusarà di vedersi voluntieri col Gran Duca et trattare molte cose, pertinenti al benefitio dell'uno et d'altro imperio, et anco al servitio publico di tutta la republica christiana. S. M-tà havea determinato di partire di

374. [1] *Vid. sup. N. 371.*

qui alli 15 di questo; non partirà più se non alli 22. Li cosacchi del Boristene hanno preso dui figliuoli del signor delli Tartari Precopiensi, captivati et amazzati molti Tartari. Il Re ha mandato subito ad intendere la causa et havere, se poterà, nelle mani questi dui prigioni et altri loro consiglieri principali [2]. Da poichè io parti di Varsovia, scrissi di Ostrovia alli 9, della silva di qua da Grodna alli 15, di Vilna alli 20, 21 et 27 di maggio et al primo di giugno [3].

375. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 6 Iunii 1581.*

De oratoribus Moscoviticis et de pace propediem futura: de Davide Bielski; de Possevino. P. S.: quid novi e Transsilvania allatum sit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 171 sq. *orig. P. S. manu propria. — Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I, N. 217, p. 312 sq.*

Partì il messo de gli oratori Moscoviti con tutta diligenza insieme con uno cubiculario del Re [1], per andare et tornare fra tre settimane che forniranno alli 25 di questo. et per quello che si può comprendere dal volto, dalle parole et dall'attioni di questi oratori, si presume che il Moscovita non farà difficultà di cedere anco Narva con tutto il resto della Livonia et abbracciare la pace, la quale, con queste honeste conditioni, non serà recusata dal Re, o sia perpetua, o sia per sei anni soli, come pare che alcuni dicano. Quanto alle spese della guerra non delli primi dui anni, che si pagano con Polozco et altre terre espugnate che restano al Re [2], ma di questo presente anno, S. M-tà dimandava 400 m. ducati d'oro, essi ne hanno offerto 300 m., et si vede che non si discostano dal mer-

374. [2] *Alphirey (Halius Chiereius) Galga (summus militiae Tartarorum praefectus) et Solomietkierey (Solomet Chiereius), quos frater eorum germanus Mahometus Chiereius, chanus Tartarorum Perecopensium, interficere conatus erat, profugere coacti, a Cosacis Polonis, quorum dux Ioh. Oryszowski fuit, ad Borysthenem capti et Michaeli Wiśniowiecki, capitaneo Czrkassiensi, traditi sunt in praesentia aulici regii Koss (vid. epistolas Ioh. Oryszowski d. d. Circassiis 3 Iulii et utriusque Tartari s. l. d. ad Regem, ed. Kojałowicz, o. c. p. 279 sq. et Heidenstein, o. c. p. 169). Rex hac de causa Andreae Opaliński d. d. ad arcem Polocensem 20 Iulii scripsit:* quam rem non parum ad nostras atque reipublicae rationes pertinere existimavimus, ut interim perspiciamus, quid ex eo in Tartaria, quid in Turcia consecuturum sit *(Kojałowicz, o. c. p. 285).*

[3] *Vid. sub relativa data.*

375. [1] *Iohannes Komynin ab oratoribus Moscoviticis, Christophorus Dzierżek (vid. Paprocki, Herbarz p. 329) a Rege (cum epist. d. d. Vilnae 4 Iunii) mandati sunt. Vid. Pamjatn. Diplomat. Snoszen., Petropoli 1881, T. X p. 152 et Kniga posol. Metrik lit. II N. 67.*

[2] *M. Dux Moscoviae Vielikolucum aliis cum arcibus a. 1580 a Rege occupatis, excepta Usviata et Iezierziscia, reposcebat. Vid. ep. Stephani Regis ad senatores d. d. 20 Iulii (Relacye nunc. I p. 339 et Kojałowicz, o. c. p. 284)*

cato. Con tutto questo, S. M-tà partirà di qui alli 20, et non aspettarà altrimenti il ritorno degli internuntii se non per strada. Già li Moscoviti haveano comminciato levare li presidii et l'artiglierie con tutte le monitioni delle fortezze di Livonia, ma il Re ha convenuto che tutte l'artiglierie, dove sono l'armi di Polonia o di Lituania, si lascino, et che le fortezze che erano di questa corona, prese altra volta dal Moscovita, vengono restituite con le medesme munitioni, artiglieria et apparati bellici, che si trovavano havere al tempo che furono pigliate. Et questa pace tanto più si spera, quanto che s'intende che li Tartari Precopiensi molestano con scorrerie stranamente il Moscovita, et questi oratori non cessano ogni dì essere a trattare con li senatori Lituani et Polacchi.

David Bielzki che si rifugì a questo Re[3], per essersi trovato verdadero in ogni cosa et prudente nel ragionare, è stato di gran giovamento alle cose di S. M-tà, ma causa di aspra morte a un suo fratello che era favoritissimo del Mosco, il quale lo ha fatto morire, dopo la fuga di costui, crudelmente con farli prima tagliare li piedi et le mani. Et dimandato David per che causa sia fuggito, non allega altro, se non per evitare la morte dal suo principe, che dopo 4 o 5 anni suole fare morire li suoi più favoriti, et per sperare buoni trattamenti dal Re, della clemenza del quale havea inteso fino in Moscovia; et così l'interverrà, per che già li sono stati dati vestimenti, cavalli et dinari, et se li preparano anco alcune ville.

Il P. Possevino per ancora non compare, et se tarda ancora quindeci giorni di più, non trovarà qui la M-tà del Re, il che serà incommodo al negotio et a lui; et se arriverà, come dubito, in Moscovia fatta la pace, il Gran Duca, come è barbaro, terrà in poco conto la sua andata —

P. S. Ci è nova, per via di Transilvania, che il Turco habbia fatto pace col Persiano, et che'l principe di Transilvania stia gravemente infermo.

376. *Possevinus Cardinali Comensi.* *Pultoviae 6 Iunii 1581.*

Annae Reginae brevia a se reddita esse; quid cum ea egerit; de Andrea Bathory.

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 147 *orig.* - *Ed. Pierling. Bathory et Possevino. N. 22, p. 86 sq.*

Hieri io giunsi colla divina gratia in Varsavia[1], dove resi i due brevi alla Regina di Polonia, la quale con particolare consolatione gli ricevette,

374. [3] *Vid. sup. N. 368.*

375. [1] *Possevinus 28 Maii Vratislavia discessit, 3 Iunii Varsoviam venit. Iter hoc eiusque incommoda descripsit Paulus Campanus in epistola ad Cl. Aquaviram d. d. ad Plescoviam 10 Octobris 1581* (Romae, Instit. Pruss. Fondo Minucci, Vol. 27 f. 195 sq. *cop.*).

tanto quello con che S. S-tà si congratulava seco dell'accordo fatto fra lei et la Regina di Svetia, quanto l'altro della visita ingiuntami [2]. Mi diede poi ragguaglio degli avisi che dal Re ultimamente haveva ricevuto, de' quali questa sera mi ha mandato le copie [3] qui a Pultovia, poi che la supplicai di lasciarmi continuare il mio viaggio, come fece.

Mostrò anco lettere delli 24 di aprile scritte dalla Regina di Svetia, per le quali si significava che la peste era cessata in quel Regno, ch'il Re di Svetia era in Stocolmia, che la Regina di Svetia era in buono stato; et mi avvisò che forse presto manderà in Svetia un suo, co'l quale la

376. [2] *Vid. sup. N. 323. Alterum breve desideratur.*

[3] *Stephanus Rex d. d. Vilnae 29 Maii 1581 Reginae haec scripsit:* Venerunt tandem oratores Moschi Vilnam 24 Maii, quibus cum nos potestatem adeundi nudius tertius dedissemus, exposita salutatione ac repetitis prioribus legationibus, petierunt a nobis, ut D-nis senatoribus nostris permitteremus, quo de reliquis legationis suae capitibus cum illis agere possent. Itaque eo impetrato, post longos sermones, quos mutuo habuerunt, eo descenderunt, ut reliquas arces Livoniae nobis offerrent, Narvam tamen et Derpatum exceperint; sed cum in iis arcibus summa rei sit posita, condicioni huic acquiescere noluimus. Quare quid tandem in ulteriori legationis istius processu futurum sit, Ser-tem V. certiorem reddere non praetermittemus. Nos Dei beneficio, bona fruimur valetudine utque eadem Ser. V. utatur ac de illa nobis saepius scribat, vehementer cupimus (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 127 *cop.*). *Iohannes Borukowski autem, vicecancellarius Regni, d. d. Vilnae 28 Maii haec eidem Reginae significavit:* Legati Moschi, cum proxima feria sexta *(27 Maii)* a Ser-mo Rege essent auditi, significarunt se plena auctoritate a suo principe accepta, ad pacis inchoatae compositionem venisse, et subinde eodem die tam rogatu ipsorum, quam iussu Ser-mi Regis cum Mag-cis D-nis ad id negotium destinatis rem ultro citroque sermonibus habitis tractarunt. In memoriam sunt illis revocatae superiorum legatorum minus necessariae productiones temporum, ipsique moniti sunt, ne moram cunctationemque afferant, sed quamprimum exponant, utrum sibi mandatum esset totam Livoniam concedere, demum omnia illa sine tergiversatione patefaciant, quae sibi essent credita et commissa. Illi vicibus quaternis vel quinis easdem arces, quas priores legati concedebant, obtulerant: Pernaviam, Felinum, Mariemburgum, Bielocamenum et alias arces, quae omnes sunt numero 15. Proceres Lituaniae notum testatumque faciunt parum abesse, quin totam iam tradant Livoniam, exceptis Derpto et Narvia, in quorum compensationem a Ser-mo Rege postulant Vielcolukum, Zawlokum, Nevelum, Vielisum et quaedam alia, quae omnia anno superiori Ser-mus Rex bello consecutus est. Ceterum, quia Derpatum et Narvia sunt praecipuae, nec pax certa et diuturna esse posset, si hae principes arces ab eo possiderentur, nihil amplius cum illis agitatum est, hoc unum tamen eis significatum frustra eos pacis occasionem quaesituros, nisi totam Livoniam restituerent: Regis enim est animus certum, firmum et perpetuum foedus inire, quod fieri in tali rerum statu nequaquam posset, cum duo principes eodem in Regno nequeant convenire. Rex tamen nihil aliud postulat quam id, quod et Regno debetur, et quod ipse iuste, ut repetat, sacramento iurisiurandi astringitur; ipsi vero praeter ea, quae antea offerebant, nihil adiunxerunt. Verum spes est illos sequenti consessu concessuros Derpatum, quam spem etiam auxit Bielscius, qui paulo antequam legati venissent, Smolensco ad Regem nostrum transfugit: est is alumnus Moschi, fuit eiusdem cubicularius, fratres eius duo patrueles magna gratia pollent apud suum principem adeo, ut absque alterius illorum consilio nihil isthic geratur. Ferunt eundem transfugam illa omnia explorata habere, quae fratribus suis cognita et perspecta fuerant — — (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 125 sq. *cop.*).

supplicai che si contentasse che andasse uno dei nostri, il quale manderei, a Dio piacendo, di Vilna in Svetia col restante dello spaccio di N. S-re per quel Re. Mi aggiunse la difficoltà che pativa anco essa da soldati, che, per conto della guerra che si prepara seriamente contra il Moscovito, marciano verso Vilna, per il che mi ha mandato sue patenti, acciochè possa pigliare huomini per salvezza di noi altri, i quali già ci siamo incontrati in tali persone.

Altre cose non posso dire a V. S. Ill-ma, salvo che qui ho trovato il nipote del Re [4], che fa progresso al solito negli studii et nella pietà, et il quale ha dato occasione, che qua concorrano da 400 nobili di questo Regno, con notabile frutto pe'l servitio divino. Il che sarà per raccomandarmi humilissimamente all'orationi di V. S. Ill-ma — — Di Pultovia (onde dimani, a Dio piacendo, penso partire, o al più tardi posdimani) —

377. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 10 Iunii 1581.*

De Possevini missione: de morte Christophori Bathory, principis Transsilvaniae.

Decifr.: quomodo cum Rege agendum sit: Possevinum ei suspectum esse et nimis tarde venire.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 174 sq. *orig.*, *inscr.:* 1ª; f. 176 sq. *decifr.* — *Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I, N. 217, p. 313 sq.*

Ritornò il comornicho regio, che portò a Vratislavia le mie lettere col passaporto regio, et non havendo ritrovato in quella città nè il P. Possevino, nè l'ambasciatore Moscovita, lasciò ogni cosa in mano del preposito Ierino [1], conforme all'ordine mio, et se ne venne per suoi fatti particolari in Calissia, dove di poi sendo sopragionto il P. Possevino, ha saputo da lui che ha ricevuto tutto a man salva; ma riferisce che il Padre vien solo senza l'ambasciatore Moscovita, il quale subornato in Germania, ha mutato il pensiero stabilito in Roma con V. S. Ill-ma di passare per di qua et, fra tanto che ricevea il passaporto da procurarsi da me, di aspettare in Vratislavia o in Olmuzzo; la quale mutatione et diffidenza non solo non ha acquietato l'animo del Re, essulcerato avanti da varie suspitioni, ma lo ha confirmato nelle prime, et suscitatone delle nove. Là onde fra questo, et la pace che si tiene quasi per fatta, et la molta tardanza usata dal P. Possevino nel venire, il lutto del Re per la morte del fratello principe di Transylvania che amava come l'anima sua, et il procinto nel quale hora

376. [4] *Andreas Bathory in collegio Pultoviensi.*

377. [1] *Vid. sup. N. 367 adn. 1. Ierinus, qui unacum Possevino Praga discessit, eum praecurrisse et ante Possevini adventum Vratislaviam pervenisse videtur. Cf tamen, quae Possevinus ea de re scribit in N. 384.*

si trova S. M-tà di partire per la guerra o per la pace con l'essercito, mi fa suspicare che il negotio della religione col Moscovita habbia pigliato mala piega et molte difficultà, et che si sia perduta una bella occasione, non dico di fare alcuno profitto con quel principe, del quale communemente si despera, ma di tentare il guado a luogo et tempo opportuno, et dare alcuno principio a così importante negotiatione, tanto più che, sendo già Riga a devotione del Re di Polonia, il mare Baltico infestato dall'armata del Re di Dania et del Re di Svetia, ambi nimici del Mosco, si discorre che l'ambasciatore Moscovita non potrà passare da Lubecca a Narva nè così presto, nè senza manifesto pericolo di essere fatto captivo o ucciso. Et andando prima di lui il P. Possevino in Moscovia, li mancarà tutto quello aiuto che si poteva sperare dalla persona sua, per le grandi et molte carezze usateli in Roma et in Italia; et se bene haverà scritte lettere in raccomandatione del P. Possevino [2] con la relatione delle cortesie ricevute da N. S-re, tuttavia vale sempre più la voce viva che la morta, et massime, appresso un principe, et per natura et per lunga consuetudine intrattabile et fiero. Può anco essere che succeda tutto il contrario, et che Iddio N. S-re rivolti ogni nostro difetto in bene, et voglia non per nostra, ma per sua mano fare uno acquisto così grande alla chiesa romana et alla gloria di N. S-re.

Hieri venne la nova della morte del principe di Transylvania [3], che è stata udita con grande sentimento dal Re, imperochè si amavano questi dui fratelli insieme con modo extraordinario; tuttavia, perchè il nipote poco avanti fu eletto principe, et l'ombra et nome del Re mette spavento a tutti li cervelli inquieti, si crede non si causarà disturbo niuno. Più ce ne dovemo dolere noi, perchè quel principe favoriva le cose della religione catholica mirabilmente, et hora per la tenera età del figliuolo, et perchè li governatori suoi seranno per forza tutti heretici, dovemo stare in qualche suspetto. Il P. Odescalco è amalato di paralisia, et scrive il P. rettore di Colosvar [4] che il principe lo faceva governare, et ne havea cura come di figliuolo: sia laudato Iddio di tutto. Io farò la debita condoglienza col Re, subito che si lascierà parlare, per nome di N. S-re, et non mancarò a gli altri debiti complimenti. S. M-tà, con tutto questo, sta fisso di partire alli 20 del presente. Il resto va nella cifra inclusa di versi 51.

Decifr. N. S-re haverà visto la prontezza del Re in ubidire subito a S. S-tà et concedere il passaporto nella forma dimandata, et con che simplicità, grandezza d'animo et honore di parole proceda S. M-tà con noi. Per il contrario, dall'altra parte S. S-tà haverà ancora potuto considerare

377. [2] *Epistola L. Szewrigini ad M. Ducem Moscoviae d. d. Venetiis 14 Aprilis 1581; vid. Lichaczew N., Djeło o prijezdje Ant. Possewina, p. 27 sq. Petropoli 1903.*

[3] *Christ. Bathory d. 27 Maii mortuus est.*

[4] *Iacobus Wujek. Epist. eius ad Regem d. d. Claudiopoli 29 Maii 1581, ed. A. Veress, o. c. 1, p. 135.*

come si usi ogni arte per disgustar S. M-tà, et impedirgli la gloria della guerra et la consolatione della pace, et quello che è peggio, disturbare il bene universale della religione catholica. Per tanto supplico N. S-re che voglia usar, come fa in tutte le sue attioni, ogni circonspettione et per sè, et per li suoi ministri, acciò che tenga sodisfatto questo Re, et se non gli vuol mostrar favor particolare, al manco si stia di mezo come padre commune. Dico questo, perchè il Re è informato da li amici et spie che ha per ogni corte, di molte prattiche o vere o false, che danno a S. M-tà poco contento. In particolare, confida tanto poco nel P. Possevino, che già ha apparecchiato uno interprete per dargli appresso, senza il quale non possa parlare, nè movere un passo; et perchè non si metta disturbo nella pace che sta già quasi per concludersi, non s'aspettando altro che la risolutione del Moscovito per render Narva, per avventura lo farà trattenere qui sino alla conclusione; et se anderà inanzi l'abboccamento che si tratta fra il Re et il Mosco, senza dubbio farà soprastare il suo passaggio sin'a l'exito dell'abboccamento [5]. Là dove se il P. Possevino che partì alli 27 di marzo di Roma, fusse venuto con tanta diligenza, quanta importava in un negotio così grave, senza visitar tanti principi et tante corti, sarebbe venuto con manco sospetto, et sarebbe già di ritorno di Moscovia, et la Sede Ap. haverebbe l'honore et parte sua in questa pace, che così non ha se non quella, che la benignità del Re communica del continuo con meco, la quale se bene è molta, non può però esser così illustre et apparente, come sarebbe stata, se un nuntio espresso fusse andato et ritornato di Moscovia a questo effetto, in conspetto, si può dire, di tutti li principi del mondo. Io avvertisco quello che intendo importare al servitio et honor pubblico di cotesta S. Sede, non per far del savio, ma per far l'offitio di fedel ministro, che è d'avvertire quello che passa, lassando di poi la determinatione a S. S-tà; et non sono così temerario, che intenda che si usino mali portamenti a gli altri principi, et non se gli porti il debito rispetto, ma sì bene che si servi egualità et moderatione conveniente con tutti.

378. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 13 Iunii 1581.*

Regem a se consolatione levatum esse; Possevinum suspectum ei esse; de religione catholica in Livonia restituenda.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 179 *orig., inscr.:* 2ª. — *Ex parte ed Turgeniew, o. c. I, N. 217, p. 314*

377. [5] *Similiter Leonardus Donatus, orator Venetus duci Nicolao de Ponte d. d Romae 15 Iulii scripsit:* Avvisi (*e Polonia*) dicono che, per la grande humiliatione delli ambasciatori del Moscovito con cessione di gran parte di quello che voleva il Re di Polonia, la pace si farà, et che per ciò il Possevino si va detenendo senza passar in Moscovia (Venetiis, Arch. di Stato, Roma (1581) Senato III filza *s. n.* f. 129 *orig.*).

Fui a visitare et consolare il Re per parte di N. S-re, et trovai veramente S. M-tà molto adolorata, per il grande amore che era tra lei et il fratello morto; tuttavia, per che sono cose ordinarie et frutti del mondo et S. M-tà non teme moto niuno in Transilvania, si consola, et piglia la visita della mano di Dio, et attende più che mai alle sue solite espeditioni civili et militari, et partirà al giorno deliberato, 20 di questo.

Che l'ambasciatore Moscovita habbia inconstamente mutato il proposito stabilito in Roma et, persuaso da huomini artificiosi, si sia rivoltato alla volta di Lubecca, ha punto molto sul vivo S. M-tà, et credo ne farà querela per mezzo del suo ambasciatore con N. S-re accumulando questa con l'altre suspitioni et disgusti, il che tutto ritornarà in pregiudicio del negotio della religione col Moscovita. Et per quello che vo scoprendo, anco il P. Possevino non serà visto molto di buon occhio da S. M-tà, la quale mostra havere grande et non buona informatione delle sue prattiche, non solo tenute in Roma, ma in Venetia, Gratz, Vienna et Praga [1].

Quanto al rimettere l'uso della religione cattolica in Livonia, trovo S. M-tà molto bene disposta, et spero si farà profitto grande; et se non potremo passare di primo salto in Moscovia, li porremo almanco l'assedio ne' prossimi confini, per valerci della occasione di entrare dentro, quando a Dio piacerà di aprirci la strada più larga: serebbe cosa molto necessaria fare riccomandare sul saldo questa opera a Dio con le orationi, discipline, digiuni et elemosine di persone pie.

379. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 15 Iunii 1581.*

De adventu Possevini.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 183 *orig. manu propria; inscr.:* 3ª.

Alli 13 di questo arrivò il P. Possevino, et hoggi deve havere audienza dal Re. Io l'aiuterò in tutto quello che potrò, perchè la sua legatione habbia buon fine, il che si può più desiderare, che tenere per certo

380. *Caligarius Martino Cromero.* *Vilnae 16 Iunii 1581.*

Andream Bathory ad coadiutoriam Varmiensem commendat.

Cracoviae, Bibl. Czartor. Ms. 1620 f. 289 *orig.; a tergo manu Cromeri:* 12 Iulii.

Quod summis precibus a R-ma D. V. senectutis suae praesidium patrociniumque adversus invidos et obtrectatores optandum erat, iam nobis a Deo Immortali ultro offerri perspicuum est. Cum autem R. M-tas Ill-mum D. Andream Bathoreum, fratris sui filium, iuvenem cum pietate tum omnibus bonis moribus insignem, quippe qui ea familia ortus, in

378. [1] *Vid. sup. N. 367 adn. 1.*

Iesuitarum disciplina ad hanc usque aetatem educatus et nutritus sit, R-mae D. V. in muneris ep-palis cum futura successione adiutorem adiungi cupiat, video R-mae D. V. contra adversa omnia posthac firmissimum perfugium parari; et cum hoc sine ullo R-mae D. V. detrimento M-tas S. fieri velit nullaque ep-patus istius adiutori attributa portione, gaudeo R-mae D. V. tantum bonum ad senectutem atque otium istud literarium tuendum et fulciendum evenisse [1] Quapropter rogo D. V. R-mam. ne quam in re tanta moram interponat, et quantum in se est, negotium totum protinus conficiat. Aperte enim ego, ut in amicorum causis soleo, cum M-te S. egi, an sibi in animo esset, ut aliqua, ut fit, ep-patus istius bonorum pars futuro adiutori iam nunc daretur. Magnifice prorsus respondit Magnificus Rex R-mae D. V. pietatem et literaturam semper multis aliis antetulisse et de honoribus ac ornamentis suis saepius cogitasse; quod autem R-ma D. V. aliquam fortunarum suarum iacturam propterea

---

380. [1] *De coadiutoria Varmiensi Andreae Bathory conferenda (vid. sup. N. 331) Iohannes Zamoyski iam 5 Aprilis 1581 ex Zamoscie ad Wieprzec Cromero scripsit:* R-me D-ne D-ne amice observ-me. Scio R-mam D. V. maiorem aetatis suae adhuc actae partem in tractandis negotiis gravissimis maximorum principum, Regum ac Caesarum consumpsisse; scio iterum, qua prudentia, fide ac taciturnitate ea tractarit. Haec res facit, ut negotium tanti momenti cum D. V-ra non solum sine ulla dubitatione communicem, sed etiam per litteras communicem Hoc vero tale est. S. R. M-tas D-nus N. clementissimus, pro suo erga catholicam religionem ardenti studio, non abhorrere videtur, quominus aliquem ex proximis agnatis suis ecclesiae Dei addicat. ac inter ceteros inprimis Ill-rem D. Andream, fratris sui filium, qui Pultoviae operam litteris dat, adolescentem sane elegantissimis moribus et prorsus ad modestiam ac pietatem natum: nec ingratum eius M-ti foret, si a R-ma D. V. Varmiensis ep-patus successor designetur. Quaeso igitur, ut R-ma D. V. iudicium et voluntatem suam hac de re mihi aperiat. Certe non id agitur, ut aliqua pars proventuum D. V-rae detrahatur, nam ad eam rem satis erit vel minimum quippiam, quod ipsum ius coadiutoriae ex institutis ecclesiasticis stabiliat, et id ipsum D V-rae, vel alicui ex eius consanguineis per benignitatem R. M-tis aliunde resarciri potest. Ceteroque haec necessitudo, quae inter tanti Regis agnatum proximum et D. V-ram intercedet, ad multa et D. V. R-mae et ecclesiae Varmiensis utilis esse poterit, quemadmodum id D. V-ra pro sua prudentia ipsa per se videt. Quod vero ad rempublicam nostram attinet et ipsam ecclesiam Dei, debentur sane multo maiora, quam haec, ab utraque et R. M-ti et eius familiae propter tantos labores et tanta pericula, quae illius M-tas earum causa in dies exandat et subit. Si eo voluntas D. V-rae inclinabit, amplius mihi erit a D V. cognoscendum, utrum necessarium futurum sit primum illum in ordinem canonicorum cooptare. Quod si necesse erit, habemus magistri coquinae *(Dominici Alemanni)* fratrem *(Iacobum)*, qui sine ulla difficultate canonicatum suum ipsi concedet. Quod utrum ipsi faciendum foret in mense pontificio. an ordinarii et capituli, certiorem me quoque reddet D. V. Exploratum est mihi D. V-ram magis aliis consulere posse, quam aliorum consilio opus habere; pro meo tamen erga illum studio, uno saltem verbo adscribo: recte prorsus et ex usu suo R-mam D. V. facturam esse, si eo animum adiiciet; prorsus enim spondere possum, quod D. V-ram eius facti nunquam poenitebit. Bene valeat — (Bibl. Czartor. Ms. 403 f. 211 *orig., a tergo manu Cromeri inscr.:* de coadiutoria 13 Aprilis). ***Responsum Cromeri cancellario d. d. 14 Aprilis 1581, vid. A. Eichhorn, M. Kromer p. 450 sq.***

factura esset, ne sibi quidem in mentem venisse: satis enim D. Andreae sine molestia R-mae D. V. esse, unde viveret statumque ac dignitatem suam tueretur. Quae res cum ita sit, R-mae D. V. prudentiae erit, adhibito Ven-li capitulo suo, Alemani canonicatus renunciationem ac dimissionem primum recipere, deinde Ill-mo D. Andreae Bathoreo, clerico Transylvaniensi, conferre, quo facto de eiusdem collegii sententia eundem D. Andream sine aliquo iusiurandi praestiti violationis periculo, coadiutorem sibi in ecclesia Varmiensi designare. Non enim puto Ven-le capitulum istud refragaturum, cum nihil in vita rationibus illorum magis accomodatum magisque opportunum evenire possit, praesertim cum ego quoque ad eos ipsos praelatos et canonicos ea de re diligenter perscribam. Cum itaque periculi nihil et commodi multum in hac re videam, censeamque adolescenti hunc quasi primum, in quo paulo momento consistere debeat, ad ecclesiasticas dignitates gradum comparari, quin R-ma D. V. rem omnem quam celerrime ex sententia Ser-mi Regis componat atque conficiat, nullam prorsus causam esse intelligo. Opto R-mae D. V. in D-no semper bene valere [2] —

381. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 17 Iunii 1581.*

De Possevini solius colloquio cum Rege; de ephemeridibus quibusdam per Germaniam sparsis Regem conquestum esse.

Arch. Vat Nunz. Polon. Vol. 18 f. 185 sq. *orig.*

Come scrissi, alli 13 di questo arrivò il P. Possevino sano et salvo con tutti li suoi [1] che sono sette o otto, come egli dice. Alli 14, stando con meco in casa mia, sopravenne don Giorgio Fabbio, del quale ci servissimo per fare intendere al Re la venuta del Padre et per dimandare l'audienza, circa la quale, havendo io messo in elettione il Padre se voleva

380. [2] *Praeterea I. Zamoyski d. d. Vilnae XIXIIII (s) Iunii Cromero haec significavit.* Mittit S. R. M-tas ad R-mam D. V. itidemque capitulum Varmiense D. Iacobum Allemani, Varmiensem canonicum, ut de coadiutoria R-mae D. V. Ill-ri D-no Andreae Battori conferenda agat eaque de re ipse canonicatu suo D. Battori cedat. Video, quae res R-mae D. V. molestae hac in causa sint, verum de capitulo, quomodo id recte fieri possit, R-mus D. nuntius Ap. R-mam D. V. faciet certiorem. Ne quid R-mae D. V. fructuum derogetur, hac vero cura R. M-tas D. V. R-mam plane liberat: neque enim desunt rationes aliae, quibus M-tas S. nepoti suo sumptum sine ullo R-mae D. V. detrimento aliunde, quam isto ex ep-patu et praebeat hoc tempore, et in posterum ista in coadiutoria praebiturus sit. Cum igitur R-ma D. V. nullo suo incommodo S. R. M-ti obsequia sua hac in re testata facere possit, non dubito, quin ea diligenter elaborabit, quo res commode et capitulo facile consentiente conficiatur. Cetera R-ma D. V. ex ipso D. Allemanni, nuntio S. M-tis, cognoscet — (Bibl. Czartor. Ms. 403 f. 215 *orig.; a tergo manu Cromeri:* 28 Iunii). *Vid. inf. N. 402 adn. 1.*

381. [1] *De sociis itineris Possevini, vid. Pierling, La Russie etc. II p. 45 sq.*

andare solo, o che andassimo di compagnia, egli disse che li pareva meglio che andassimo ambi dui giontamente insieme, et mi mostrò la sua instruttione fattali da V. S. Ill-ma. Il giorno appresso che fu alli 15, pentito del conserto fatto con meco, procurò senza parteciparne punto con meco, separatamente per via di don Fabbio, di havere solo l'audienza quella mattina dopo la messa del Re, et l'hebbe; ma perchè S. M-tà si trovava occupata col senato, basciò solamente le mani di S. M-tà, et presentò li brevi di N. S-re, con speranza di havere l'audienza altra volta più commoda. Alli 16 la mattina avanti pranso furono celebrate le essequie del principe di Transilvania nella chiesa cathedrale, con pompa et cerimonie regali [2], nelle quali sendo andato io ancora per accompagnare et honorare S. M-tà et quello atto, seppi dalla sua bocca che la mattina avanti il P. Possevino era andato da lei immediate dopo la messa, et non havea potuto havere commoda audienza, per non haverli S. M-tà assignata quella hora, ne la quale per ordinario suole essere molto occupata. Et repplicando io che egli affirmava che gli era stato assignata quella hora, il Re rispose: »può essere che don Fabbio l'habbia data di suo capo, ma noi non l'habbiamo ordinato; ma hoggi dopo pranso l'ascoltaremo«: il che poi non hebbe effetto, per essere il Re molto stanco dalla cerimonia delle essequie che durò fino a mezzo dì. Questa mattina avanti pranso hebbe di poi solo larga et benigna audienza da S. M-tà, della quale egli ben sodisfatto, scriverà et darà conto [3].

Mentre pure stavo in camera con S. M-tà in presenza di molti senatori et prelati, per accompagnarlo a basso all'essequie del fratello, S. M-tà mi tirò da parte et si dolse con meco di alcuni falsi avvisi, che di lui erano stati finti, et sparsi per Germania, et divulgati, et creduti in tanta maniera, che il duca di Sassonia havea mandato homini a posta per chiarirsi se erano veri o falsi; et me disse queste formali parole: »Et haec procedunt ex officina Pragensi, et mi farete piacere a dedurli a notitia di S. B-ne«. Io pregai la S. M-tà che li facesse traddurre di tedesco in latino, et me ne facesse parte; et così fece il giorno medesimo, et me li mandò per un suo paggio sotto il suo picciolo sigillo fino a casa, et seranno qui alligati [4]. Et nel vero, io non ho mai inteso tali cose, et se

381. [2] *De exequiis his, vid. Kojałowicz, o. c. p. 214.*

[3] *Vid. inf. N. 387.*

[4] *In margine adscr.:* desunt. *Prostant tamen* Nova 25 Aprilis a. 1581, *cum adnotatione a Bolognetto inserta:* Ser-mus ostendit haec Rev-mo Caligario, indignatus haec de se circumferri. — Imperator Turcarum nuper legatum apud Regem Poloniae habuit, per quem postulavit, ut bellum contra Moschoviae Ducem continuet promisitque se illi pecunia et milite affuturum, quam in rem iam quinquaginta millia militum electorum progredi versus Poloniae fines iusserit, quibus Rex Poloniae pro arbitrio suo uti possit contra Moschum, Imperatorem Germanorum ac quo[s]vis, qualescunque esse possent, hostes suos. E contra vero petiit, ut ne Regia M-tas Caesari Germanorum ullo tempore contra Turcas consilio, pecunia, aut milite adsit. Cui legato a R. M-te Poloniae ita re-

l'havessi intese, V. S. Ill-ma l'haveria saputo. Facciane hora S. S-tà quella consideratione che le pare, et veda come è arduo negotio tenere contente ambedue queste parti contrarie et caminare fra loro, come si dice, con le scarpe di vetro.

---

sponsum est, quod continuationem belli contra Moschum attineret, in eam R M-tem omnibus viribus incumbere; de auxiliis oblatis gratias agi, verum iis R. M-tem hoc tempore non egere, sua enim pecunia et suo milite adhuc gestum esse bellum, et deinceps etiam geri posse; petere autem M-tem S., ut illa quinquaginta milia hominum a finibus removeantur, cum finitimis detrimento sint. Quod ad Caesaream M-tem attineat, nihil R. M-ti cum ipsa adhuc inimicitiarum intercedere· praeterea R. M-tem principem christianum esse et in animo habere pacta publica conservare, neque dubitare M-tem S., quin Imperator Turcarum idem facturus sit; aliud M-tem S. hac de re non posse respondere. Ungari ad eandem R. M-tem Poloniae legatos miserunt, per quos exposuerunt, cum a Caesarea M-te fortunis suis et pecuniis exhauriantur, neque tamen contra hostem defendantur, sed magis magisque a Turcis opprimantur, orare se R. M-tem, ut causam eorum et patrocinium suscipiat. Ad quos a R. M-te responsum est: cum Caesarea M-tas superstes sit, iustas sibi deliberandae eius rei causas esse, quod si vero eius M-tas moriretur, vel sponte illi Regno renuntiaret, aut eius defendendae rationes ullas suscipere nollet, tum se facturam, quod principem patriae suae studiosum facere deceat. Posthaec Ungari ad Caesaream M-tem retulerunt se neque pecunia, neque milite, neque comeatu amplius adversus vim Turcicam satis comparatos esse, sed ad extremam rerum necessitatem reddactos: rogare igitur, ut S. Caes. M-tas aut meliores eius Regni defendendi rationes suscipiat, aut Regni ordinibus permittat aliter sibi consulendi aliumque dominum suscipiendi, qui Regnum viribus suis tueri posset. Ad haec Caes. M-tas Ungaris omnem opem, subsidium et defensionem diligenter pollicita est (Nunz. Polon. Vol. 15 A f 150; *ex parte ed Supplem. ad Hist. R. Mon. p. 1, cum falsa inscr.: Relatio A. Possevini). De animo Hungarorum in Regem Poloniae inclinato Possevinus d. d. Graecii 29 Aprilis 1581 Card. Comensi haec retulit:* — Mi aggiunse *(archidux Carolus)* che egli andava alla corte cesarea per le cose di Ungheria, nella quale si sentivano alcuni movimenti di que' sudditi dell'Imp-re con inclinare verso il Re di Polonia — (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 59 *orig.). Ephemerides autem Pragae 9 Maii 1581 de Polonicis (satis confuse) et de Hungaricis rebus haec significaverunt:* Qui sono avisi di Polonia che quel Re — haveva fatto morir sette principali del Regno, tra quali il vaivoda di Cosna (?), che nella dieta di Varsovia li erano stati contrarii alla sua propositione di far guerra a esso Moscovito, per che, volendo l'arcivescovo *(s)* di Cracovia con altri signori persuader la M-tà Sua a non li far per questo morire, ma piutosto prigionarli, il Re, entrato in colera, parlò di questa maniera: »Ego non sum neque fictus, neque pictus, sed electus vester Rex: sic volo«. E trovandosi 30 m. fanti et 18 m. cavalli, spettava nuova gente di Transilvania, havendo anco havuto permissione dalli elettori di Sassonia et Brandemburg et dalli duchi di Pomerania d'assoldar ne loro dominii quanta gente volesse, e senza queste, alla sfugita quanta — è in Ongaria, lo va a trovar, come havevano fatto i soldati della propria guarnigione di Camsa fortezza dell'Imperatore alle frontiere. Onde S. M-tà Cesarea haveva scritto al Re che li piacesse non li accettar, anzi castigar come ribelli, lasciando il servitio nel qual sono obligati, ch'altretanto egli harebbe fatto in tal caso per lui. Et in tal proposito li generali imperiali in Ongaria avisavano esser tanta l'affettione di quelli Ongari a quel Re, che dubitano non havessero intendimento con lui, et però se non veniva provisto con l'andar S. M-tà Cesarea tenir in persona la dieta di quel Regno, potrebbe occorrer che un giorno taglieriano a pezzi tutti gli Tedeschi che vi sono — Mutina, Arch. di Stato, Avvisi. *Orator Alberti d. d. Pragae 23 Maii 1581 plura etiam hac de re M. Duci Etruriae scripsit:*

382. *Stephanus Rex Gregorio XIII P. M.* *Vilnae 19 Iunii 1581.*

Ut sibi ius in maioribus ecclesiis Regni cathedralibus sacerdotiorum conferendorum concedatur, petit.

Arch. Vat. Princ. Vol. 35 N. 42 *orig.* — *Ed. Theiner, Ann. Eccl. III, p. 280 sq.*

Sanctissime *etc.* Non dubito, quin S. V. meminerit ab eo superioribus proximis annis ius mihi sacerdotiorum conferendorum, quae ad S. V-rae conferendi ius pertinent, in maioribus ecclesiis Regni nostri cathedralibus mihi clementer concessum fuisse [1]. Qua quidem ex concessione ita sacerdotia conferre adhuc studui, ut confido et ecclesiae et reipublicae per nos recte consultum esse. Verum cum, quidquid eius iuris est, iam exierit, tum quoque S. V-rae commissarius, quem iis confirmandis, quos istiusmodi sacerdotiis affecissem, praefecerat, vita decesserit [2], maiorem in modum S. V-ram rogo, ut priori beneficio novum accumulet et idem iuris in ecclesiis Regni mei cathedralibus, nempe Gnesnensi, Cracoviensi, Vladislaviensi, Posnaniensi, Plocensi et Varmiensi iterum mihi cumulatius aliquanto tribuat. Qua quidem in re recte atque ordine administrando me geram, ut ecclesiae imprimis et reipublicae cum dignitatem, tum utilitatem me respexisse S. V. intelligere possit. Hoc vero beneficii tanto me facilius a S. V-ra impetraturum esse spero, quo diligentius adhuc institutum meum conservavi ac deinceps etiam conservaturus sum ea sacerdotia, quae ad curam animarum humanarum pertinent, nemini conferendi, nisi qui re ipsa presbyter sit et in sui sacerdotii loco assiduus permaneat. Quod quidem dum facio, secretariis meis, qui se ad ecclesiasticum ordinem applicant, quibus quidem prae ceteris plurimum libenterque utor, conferre ea non possim, quae merita illorum requirunt, nisi hoc S. V-rae concessione sublever. Est vero mihi huiusmodi secretariorum meorum hoc maior ratio habenda, quo ex his maxime, tamquam exploratae virtutis hominibus, episcopos S. V-rae

---

Hanno ben detto che, essendo amb-re del Re di Polonia in Sassonia per ottener da quel duca et dal marchese di Brandeburg una buona quantità di denari in presto *(vid. sup. N. 296 adn. 3)*, co'l dar l'assegnamento delle contributioni che gl'hanno assegnato suoi popoli per due anni, che cerca d'haver questi denari pronti per impatronirsi dell' Ungheria, quando caso nascesse di S. M-tà, et che i pensieri suoi s'estendono anco a maggior cose, et che questa sia la cagione ch'ei vadia interessandosi con i principi di Germania. Ma questi sono forse discorsi troppo acerbi, se ben pare che l'aura popolare si volti a lui, come a principe attivo et da risuscitare lo stato afflitto di quella provincia (Florentiae, Arch. di Stato Mss. Medic. 4339 f. 75 sq.). *Rumor ille Praga Venetias perlatus est, in* Nunz. Venez. *enim* Vol. 22 f. 183 *sub 4 Iunii legitur* avviso: Dalla corte cesarea avisano che una gran parte de' principali Ungari si lasciano intendere di voler passare al servitio del Re di Polonia contra la prohibitione di S. M-tà Ces., desiderosi di veder la guerra, et per particolar' inclinatione che hanno a quel principe, il quale ultimamente ha fatto morire alcuni principali del Regno *etc. ut supra.*

382. [1] *Vid. sup. N. 109.*

[2] *Ep-pus Premisliensis Alb. Starożrzebski-Sobiejuski. Vid. sup. N. 163.*

nomino et mihi senatores in Regni senatum adscisco, quod quidem non solum reipublicae, verum etiam ecclesiae perutile esse S. V-ram satis perspicere iudico. Confido S. V-ram, cui ego omni obedientia et cultu adhuc diligenter satisfacere studui semperque studebo, huius meae petitionis clementissimam rationem habituram esse [3] —

383. *Stephanus Rex Gregorio XIII P. M.* *Vilnae 19 Iunii (?) 1581.*

Ut licentiam, a se archiep-po nominato Gnesnensi concessam, dimidium anni fructus reddilusque ex ep-patu Vladislaviensi percipiendi approbare dignetur, rogat.

Ed. M. Kojałowicz, o. c. p. 236 sq.

Posteaquam R-mum in Christo Patrem Stanislaum Carncovium, et superstite adhuc R-mo Iacobo Uchanscio archiep-po quondam Gnesnensi, in coadiutorem, et mortuo paucis post diebus Uchanscio, plane in successorem S-ti V-rae nominassem, explicari mihi R-mus nominatus curavit, quibus in difficultatibus atque angustiis suarum fortunarum versaretur, non tantum ob superiorum temporum immensos sumptus, quos et ipsis interregnis et aliis temporibus pro republica et ecclesia necessario fecit, verum etiam ob incommoda atque damna, quibus bona archiep-patus Gnesnensis, extrema superioris proximi archiep-pi aetate, plurimum affecta essent, quemadmodum iis de rebus per mandatarium suum S-tem V-ram uberius certiorem faciet [1]. Qua de re me quam diligentissime oravit, ut illi ex ep-patu Vladislaviensi, a quo discedat, quocunque a me ad successionem nominato, dimidium anni fructus redditusque capere liceret, quo accessione huiusmodi aliquo modo et novae dignitati suae (qua hoc meo in Regno nulla prior est) consulere et archiep-patus detrimenta sarcire bonaque eius ecclesiae ad statum frugemque meliorem revocare posset. Quae cum iustissimis de causis a me peti ab hoc nominato meo Gnesnensi exploratum haberem, et pro aequitate rei et pro mea in ipsum nominatum singulari benevolentia, qua praestantem pietate et meritis in rempublicam ecclesiamque virum plurimum complector, denique studio meo, quo archiep-palis ecclesiae bonis consultum cupio, benigne isti petitioni assensus sum, ut anni a confirmatione, quam archiep-patus sui causa a S-te V-ra impetrabit, vertentis fructus dimidios ipse nominatus ad archiep-patum percipiat. Qud ut sine ulla difficultate facere possit, et ea de re cum successore Vladislaviensi, quem nominaturus sum, diligenter agam,

382. [3] *Cancellarius d. d. Vilnae 24 Iunii Ticinio praescripsit, ut diligentiam in hoc negotio adhiberet procuraretque, ut executio litterarum Ap. novo ep-po Cuiaviensi Hieronymo Rozdrażewski) demandaretur* (Arch. Zamoys. II N. 434).

383. [1] *Vid. sup. N. 365, 366, 368 et Append.*

et hoc tempore a S-te V-ra etiam atque etiam peto, ut hanc rem assensu suo clementer approbare dignetur. Qua quidem in re et archiep-pali ecclesiae plurimum consuluerit, et nominatum meum, summae pietatis maximorumque meritorum virum, qui non minus sumptuum ingenti magnitudine, quam reddituum magna tenuitate hoc tempore premitur, sublevaverit, et mihi hoc diligenter petenti gratissimum fecerit. Quod ego omni observantia cultusque studio S-ti V-rae compensare contendam [2] —

384. *Possevinus Cardinali Comensi.* *Vilnae 19 Iunii 1581.*

De colloquio cum Rege d. 17 Iunii habito: de dono S. Pontificis Regi oblato.

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 130 sq. *orig. — Ed. Pierling, Bathory et Possevino p. 88 sq.*

Essendo io intorno a scrivere distintamente il ragionamento assai lungo ch'io hebbi con questo Ser-mo Re alli 17 di questo mese [1], et dubitando di non havere tempo di poterlo finire, per darlo ad alcuno che parte, ho almeno voluto scrivere questa succintamente a V. S. Ill-ma, dicendole ch'io giunsi qua il 13 del presente. Il seguente giorno diedi i brevi a S. M-tà, la quale si scusò per l'essequie del fratello morto in Transilvania, et perchè il senato era già inanti lui congregato, se per all' hora non poteva darmi piena audienza, la quale poi mi diede pienissima avant'hieri.

La somma è: ch'io debba seguirlo nell' essercito insino a Disna [2], cinquanta leghe o poco meno lungi di qui, dove debbono ritornare due dal Moscovito: uno da S. M-tà mandato, l'altro mandato da quegli ambasciatori del Moscovito che sono in questa corte [3]. Di Disna poi promette che mi darà ogni indirizzo, perchè subito io vada in Moscovia per quella strada che S. M-tà giudica molto migliore, per Vielchiluchi, che per quella di Smolenzco, dicendo che così io non perderò alcuno tempo per seguirlo, poi che tuttavia si camina verso Moscovia, et con questa occasione mi troverò presente a trattare della pace, per andare con maggiore credito al Moscovito, in che S. M-tà dice di volere pienamente ubidire et aiutare S. S-tà. Le suspicioni poi et discorsi, ch'erano stati fatti qui circa l'ambasciatore del Moscovito il quale venne costà, et circa i modi et persone

383. [2] *Praeterea exemplo superioris epistolae addito, Stephanus Rex d. d. Vilnae 19 Iunii 1581 Ticinio scripsit:* — Hortamur vero ac mandamus Devotioni Tuae, ut hanc in rem omni cura atque studio incumbat, quo eam S. D-ni N. comprobationem et assensum R-mus nominatus noster Gnesnensis facile et quamprimum consequatur *(ed. Kojałowicz, o. c. p. 237).*

384. [1] *Vid. inf. N. 387.* [2] *Ad Dvinam, subter Polociam.*
[3] *Vid. sup. N. 375 adn. 1.*

ch'intervennero nell'audienza data a lui da N. S-re, et intorno il S-r Cardinale Madruzzo, il quale si trovò nella congregatione che in Roma intorno il mandarmi fu fatta, et intorno l'andata a Vinetia et Praga etc., come non havevano veri fundamenti, così per la divina gratia sono stati da me facilmente tolti dall' animo di S. M-tà et da alcuni altri principali. Et vedutosi che quell' ambasciatore non venne per Polonia, perciocchè nè anco al mio arrivo in Vratislavia erano anco giunte le patenti del Re [4], et intesosi che, se l'Imp-re o i suoi havessero voluto sturbare la pace di questa M-tà co'l Mosco, non havrebbono mandato a Roma quel Tomasso Severingen, nè lasciato ch'io procedessi oltre in Polonia, a cui havevano dato ogni mezo clementissimo, perchè io potessi anco presso il Mosco procurare questa pace et l'introduttione della religione catholica, pare per la divina gratia che molte ombre sieno svanite. La M-tà parimente di questo Re mi ha detto che molte cose le restavano nella conclusione della pace, alle quali questo arrivo mio giovarebbe, se pure la detta pace si concluderà. Et quando non si concludesse, mi ha anco promesso ch'io potrò andare in Moscovia, et se dapoi la pace seguirà l'abboccamento del Mosco insieme co'l Re, S. M-tà mi ha detto che fra principali punti l'uno sarà quel della religione catholica. Fra tanto, per lievare ogni scrupulo a chi potesse haverlo, dissi a S. M-tà che da lei piglierei interpreti, scrittore et compagni, quali volesse darmi per andare in Moscovia, sperando io nella Maestà di Dio ch'essi aiuterebbono sè stessi et me, et si vedrebbe con quanta dirittura mira S. S-tà la gloria di Dio, la pace fra principi, la grandezza di S. M-tà in ogni cosa possibile et leggitima occasione. A me fra tanto, per havere maggiore luce delle cose di Moscovia, pare che metta conto il seguire per questa strada di Disna et Polozco il Re, a cui anco forse Dio Signor nostro mi darà qualche occasione di suggerire altre cose, poi che mi ha fatto lungo discorso circa i mezi di restituire la religione catholica nella Livonia. Et essendosi Riga resa alla suggettione di S. M-tà, mi ha commesso che scriva al nostro P. generale ch'io lo ricerchi di alcuni operarii alemanni et pollacchi per quella città, dalla quale havendo io l'anno passato cavati alcuni giovini che sono in Brunsberga, horamando al quanti libri catholici a migliori cittadini di lei, lasciando qui denari per istamparsene altri: il che è necessariissimo in tutto quel tratto desolatissimo. Conduce anco S. M-tà di qui con noi il P. rettore di questo collegio [5] per stabilire la fundatione del collegio di Polozco. Fra questo mezo, non ha mancato di fare qui Mons. di Bertinoro i soliti buoni

384. [4] *Omnes rationes Possevini ad colloquium cum Rege spectantes, fusius inf. in N. 387 tractantur quaeque in utroque N 384 et 387 continentur, concordant, excepto capite de salvo conductu regio Vratislaviae recepto. Quae hic ea de re a Possevino affirmantur, a veritate deflectant vid. sup N 367 adn. 1. Inf. in N 387 causa haec alio modo exponitur, ita ut non tantum a veritate absit.*

[5] *Petrus Skarga S. I.*

uffici nel restante di quel che a lui appartiene; et il Re hieri gli disse che dal campo gli scriverebbe ciò che dovesse fare circa il seguirlo o starsene qui.

Ricevette anco il Re l'imagine della Pietà scolpita in avolio et datami da N. S-re per S. M-tà, con particolare contento, in modo ch'in riguardare il corpo morto di N. S-re, doppo haverlo grandemente lodato per l'opra, gli si viddero uscire principii di lagrime dagli occhi. Hieri poi per un grande pezzo la tenne in mano, dolendosi della morte del fratello, a cui. disse che sarebbe stato gratissimo dono. Dapoi sogiunse ch'era perplesso se doveva con seco portarlo, ma che finalmente lo farebbe in modo conservare, che nissuno mai ne lo priverebbe. Degnisi V. S. Ill-ma procurare orationi per la salute di questo Re, il quale anco tiene di lei grata memoria, sì come il S-r cancelliere ringratia V. S. Ill-ma della salutatione da me fattagli in nome suo, dicendo che multum sentiebat se debere V-rae D-ni Ill-mae ob salutationes tantae humanitatis plenas.

Finalmente S. M-tà mi promise patenti per un nostro ch'io mando in Svetia, et lettere le quali scriverebbe a quel Re in compagnia del breve di N. S-re. Di che tutto darò distinto ragguaglio a V. S. Ill-ma prima ch'io parta di qui, il che sarà al fine di questa settimana con consenso di S. M-tà, la quale dimani parte a piccolissime giornate, sì che l'arriverò subito, a Dio piacendo, il quale a V. S. Ill-ma —

P. S. Da qui inanti, se io non usassi sempre per convenienti ragioni la cifra solita, userò quella ch'io havevo con Mons. Capilupi, della quale V. S. Ill-ma potrà commandare che dal S-r Camillo se n'habbia l'essempio [6].

385. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 21 Iunii 1581.*

De discessu Regis; de Hieronymo Rozdrażewski, ep-po Vladislaviensi nominato; de Possevino; de Imperatore; de quibusdam capitibus a Rege M. Duci Moscoviae proponendis.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 189 sq. *orig. A tergo praeter solitam inscr.:* 2ª.

Alli 20 di questo, come era determinato, partì il Re di questa città verso Polozco et Moscovia, et molto allegro, per havere questo anno bellissimo essercito, et la pace quasi per fatta et con sua molta dignità et utile; io l'accompagnai a cavallo fuori della città una mezza lega.

384. [6] *Hippolitus Capilupi, anteactus ep-pus Fanensis, negotia Regis Suetiae in Italia agebat (✝ 1580). Camillus C., eius nepos. Epistolam hanc unacum inf. N. 387. Possevinus A. Ierino Vratislaviam misit, qui hac de re ep-po Cerviensi, nuntio apud Caesarem, d. d Vratislaviae 20 Iulii 1581 haec scripsit:* — Porro adiuncti literarum fasciculi Vilna a Rev. P. Possevino — hodie ad me allati sunt. Rogavit autem *(Possevinus)* diligenter — ut eas ad Ill-mam D. V. mitterem — ex ipsius literis intelligo res esse magni momenti — (Arch. Vat. Borgh. III Vol. 6ª f. 43 sq. *orig. manu pr. scr.*).

Ha nominato alla chiesa di Cuiavia il conte Hieronimo Rozdrazevschi secretario maiore et preposito di Plozca, prelato insigne [1]; io mi sono affaticato molto che si faccia questa nominatione, per che oltre il servitio di Dio et il buon governo di quella chiesa totalmente desertata, in senato haverà la Chiesa et la Sede Ap. un voto sodo et di molta autorità. Io farò il processo, et si manderà per huomini espressi; et perchè ha un canonicato di Vratislavia a collatione di N. S-re, manderà la procura a resignarlo liberamente in mano di S. S-tà, perchè sia dato ad alcuno giovane dottore del seminario germanico che sia, se possibile serà, Polacco, se non, sia almanco Slesita o Todesco. Egli confessa che, se il nuntio Ap. non era qua, che non otteneva mai questa nominatione, et però dice di volere essere sempre obedientissimo alla Sede Ap. Finalmente il palatinato di Cracovia è stato dato al conte Andrea Tencinio palatino di Belza, catholicissimo et da bene. Vaca ancora il palatinato di Sendomiria et quello di Plozca; ho fatto officio perchè siano dati a catholici, ma ci sono grandi difficultà per defetto delli suggetti [2].

Il P. Possevino seguitarà il Re et darà conto del suo negotio, nel quale poi che li piace di trattarlo separatamente da me, non cerco di ingerirmi, nè l'interrompo punto: il Re mi ha ben detto che mai più non vide che, quando dui ambasciatori di un medesimo principe sono appresso uno altro, trattino con tanta diffidenza tra loro, con quanta fa il Padre con meco. Sia per avviso, non perchè a me dia noia in conto alcuno.

Il Re ha lettere che già sia morto l'Imperatore, ma non li presta fede niuna, per che vengono da loco sospetto. Il P. Possevino afferma, et altri scrivono il medesimo, che era desperato della vita.

Quando serà tempo, manderò a V. S. Ill-ma la coppia delli capituli che offerirà il Re al Mosco in materia di religione, caso che si abbochino insieme, che sono honoratissimi per cotesta S. Sede, et per mostrare il gran conto che fa S. M-tà della persona di N. S-re [3].

385 [1] *D. 20 Iunii, cum Rex equum conscensurus erat, marsalcus curiae A. Zborowski nominationem in ep-pum Cuiaviensem Hieronymo R. tradidit* (X. J. Piotrowski, *Dziennik wyprawy St. Batorego, wyd. A. Czuczyński, Kraków 1894, p. 8*). *Litterae regiae ad S. Pontificem, ut nominatio haec approbaretur, d. d. Vilnae 11 s. Iunii 1581* (Bibl. Czartor. Ms. 331 f. 109 cop.). *Laureus in ep. sua d. d. Augustae Taurin. 6 Septembr. 1581. ad Card. Com. ferventissime nominatum Cuiav. laudavit* (Nunz. Sav. Vol. 12 f. 308). *Plura exempla epistolarum Hieronymi R., confirmationem huius nominationis spectantium, in cod. Ossolin. Ms. 156 asservantur.*

[2] *Stanislaus Szafraniec, castellanus Sandomir., evangelicus, palatinus Sandomir., Gregorius Zieliński, catholicus, palatinus Plocensis nominati sunt.*

[3] *Quae Caligarius Regi cum M. Duce ipso acturo proposuit, continentur* Scriptura data per R-mum D. Io. Andream ep-pum Brittonorii Regi Stephano in colloquium cum Moscho venturo. 1) In condicionibus pacis relinquatur etiam locus Ser-mo Regi Suetiae et aliis a M-te V. nominandis, ut ex hoc beneficio Rex Suetiae M-ti V. devinciatur, quod ad multa valebit. 2) Arces omnes, vel saltem illae praecipuae, quas M-tas V. retinere ac praesidiis firmare cogitat, ita ut sunt instructae commeatu, pulvere, globis,

386. *Possevinus Cardinali Comensi.* *Vilnae 23 Iunii 1581.*

N. 387 adiungitur; de colloquio d. 17 Iunii cum Rege habito; de itinere suo, ad quod accingitur; de seminario Braunsbergensi; de collegio Romano; nominatus Gnesnensis a S. cancellario commendatur; de Tarquinio Peculo.

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 152 sq. *orig. man. prop.* — *Ed. Pierling, Bathory et Possevino p. 91 sq.*

tormentis atque alio apparatu atque *(s)* instrumento bellico, a Moscho M-ti V. relinquantur. 3) Ad hoc, ut pax sit magis stabilis ac perpetua, ad omnem postulationem Moschi, si quando dolo malo a quibuscunque hominibus bello petatur, M-tas V. teneatur certum equitum numerum subsidio mittere et consilio armisque iuvare, et e converso, tempore belli ac necessitatis eiusmodi, M-ti V. Regnisque ac dominiis suis tam praesentibus, quam futuris *(Hungaria!)* illati vel inferendi, ille certo militum numero. vel potius certa pecuniae quantitate subvenire pariter teneatur. 4) Ad demonstrandam M-tis V. erga S. Sedem Ap. observantiam et studium propagandae religionis catholicae declarandum, illud esset adiungendum M-tem V. non modo pacem et amicitiam cum Moscho libenter contracturam servaturamque, verum etiam religionem et fraternitatem cum eo communicaturam; et si aequo animo patiatur corruptam Graecam religionem emendari atque unacum Romana coniungi, prout alias saepius a magnis Graecorum Imperatoribus factum est, M-tem V. libenter partes suas apud Romanum Pontificem interposituram; ut id nullo eius detrimento ac summa cum laude ac populi sibi subiecti salute fiat, atque M-tem V. graviori et arctiori vinculo amicitiam concordiamque firmaturam: filia enim Ill-mi principis Transsilvaniae *(Griseldis)* recte in matrimonium tunc collocari posset M. Ducis filio, illi praesertim, qui proxime successor Regnorum designaretur, et e contra, designando successori M-tis V. una ex filiabus suis, quae maxime conveniret, desponderi posset, cum mutua ac reciproca promissione in adversis casibus invicem sese iuvandi et in suis dominiis defendendi. 5) His et aliis rationibus omnino ab amicitia aliorum principum esset avertendus Moschus sibique adiungendus, maximi enim momenti res haec esset; et huc etiam spectat, quod tertio capite supra annotatum est. Et si negaret ipse sibi integrum esse foedus atque amicitiam cum M-te V. nunc coniungere, propterea quod impediretur antiquo foedere aliorum principum: cum agatur de securitate Regni sui, facile ab antiquis foederibus nulla nota discedere poterit. 6) Si M-tas V. animum induxerit, ut gratis, vel modica cum expensarum refectione Velichilucum aliaque occupata, necnon ut captivos restituat, congruum videretur Moschum vicissim obligari ad certum numerum militum, seu potius ad certam pecuniae pro conducendis militibus quantitatem mutuo obligari eo casu, quo M-tas V. ad aliorum dominiorum Regnorumque *(Hungaria)* regimen a populis, aut alias legitime vocaretur. Hoc enim quamvis postmodum re ipsa nugatorium detegeretur, tamen ipsius rei species et fama ad praesentem rerum statum satis adiumenti M-ti V. foret 7) Quotiescunque M-tas V. unacum aliquibus potentatibus christianorum, non minoribus duobus, ad commune christiani nominis bonum Romano Pontifice authore in foedus coiret, Moschus itidem eodem foedere teneretur auxiliariaque arma seu pecunias, pro dignitate tanti principis, adversus communes hostes submitteret. Hic sextum et quartum caput ad multa valerent. Haec autem omnia et longe plura a sapientissimo M-tis V. iudicio animadversa, summa cautione, semotis arbitris, cum ipso M. Duce potius, quam cum oratoribus eius, per colloquium, aut per fidissimos legatos tractanda essent, nam alioqui perditi atque invidi homines, quamvis egregie excogitata atque adinventa, sua iniquitate perderent atque everterent (Brisighella, Cod. »Bracchini« f. 235 *cop., inscr.:* Nonnulla animadvertenda in compositione pacis cum Moscho).

Scrissi alli 19 del presente a V. S. Ill-ma sommariamente ciò che a lungo trattai, doppo il mio arrivo, con questo Re Ser-mo. Mando hora il ragionamento più distinto [1], il quale passò fra S. M-tà et me per lo spacio di due hore et meza in lingua latina, il che è causa che anco io l'ho scritto latinamente per porre i proprii termini del Re, in quanto la memoria mi è stata fidele.

Et se bene a V. S. Ill-ma erano note molte di quelle cose ch' io ho detto al Re, nondimeno conoscerà ch'io le ho inserite nel detto ragionamento, perciocchè il demonio haveva cercato di fare in alcuni tanto sinistre impressioni, che potevano raffreddare l'animo di questo benedetto Re, se colla verità ch' è più potente di ogni cosa, non mi facevo strada al negocio, che per solo servitio divino et dignità di questa M-tà si pretende da S. S-tà.

Ho anco pensato ch'era providenza di Dio l'havere permesso che tutte l'ombre toccate nel detto ragionamento havessero oscurato le menti di coloro, sopra i quali erano cadute, poichè questo mi necessitava a scuoprire la rettitudine dei cori di tutti quei principi, coi quali io nel viaggio havevo trattato, essendo che a qualche tempo, se a Dio piacesse di ordire qualche lega insieme con questo principe, tale ufficio non nuocerebbe.

Il Re poi partì di qui a piccole giornate, lasciandomi ordine ch'io'l seguissi, si come coll'aiuto divino farò dimani, et forse co'l S-r cancelliere, il quale è restato qui per disporre le cose dell' essercito.

Io sono qui restato non tanto per questo spaccio, quanto per provederci di nuovi carri, convenendosi per più di 500 miglia di paese condurre con noi avena, biscotto, padiglioni et tutte le cose necessarie, et spesso l'acqua che non sia affatto palustre, insino le ruote de' cocchi, se l'altre si rompessero. Et per questo non è persona così sola et meschina, alla quale per tanti imbarazzi non sia necessario condurre due et tre carri o cocchi con seco, essendo che la vastità di queste campagne, la guerra di tre anni, computato il presente, il non trovarsi talhora per tre giornate intiere casa dove ritirarsi, et le scorrerie dell' essercito che già penetra insino a Plescovia, non solo fanno carissima ogni cosa, ma etiandio ci causano necessità di scorta et di molte spese, alle quali mai non pensai. Ma di tutto con ogni parcità si tiene conto, ch'io manderò o porterò, a Dio piacendo, a V. S. Ill-ma [2].

Mandai tre giorni sono il sacerdote nostro coi brevi di N. S-re et

386. [1] *Vid. inf. N. 387*

[2] Ratio accepti a S. Pontifice Gregorio XIII et expensi pro missione Moscovitica et pro aliis quibusdam rebus pis *D. d. 30 Octobris 1581* (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 290 sq., *ed. P. Pierling M. Lerpigny. Un arbitrage Pontifical au XVI siècle, Bruxelles Paris p. 188 sq.*).

con una lettera di questo Re al Re di Svetia [3]. Di detta lettera io mando la copia con questa a V. S. Ill-ma.

Mando anco il catalogo degli alunni di Brunsberga, venuto di là ultimamente, et a quel che si vede che Christo S-r N-ro va aprendo la porta alla Livonia et più oltre, spero che S B-ne si rallegrerà di haver eretto quel seminario a lei vicino. Et penso che coll' occasione delle speditioni. che hora si faranno costì per la nominatione fatta di diversi vescovi di Polonia, S. S-tà getterà l'occhio ad aiutare questo paese. che può dirsi et

---

386. [3] *De P. Simone Nicovio (Nikowski) S. I. in Suetiam misso et de rebus seminarii Braunsbergensis Possevinus ad Philippum Widmanstadt. rectorem eiusdem collegii d. d. Vilnae 20 Iunii 1581 scripsit* (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 140 sq. *cop.*). *Ep. Stephani Regis ad Regem Suetiae desideratur. prostant tamen ea. quae a Possevino proposita sunt Regi Stephano, ut in Suetiam scriberentur:* Fides publica. sive patentes litterae pro Simone Nicovio, qui in Sueciam mittitur ad Ser-mam Reginam Sueciae; s autem Simon sacerdos est de Societate Iesu, et prope Posnaniam natus. Sed in paitentibus litteris ob traiectionem tutiorem nulla fieri mentio deberet sacerdotii, aut reli gionis, verum ut quasi a Ser-mo Rege mitteretur ad quaedam negotia tractanda vel suo, vel Ser-mae item Reginae Poloniae nomine, nam et eius Reginalis M-tas scit eum proficisci. Porro dispiciendum erit, Polonica ne lingua, an Latina patentes ipsae litterae scribendae erunt, an fortassis Polonica et Latina, sive potius Germanica lingua. Litterae R. M-tis ad Ser-mum Sueciae Regem per hunc ipsum: capta occasione vel ex huius ipsius profectione, vel ex mea missione a Pontifice M., quibus inter alia Ser-mus Rex insinuetqua caritate Pontifex M. de Regis Sueciae negotiis cum S. M-te egerit, quod officium, etsi necessarium non erat omnino, quandoquidem ipse Ser-mus Rex Poloniae praestabat, quidquid ad Sueciae Regis dignitatem spectabat in rebus, vel pacificatione cum Moscho tractanda, non mediocre tamen pondus apud eius M-tem R. habuit; cum vero etiam eius S-tas cum Ser-mo Rege Poloniae quaedam alia ad ipsum Ser-mum Sueciae Regem spectantia agere voluerit, de quibus eius S-tas peculiaribus litteris ipsi Regi Sueciae scribit, non potuisse Ser-mum Poloniae Regem non gratulari ex animo eius Serenitati; neque enim fieri posse, ut cum Christi D. N. Vicarius adeo paternam curam eius Ser-tis suscipiat, Deus item ipse, qui per sua organa tam primaria praecipue operatur, non respiciat eius Regna salutemque ipsius inprimis expetat. Quamobrem quod eius M-tas Regia ante biennium fecit, cum de pietatis negotio cum eius Ser-te egit, litteris ad eam per P. Antonium Possevinum missis, id et agere nunc ac precari illum enixe, tantam ne sinat differri palmam, quam de tot populis Christo D. integre restituendis immortalem sibi potest acquirere. sic saltem. ut dum adhuc superstes Regina est, sinat latius ostium fidei patere: se interim, quotiescumque opus fuerit, nullum officii genus deserturum, quo eius Ser-ti, ut propius iam ipsius Regnis per Rigae praestitam obedientiam magnamque Livoniae partem recuperatam Regia M-tas accessit, re ipsa ostendat, quantopere illum iuvabit in tanto pietatis negotio promovendo. Interea cogitare dignabitur R. M-tas, num et de Ill-mi principis Christophori morte et de filio eiusdem designato successore ac de mea profectione in Moscoviam. cui et negotium Ser-mi Sueciae Regis commendaverit, aliquid ipsimet Sueciae Regi scribendum erit. Has vero litteras supplico Ser-mae M-ti, uti iubeat sic scribi, ut ante eius discessum non solum eas, verum etiam earum exemplum ad S. Pontificem mittendum possim habere (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 369 sq. *min. manu prop., a Possev. inscr.:* Tenor litterarum obtentarum a Ser-mo Poloniae Rege ad Sueciae Regem ac missarum per P. Simonem Nicovium de Societate. Earum vero litterarum exemplum altero itinere missum est ad Ill-mum D. Card. Comensem).

sperarsi scala del Settentrione et dell' Oriente, se si usa dell' occasione che ci dà la vita et bontà di questo Re.

Ma perchè tutti i discorsi restano senza effetto, se non si hanno operarii, io per le sante piaghe di Christo crocifisso per noi, supplico humilissimamente V. S. Ill-ma che non si scordi di un'ampla fundatione del collegio nostro romano, per ciò che senza questo la compagnia nostra non potrà somministrare vita et aumento (a gloria di Dio) a queste et altre parti.

Avant'hieri il S-r cancelliere mi commandò ch'io raccommandassi a V. S. Ill-ma la speditione dell'eletto arcivescovo di Gnesna, per conto di qualche temperamento nelle cose delle bolle [4]. Et come quel S-r confida nell'amore mostratogli da N. S-re et da V. S. Ill-ma, pensa che questa mia proposta non sarà, come desidera, inutile.

Dall'alligato memoriale dell'auditore di Mons. di Bertinoro intenderà V. S. Ill-ma il suo pio desiderio [5]. Esso, per essermi figliuolo spirituale, et perchè, se pure di questo Regno partisse Monsignore suo, potrebbe essere che esso restasse in questo Regno, dove per la sua virtù è molto desiderato dal nominato arcivescovo [6], a cui potrebbe fare spalla, ha voluto usare del mezo mio con V. S. Ill-ma, essendo questo cosa ch'è per indirizzarlo a pigliare gli ordini sacri. Io la supplico con ogni riverenza che, se già non havesse ottenuta la gratia che ricerca, V. S. Ill-ma gliela impetri, et ne lo faccia avisare dal S-r Canobio [7]. Et non essendo questa per altro, le raccomando —

387. *Possevinus Cardinali Comensi.* *Vilnae 17—23 Iunii 1581.*

Quae a P. Possevino Pontificis M. nomine acta sunt cum Ser-mo Poloniae Rege de pace cum Mosco deque religione catholica in Moscoviam insinuanda.

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 156 sq. *orig. manu prop. scr. — Ed. P. Pierling, Un Nonce du Pape en Moscovie, Paris 1884, app. 6, p. 148 sq.*

Cum decima tertia Iunii huius anni 1581 Vilnam venissemus eademque die cum R-mo D. nuntio, deinde postridie eius diei cum Mag-co D. cancellario, quantum satis esse videretur, egissem, ut cognito rerum statu aditum peterem ad Ser-mum Poloniae Regem, ab eius M-te tertia die post adventum meum evocatus, reddidi ei litteras S. Pontificis eoque salutato,

386. [4] *Vid. sup. N. 366, N. 382 et Append.*

[5] *De petitione Tarquinii Peculi vid. sup. N. 319 Memoriale eius Possevino directum in* Nunz. Germ. Vol. 93 f. 155).

[6] Figlio spir., *vid. sup. N. 270. De petitione Stanislai Karnkowski, vid. sup. N. 370.*

[7] *Iohannes Bapt. Canobius, secretarius Card-lis Comensis.*

cum senatus ex parte convenisset, significavit, ut cum eius M-te possem fusius colloqui, gratum sibi futurum, si absoluto Ill-mi eius fratris voyevodae Transylvaniae funere ad eum adirem, quod funus in diem in sequentem incidebat [1].

Vocatus itaque rursus die 17, sic cum Rege locutus sum. Quae causae Pontificem M. ante biennium adduxerunt, ut ab eius S-te ad V-ram M-tem mitterer, eaedem illum novissime permoverunt, ut ad ipsam remitterer. Nam cum de restituenda religione catholica in Suecia ageretur, V-ra M-tas visa est magnum ei rei momentum allatura, si litteris suis ad Sueciae Regem scriptis negotium tam sanctum (ut fecit) promoveretur, quae litterae [2] a me Sueciae Regi allatae, magnopere toti causae tractandae commodarunt. Rex enim ille non solum ob affinitatem, quae inter V-ras M-tes intercedit, atque ob non adeo ingens ab hoc Regno intervallum, verum etiam propter auctoritatem V-rae M-tis solidasque illas et fidas rationes, quas illi M-tas V-ra divinitus afflata scribebat, haud parum est ad pietatem inflammatus. Quamobrem factum est, ut si minus omnia simus hactenus consecuti, unius tamen integri anni spatium obtinuerimus, quo multos ex plaga illa septentrionali, Deo miserante, vel eduximus, vel emisimus in seminariis pontificiis instituendos: catholicos autem libros tum pene omnibus eius Regni primariis distribueremus, tum alios eodem in Regno ea item lingua edi procuraremus; monasterium autem S. Brigittae [3], quod unicum in universo illo tractu, tamquam Arca Noë in mediis fluctibus, asservatum fuerat, sic in iis, quae ad professsionem sanctimonialium et earum numerum augendum atque ad cultum divinum spectabant, instauraretur, ut ipse quoque Sueciae Rex magnam ei redituum partem restitui mandaret; praeterea principes ipsi, Regis filii [4], qui Sacrosanctae Eucharistiae sacramento muniti nunquam antea patris ob metum fuerant, haud semel secreto illam sumpserint; aliquibus vero catholicis sacerdotibus in eodem Regno relictis, ita a Rege illo ad S. Pontificem remitterer, ut beneficio temporis interea uti possemus, negotioque divino promovendo non minima facultas concederetur. His de rebus, cum ad Urbem redierim, deliberatum est, ut cum aliis pontificiis litteris vel in Sueciam, quo tempore expediret, navigarem, vel iis ad Regem transmissis, in Prussia subsisterem, ubi expectarem, quid eae fructus parerent, atque dum haec agerentur, reliqua, quae ad pietatis propagationem in ora illa maritima septentrionali spectarent, sic curarentur, quemadmodum eius S-tas cum per alios, tum per Societatem nostram attentissime facit.

Supervenit, Ser-me Rex, Moschi Ducis internuntius Thomas Severigen [5] ipso fere in discessu, cui accingebar, cum a S. Pontifice deliberatum est, ut de utroque Sueci Regis et Moschi Ducis negotio ad V-ram M-tem

387. [1] *Vid. sup. N. 381. Brevia Ap., sup. N. 322.* [2] *Vid. sup. N. 114 adn. 3.*
[3] *Vadstenae. Vid. A. Theiner, Schweden und seine Stellung I p. 626 sq.*
[4] *Sigismundus et Anna.* [5] *Vid. sup. N. 318 adn. 1.*

proficiscerer. Nempe ut cum in Suedico (sicut dixi) auctoritas V-rae M-tis permultum habuit momenti, sic in re illa, quantum fieri queat, ad exitum perducenda, alteras Regi Sueciae litteras scribere vellet, quas ego confestim per certum e nostris hominem in Sueciam, Deo adspirante, missurus sum. Quae quidem litterae pro prudenti V-rae M-tis pietate eiusdem erunt tenoris, cuius priores illae alterae fuerunt. Veruntamen, quando Sueciae Regi quaedam petenti S. Pontifex ita respondit [6], ut, priusquam illi liquidius de tota re perscribat, significet eo de negotio se cum Ser-mis quibusdam principibus agere statuisse, videtur e re futurum, si V-ra M-tas illud suis litteris addat se Pontifici M., quid sentiat, fusius scripturam. Atque huc pertineat, quae altero duorum brevium eius S-tis [7], quae V-rae M-ti reddidi, per me significari ac peti Pontifex iussit.

Iam vero, quod ad Moschum attinet, de quo S-tas eius V-rae M-ti alterum breve misit, videntur altius quaedam repetenda, quibus rem ipsam universam aperte perspiciat. Sic enim vel pacis cum Mosco transigendae, vel catholicae religionis in Moscoviam insinuandae rationes, de quibus duobus capitibus mittor ad V-ram M-tem, liquidissime cognoscet atque inde intelliget, quibus argumentis ex eorum animis, qui publicas res sub V-rae M-tis nutu administrant, scrupulos aliquos eximat, quos audio eis iniectos: quod Romae apud eius S-tem interpretis munere functus sit cum Mosco aulicus Madrucii Cardinalis, vel quod hic Cardinalis congregationi aliorum Cardinalium ea de re habitae, cum sit Germanus, interfuerit, quodque Pragae ac Venetiis internuntius ille Moschi nonnulla egerit, quae forsan aliquid afferre incommodi rei publicae Vestraeque M-tis Regno potuissent, atque ideo per hoc Regnum, uti constituerat, transire noluerit.

Ac primum, cum ex quatuor Cardinalibus tres ipsi M-ti V-rae ita sint noti [8], ut nulla prorsus aut ob munus, quo funguntur, aut ob sinceram erga hoc Regnum propensionem suspicio de iis haberi debeat, quartus ipse Cardinalis Madrucius, quoniam Germanus est et Germaniae protector, nullam hac in re dubitationem movere iure poterat. In rebus enim ad religionem spectantibus, praesertim quae ad septentrionem attinent, ille (siculi et in Suedico negotio haud semel contigit) solitus est semper interesse. Cuius quidem spectatissima virtus est atque doctrina, integritas vero tanta, quanta vel a V-ra M-te in suis Regnique huius rebus desiderari posset, prorsus ut sancte iurarem (si opus esset), eum, qui satis intelligit, quantopere ad religionem promovendam initia ista et virtus M-tis V-rae faciant, nihil dare affectui, vel nationi, aut ipsi, de quo dixi, protectionis officio. Nam et ipsa quoque eius Germaniae protectionis ratio inde maxime ab eo pendere intelligitur, si cum tot ac tantos principes a recta fide alienos Germania in suis visceribus alit, atque adeo ipsimet Cardinali Ma-

387. [6] *D. 15 Martii 1581. Ed. Theiner, Schweden etc. I B. II Th., p. 67 sq.*
[7] *Vid. adn. 1.* [8] *Vid. sup. N. 318 adn. 8.*

drucio non leve negotium facessunt, sic tantus Rex ac Regnum, quantus, Dei gratia, V-ra M-tas quantumque hoc Regnum est, omnibus officiis foveantur, ac (si opus sit) etiam ab ipsis Germanis plusquam verbis adiuventur.

At vero cum nemo sit, quin oculis intueri possit, quorsum S. Pontificis studium tendat, intelligere quoque omnes possunt eius S-tem non solum haud curaturam, sed ne permissuram quidem fuisse, ut V-rae M-ti, aut bono istius Regni, in quo satis adhuc certi praesidii catholica tenet ecclesia, incertum quidquam et plusquam satis alienum, qualis habetur Moscovia, anteferretur. Videt vero omnis natio, quae sub coelo est, quam sedulo et quanta liberalitate Pontifex M. in omnes provincias lucem inferre conetur Evangelii, ut si quid aliud, quam id, quod praecipue Christi Vicarium (et quidem huius ingenii ac pietatis Vicarium) decet, ageretur, aut tentaretur, tam praeclare inchoatum aedificium aut concideret, aut saltem rimas, non dormiente satana, ageret. Ego vero (ingenue fatebor) si fieri posset, ut ab eius S-te, aut a quantolibet Rege aliquid mihi iuberetur, quod rectae conscientiae sentirem adversari, audeo dicere me nulla ratione procuraturum. Veruntamen et V-rae M-tis oculis est pene subiecta ipsa Suetia, in cuius bono curando, si quid suspicati fuissent aliqui, dum ego ad V-ram M-tem et ad alios principes mittebar, vel dum ipse Madrucius Cardinalis ut homo Germanus, congregationibus ea de re habitis Romae interfuisset, V-ra M-tas habet satis, unde illos convincat. Ego autem, Ser-me Rex, non possum reticere, quod mihi, cum ista audirem, veniebat in mentem: scilicet ex hoc uno negotio intelligi posse eius S-tem in rebus ad christianam rempublicam spectantibus, divino duci numine solere. Quippe qui cum debeat esse omnium pater, nec alicui quemquam anteponere, omnium vero principum studium ad Dei gloriam quaerere, intelligit, si, ubi Moschi internuntius Romam venit, Madrucium a congregatione reliquorum Cardinalium secrevisset, fore, ut Caesari suspicionem afferret se una cum V-ra M-te adversus Imperii bonum velle aliquid moliri. Itaque cum Cardinalem huius Regni protectorem Farnesium, Comensem vero, tamquam ipsiusmet Pontificis M. dexteram et oculum, ac denique Commendonum, qui non minus de hoc Regno bene meritus est, quam se de eo bene merendi occasionem habere sentit, eidem congregationi interfuerint (8), plane intelligit M-tas V-ra, quam ab omni suspicione debet esse alienum, quicquid de Madrucio eiusque aulico, qui Moschi interpretis Germanice loquentis verba interpretatus est, dictitarunt.

De Venetis autem, cum ego novissime Venetiis fuerim, nihil apud eam rempublicam ab internuntio Moschi dictum, aut factum fuisse, quid V-rae M-ti incommodaret, potui cognoscere. Obtulerat ille Ser-mo illi duci salutationem ac litteras nomine principis sui, ac demum aliquid innuerat, quo testaretur suum, ut ille vocabat, Caesarem cupere, ut Veneti in Moscoviam navigarent cumque ea provincia, uti cum reliquis aliis faciunt,

commercium inirent. Quod cum ad Pontificem M. etiam a Moscho pervenisset, existimavit quidem eius S-tas, sicut et postea Venetis videbatur, hoc esse perdifficile. Verum Pontifex, ne officio deesset atque ut ex hac re aliquid melius eliceretur, mandavit, ut ad eam rempublicam venirem, cui ostenderem fieri posse, ut Moschus templum catholicis sacerdotibus attribueret, si in spem veniret fore, ut ad oram Moscoviae mercatores aliqui Venetiis nonnunquam appellerent. Responsum igitur accepi, reipublicae illius erga pietatem propensissimae, dignum. Itaque si Moschum repero catholicorum commercia serio cupientem, habeo mecum sacerdotes, quos ibi in nomine Domini relinquam, quemadmodum et in Turcarum ditione iam fit atque in extremis Indicis emporiis aliquando cum fructu a Societate nostra est factum. Quod si ille recusaverit, intelligem eum, qui Tartaris moscheas, Luteranis loca ad suos errores praedicandos permiserit (a quibus tamen se alienissimum esse ostendit), aut voluisse christianos principes decipere, aut eo tantum spectasse, ut aliqua ratione (legatorum nempe et aliorum externorum ad se adventu) cadentem et imminutam ex istis M-tis V-rae victoriis auctoritatem erigeret. At vero, ut ad ipsam Venetorum rempublicam redeam, tantum abest, ut quidquam alienum ab huius Regni commodis tentatum sit, ut egregiam et praeclarissimam de V-ra M-te testificationem senatores illi fecerint, me vero ad pacem hanc cum Moscho tractandam animarint, quandoquidem, si V-rae M-tis vires et animus alio convertatur, non parvo sibi eas praesidio fore adversus Turcam intelligant [9].

Porro Venetiis ego Graecium ad animandum Carolum archiducem, ut quae ad restituendam religionem promulgaverat, in rem conferret [10], profectus sum, cum id mihi a Pontifice iussum fuisset; inde Viennam et Pragam veni, ut et Moschi internuntium, qui alio itinere praeiverat, assequerer, ac praeter alia cognoscerem, legitimae, nec ne, litterae illae essent, quas ille ad Pontificem attulerat; sicuti veras fuisse non unis coniecturis cognovi [11].

Pragae igitur cum essem, nihil rescire potui ab eo internuntio, seu ab altero eius comite [12] actum adversus V-ram M-tem, aut hoc Regnum fuisse, sed tantummodo procuratum, antiqua ut illa a Maximiliano atque

387. [9] *Quid Szewrigin et Posserinus Venetiis egerint, vid. Pierling, La Russie etc. II p. 10 sq. Nicolaus de Ponte, dux Venet., Posserino d. 17 Aprilis respondit:* "et prudentemente fa la S. S-tà premer specialmente sopra la introduttione di una bona pace tra il predetto Gran Duca et il Re di Polonia, come principal rimedio, che siano queste forze unite per produr mirabili frutti in servitio del christianesimo" (*Pierling, Bathory et Possevino p. 58*).

[10] *Quae Graecii cum archiduce Carolo egerit, Posserinus d. d. Graecii 29 Aprilis 1581 Cardinali Comensi rettulit* (Nunz. Germ. Vol. 93 f. 56 sq. *orig.*).

[11] *Vid. sup. N. 318 adn. 6. De commoratione Possevini Viennae et Pragae, vid. Pierling, La Russie etc. II p. 42 sq.*

[12] *Athanasius Rezanow, vid. sup. N. 279 adn. 3.*

a Rodulpho promissa legatio ad se mitteretur [13]; ceterum neuter internuntius in conspectum Caesaris aegroti admissus est, sed ubi hic, quocum veneram, aureum torquem litterasque ad Lubecenses atque ad Danum de transitu in Moscoviam a Caesare obtinuit. Lubecam migravit. Neque enim cum Pragam venissemus, pervenerant litterae fidei publicae a V-ra M-te Vratislaviam, sicuti cum R-mi huius D. nuntii litteris retulit nobis Doctor Andreas Ierinus, Vratislaviensis ecclesiae praepositus, qui tum Vratislavia venerat Pragam [14]; is enim est, cui Pontificis M. mandato litterae illae fuerant a D. nuntio mittendae. Id quod cum fieri longius metuerit internuntius Moschi, qui nec plene Polonis fideret (auctor enim ego illi Romae fueram, ut Polonicum iter arriperet), Lubecam profectus est. Quo tempore etiam ipse recta Vratislaviam discessi, acceptis a Caesare litteris animantibus ad fidei catholicae unionem Moschum nosque commendantibus [15], ne si quid dolo malo internuntius ille in Moscovia adversus nos tentaret, non tantum nobis, quantum ipsi causae et negotio, de quo mittimur, periculum crearetur. In hanc vero dubitationem praecipue veneram, quod dum ego Graecium, internuntius Viennam recta peteret, ubi nos eramus conventuri, Italus quidam mercator, quem ille sibi ex Moscovia tamquam alterum pro Italia interpretem adiunxerat, vulneratus est ad mortem ab altero interprete, qui item internuntium sequebatur [16]. Quae res fecit, ut internuntius Moschi veritus, ne quid iure secum ageretur, nec cum archiduce Ernesto aliquid ageret, et vero magnis itineribus Pragam contenderet, relictis Viennae litteris, quibus me rogabat, ut eodem ire pergerem [17].

Habet M-tas V-ra totius itineris istius causam, initia, progressus, curque Moschi internuntius aliud iter, quam per Poloniam, agressus sit. Reliquum est, ut ad ea, quae mihi a S. Pontifice demandata sunt, cum V-ra M-te agam.

Ac primum, eius S-tas pro certo habet M-tem V-ram sibi persuasisse se, quicquid de Moscoviae negotio agit, id omne ad unam ipsam Dei gloriam propagandam referre, scire tamen interea sibi rem esse cum principe illo, cuius ingenium perdifficile sit ac cuius animus ab ea pietate valde fortassis abhorreat, quam verbis praesefert, sed et eius mores litteris ac libris et denique rumoribus omnium satis percrebuerunt. At cum eo in loco Pontifex M. sit constitutus, in quo Christi Domini vices agit, sentit sibi incumbere onus seminandi continenter semen bonum, sive illud cadat secus viam et conculcetur ab hominibus volucresque coeli comedant

387. [13] *Vid. Pamjatn. Diplom. Snosz. I p. 794.* [14] *Vid. sup. N. 384 adn. 4.*

[15] *D. d. Pragae 19 Maii 1581, ed. Pamjatn. Dipl. Snosz. I p. 839 sq.*

[16] *Franciscus Pallavicinus, mercator Mediolanensis, Lubeca a Szewrigino conductus est. A Theodoro Philippi filio Poplero, Livone, altero interprete internuntii, vulneratus, mortuus est. Vid. Pierling, La Russie etc. II p. 43.*

[17] *Vid. epistolam Possevini ad Card. Comensem d. d. Viennae 6 Maii; ed. Pierling, Bathory et Possevino, p. 74 sq.*

illud, sive super petram et statim arescat, sive inter spinas et suffocetur, sive in terram bonam et ferat fructum centuplum; scit autem eius S-tas medico non opus esse bene valentibus, sed male habentibus, ac propterea facit, quod saepe S. Sedes Ap. fecit, quae duodecies unionem Graecorum secum experta, quanto magis illa se in schismata praecipitabat, tanto eam ardentius ad sanitatem revocavit ac revocat: quod certe divinae misericordiae evidentissimum est argumentum. Sicut autem sub Nerone, Domitiano et aliis crudelissimis tyrannis non destitere tot alii ex aliis Pontifices datis fortiter cervicibus, rem divinam promovere, ut nobis viam ad coelestem felicitatem sternerent, ita eius S-tas illam Moschi feritatem, quanta quanta sit, non exhorret, nec diffidit aliquando fore, ut haec missio ceterique labores, qui ob eam suscipientur, si minus huic aetati, aut seculo, saltem posteris in aliquam messem ad Dei gloriam erumpant. Interea vero filiis illius praebebitur occasio, ut pontificia potestate rebusque melioribus, quam sint eorum schismata, personare incipiant illorum aures; et ut ista non essent, certe explorabitur terra illa, in quam denique Iosue aliquis, qualis forsan erit M-tas V-ra, quod armis nunc facit, mox catholica religione et pietatis exemplo pervadat.

Sed quod ad sanciendam a V-ra M-te cum eo pacem attinet, cum eo in loco res sit, ut Moschus eam crebro poposcerit, nec aliud iam effugium habere videatur, quam ut Livoniam V-rae M-ti tradat, M-tas autem V-ra ad Dei gloriam, ad praesentem christiani orbis rerum statum atque ad suas rationes spectare intelligat, si pax honorifice et aequis condicionibus conficiatur, vix mihi apud pietatem ac prudentiam M-tis V-rae relinquitur locus, ut eam ad hoc cohorter eius S-tis nomine. Quae tamen exoptat, ut quemadmodum Carolus Magnus faciebat, qui devictas provincias Christo subiiciebat, sic M-tas V-ra religionis in Livonia restitutione catholicaeque fidei, quae una vera religio est, in Moscoviam insinuatione victorias istas cumulet ac quasi obsignet. Quod certe perpetuum V-rae M-ti afferet decus, ceteris autem Regibus, qui bella gerent, illustre erit exemplum, quo proelia Domini proeliantes arma adversus communem hostem inferant potius, quam inter sese digladientur.

Sed et alia V-rae M-ti adiicientur, sicut divina bonitas aptioribus instrumentis uti solet ad rem suam promovendam, nec ulli rei Pontifex M. parcet, quae ad istam V-rae M-tis dignitatem amplificandam pertineat, quotiescunque id faciendi legitimam occasionem nanciscatur. Restat igitur, ut etiam V-ra M-tas huius in Moscoviam missionis occasione, sancto illi seni animarum salutem sitienti id solatii afferat, ut quod iam illi in itinere meo acceptis a V-ra M-te litteris patentibus scripsi [18], nullam fieri moram intelligat, quominus iter hoc meum in Moscoviam prosequar.

Ad haec omnia Rex pauca praefatus ac perhonorifice commendato

387. [18] *Vid. sup. N. 369.*

S. Pontificis studio, qui pacem inter christianos principes, catholicam autem religionem passim invehere procuraret, ita respondit:

Primum cognoscat V. Reverentia causas huius a me suscepti ante biennium belli necesse est, quae ita [se] habuerunt. Ego cum inter alia, tum cum hoc Regno inaugurarer, iurassem me Livoniae recuperandae operam daturum, indicavi Moscho [19] biennii (si vellet) indutias faceremus, quo tempore de perpetua pace per nostros legatos invicem ageremus: interea me contentum fore, si, quas ille arces Livonibus fraude ademisset, eas ut restitueret, quas vero is bello cepisset, tantisper retineret, dum tractatio istius negotii absolveretur. Ille autem, quod Gedanensibus tumultibus nos implicari audisset, solita elatione impulsus, non solum non restituere quidquam, sed Livoniam quoque integram, ducatum item Curlandiae cum Riga civitate ceteraque ad fines usque Prussiae se velle respondit. Secunda porro legatione [20] tres circiter arces petebam, ratus nondum appetiisse tempus, quo pro Regni nostri statu vel maioribus copiis instructus, spem totius Livoniae potiundae possem concipere. At ipse legatos eos ad me Cracoviam misit, qui satis temere cum se nihil expososituros suae legationis dixissent, nisi prius ego stans apertoque capite de illis quaererem, quomodo eorum princeps valeret, iis marsalcus noster iussu nostro mandasset, missa ut ista facerent, quippe qui non venirent ad nos tamquam magistri ceremoniarum, cum neque nostri legati haec ab eorum principe requiri consuescerent [21]. Sic igitur infecta re proficiscentibus bellum exortum est, quod deinde quasi filo Dei ductum est, ut saepe supplices de pace ad nos venerint novissimeque Livoniam excepta Narvia, partemque aliquorum sumptuum, quos in bellum gerendum expendimus, nobis obtulerint, si Moscho a nobis Velicolucum duaeque aliae arces, quas anno superiore cepimus, restituatur. Hac de re Moschi legati apud nos sunt, quorum unus cum altero e nostris internuntiis [22] (quoniam sine certo homine non solemus invicem litteras mittere) profecti sunt in Moscoviam, quorum reditum post quindecim dies plus minus expectamus. Eo igitur tempore, quando superioris temporis tractatio, quae ante aliquas paucas hebdomades secuta est, innotescere vobis non poterat, cui quidem vos adhibuissemus, si hic fuissetis, expectandum esse videtur, ut tractationi vel confectioni pacis cum interfueritis, maiore cum dignitate ac pondere vestra in Moscoviam profectio instituatur. Nec vero propterea ullum vobis tempus peribit, nos enim post triduum versus Gisnam [23] quinquaginta abhinc Germanicis

387. [19] *Per Georgium Grudziński et Leonem Bukowiecki, legatos a Rege d. 12 Iulii 1576 ad M. Ducem Moscoviae exspeditos* (*Polkowski, Acta Stephani Regis p. 41 sq.*).

[20] *Stanislaus Kryski Masoviae et Nicolaus Sapieha Minscensis, palatini, necnon Theodorus Skumin, thesaurarius curiae Lith. a. 1577 exspediti, incipiente a. 1578 Moscuam pervenerunt.*

[21] *Vid. sup. N. 59.*

[22] *Iohannes Komynin cum aulico regio Christophoro Dzierżek.*

[23] *Dzisna subter Polociam ad Dunam, ubi Dzisna influit.*

milliaribus castra moturi sumus illudque iter, cum iam nos Velicolucensem viam complanari et ampliorem reddi curaverimus, vobis erit facilius, quam si Smolenscense aggrederemini, qua *(s)* vix equo, non item curru, periculo autem maximo progredi possetis. Quod si pax transigetur et Moschus nobiscum colloqui voluerit, ita de religione quoque agam, ut S. Pontifex intelligat me illius S-ti veram in omnibus rebus obedientiam praestiturum. Accedit autem, quod internuntius ille Moschi, qui a vobis Pragae Lubecam discessit, vix ante R-tiae V-rae adventum ad ipsius principem perveniet. Ille enim non tam cito in Daniam atque inde per satis longum pelagi tractum, cuius incertus solet esse cursus atque navigatio, Pernoviam appellet, quae item procul Moscovia distat [24]; praeterquam quod eum sic iussimus observari, ut non facile vel ex Sueciae Regis classe, vel ex manu nostrorum speculatorum sit elapsurus.

Iam quod ad Caesarem et ad reliqua pertinet, pro certo V. R-tia habeat ne minimam quidem suspicionem neque de Pontificis M., nec de vestra voluntate nos concepisse. Verum neque inficias imus veritos nos fuisse telam illam mittendi ad eius S-tem internuntii Moschi si minus a Caesare, certe ab eius consiliariis fuisse contextam; ita enim videntur nostrarum rerum vel invidentes, vel timentes, ut haec cogitatio animum cuiusque merito subire potuerit. Novimus porro Germanorum ingenia et Rex ipse Daniae, cum se prohibiturum nobis pollicitus fuisset, ne quis iret ad Moschum, huius alteri internuntio a Caesare redeunti naves, quibus in Moscoviam traiicere posset, tradidit, quod et Lubecenses fecere. Qui internuntius si paullo plus navigationem distulisset, facile in Sueticam classim incidisset, quae novissime plures Moschos navesque intercepit, quibus abductis, illi praecisis manibus dimissi sunt. Haec cum Rex locutus fuisset ac de Thoma Severigen nonnulla eiusmodi adiecisset, videretur autem cogitasse, si Moschus cognovisset a Pontifice istud negotium de pace transigenda procurari, maioris apud eum momenti nostram profectionem fuisse, sic me iterum loquentem benigne audivit.

Ut Moschus Pontificis M. de ista pace studium cognosceret, tribus rationibus sic anteversum est, ut eidem Moscho pro certo habeam hoc innotuisse. Nam et in itinere saepe ipse internuntio dicebam eius S-tem de tota re D. R-mo Caligario scripsisse quarto nonas Martii [25], ut cum V-ra M-te ageret, sicuti et diligenter fecit. Deinde quam primum Venetiis fui, dedi operam, ut litterae ab eodem internuntio ad eius principem de hoc studio Pontificis scriberentur [26], quas ego litteras statim Augustam

387. [24] *Parnawa (Pernau) in Livonia ad sinum Rigensem sita. Szewrigin re vera ante Possevinum Moscuam d. 17 Iulii pervenit*

[25] *Vid. sup. N. 318.*

[26] *Cf. Pierling, Bathory et Possevino p. 54 et 48. Epistolam hanc d. d. Venetiis 14 Aprilis (Russice) edidit et illustravit N. Lichaczew, Djelo o prijezdje A. Possewina. Petropoli 1903, p. 26 sq.*

ad Fuggeros, ut inde Lubecam mitterentur, perferri magnis itineribus curavi; erat enim Lubecae, qui diligenter eas esset vel laturus, vel missurus in Moscoviam. Sed et earundem litterarum alterum ego accepi ab internuntio exemplum, quod Moscho ipsemet redderem, ut hoc quasi vinculo ille devinctus, nihil praeter veritatem comminisceretur. Pragae autem ubi cognovit internuntius D. R-mum Caligarium Varsavia constituisse ad V-ram M-tem de rebus ad eius principem spectantibus proficisci. ipse quidem Lubecam petiit, sed et mihi alteras ad Moschum litteras ac tertias ad finium Moscoviae praefectos dedit, ac de me meas ad Moschum et Moscoviae cancellarium quaesivit [27], quibus Moscho adventum meum significaret. indicaret autem, quid Romae, Venetiis, in Polonia Pontifice M. iubente, procuratum fuerat. Ceterum cum necdum pax confecta sit, ista vero V-rae M-tis R. mens tam ingenue divinam causam respiciat, videt, quot rationes ei affuturae sint, quibus legati Moschi intelligant (me nomine Pontificis M. praesente ac confectionem istam procurante) eius S-tem apud M-tem V-ram ea esse, qua decet, existimatione, ut si quid etiam Moscho ex aequitate concedendum sit, cognoscere ille possit id a V-ra M-te in Pontificis gratiam fuisse concessum: quod certe ad maiorem quoque dignitatem V-rae M-tis spectabit, ut interim omittam, quantopere Deo ipsi exercituum hoc futurum sit gratum, cui ea, quae de manibus ipsius V-ra M-tas accepit, ea item reddit atque ad ipsius honorem propagandum convertit. Quod autem ad meum adventum pertinet, quem spero V-ra M-te mandante, cognitum iri legatis Moschi, qui sunt apud eam, equidem (quicquid humanitus in aliorum animis solet incidere, inde aliud sentiant) nullum opportunius tempus esse potuisse coram Deo, qui novit momenta temporum, hoc ipso, quo me divina bonitas adduxit, existimo. Si enim antea pervenissem. vix effugere potuissem, quin cum eo, qui ad Moschum rediit internuntius, discessissem, Moschus autem uti rem suam acturus, nec spatium deinde aliquod (si quid ipse aliud habuisset in animo) ad negotium religionis tractandum mihi fuisset concessurus, quae quidem res sedatum ab his bellicis tumultibus animum praecipue requirit. Quod si qua dubitatio oriatur, ne ille pace confecta iam Pontificem aliosve principes christianos curet, sperandum est eum, si quid omnino sapiat, haud statim fore omni cura solutum. Cum enim videat exercitum ingentem V-rae M-tis esse sub signis, quae hunc dimissura non sit, donec Livoniam integram obtineat praesidioque communiat, sane cum dexteram et constantiam V-rae M-tis exhorreat, si suis rationibus conducere vel ad populos in officio continendos, vel ut aliqua apud M-tem V-ram in existimatione sit, putaverit (quod ipsum cogitasse tot internuntiorum missione ad Pontificem M., ad Caesarem, ad Regem catholicum [28] atque ad Venetos probabile est), non minus

387. [27] *Andreas Szczelkalow. De epistolis his vid. Pierling. Bathory et Possevino p. 77.*
[28] *Ad Regem Hispaniarum nullus legatus Moscoviticus missus est.*

in statuenda, quam in conservanda pace studium eius S-tis sibi esse necessarium credet. Iam vero de meo itinere, etsi nonnihil cogitationis animum meum subibat me, si quam primum discederem, fore, ut per me narrata Moscho principum christianorum et Pontificis M. erga V-ram M-tem propensione, ille magis inclinaret ad pacem pacisque condiciones qualescunque admittendas, id ipsum tamen. quod V-rae M-ti venit in mentem, ego, antequam ad eam venirem, e re magis futurum arbitratus sum. Quamobrem omnia eius prudentissimae pietati committo, quamque itineris rationem, ductores, interpretes mihi concesserit, hoc omne libentissime accipiam.

Tum Rex iterum affirmans sperare se me altero hoc itinere perventurum citius, quam Thomam Severigen ad Moschum, re paullo attentius cogitata dixit: »Et quidem in conficienda pace rationes haud deerunt, quibus adventus iste vester usui futurus sit, restant enim (inquit) permulta, quae adhuc agantur, si tamen pax conficietur«.

His actis Regisque Suetiae negotio S. Pontificis nomine eius M-ti a me commendato, ut inter pacis condiciones illius ne oblivisceretur, ubi benigne annuit, de Livonia ad catholicam fidem revocanda deque Societatis nostrae operariis ad Rigam civitatem iuvandam, a R. P. nostro generali eius nomine evocandis ubi multa egit, litteras autem ad Sueciae Regem, quales quaesiveram, mihi pollicitus, imaginemque ad se a S. Pontifice missam aperto capite diu contemplatus, quam illi attuleram, me clementer dimisit, cum supervenienti P. Scargae, Vilnensis nostri collegii rectori, dixisset, ut se pararet ad iter. Polocense collegium nostrum redditibus et praediis regiis firmaturus: id enim tamquam praesidium et propugnaculum futurum est, unde in proximam Moscoviam catholica fides inferri poterit [29].

388. *Caligarius Stephano Regi.* *Vilnae 25 Iunii 1581.*

De ordinatione quadam Gedanensium contra religionem catholicam: quid novi ex Italia acceperit; pacificatio exspectatur: de itinere suo Rigensi.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 368 *cop. reg.*

Ne mihi, discedente ad S. Regiam M-tem V-ram Mag-co D-no cancellario, scribendi argumentum omnino deesset, effecit Gedanensium consularium

387. [29] *De iis, quae Vilnae cum Rege egerat, Possevinus in epist. d. d. Rigae 28 Aprilis 1582 ad Claud. Aquavivam retulit et haec praeterea addidit:* — impetrata denique a Poloniae Rege quatuor Hungarorum militum vita, quos P. Stephanus Drenoczius (*Possevini socius*) capite iam plectendos et sacramentis expiaverat, et ut eis ignosceretur, impetraverat, hominique non infimae sortis suadentes, ut quam per multos annos habuerat concubinam, eam in uxorem duceret, sicut fecit praesente Ap. nuntio et nobis, et eos P. Scarga in matrimonium iungente, duobus denique Ruthenis interpretibus adscitis, quoniam nemo erat ex nostris, qui nobis Vilnae tradi potuisset (*Supplementum ad hist. Rus. mon. p. 391*).

impietas, qui cum de tota religione christiana contra Deum et ecclesiam temere statuere audeant, satis perspicue declarant, quas de republica contra Regem suum, si adhibuerit, dicturi sint sententias. Mitto M-ti V-rae eorum scripta, ex quibus et ridendi materia et flendi locus dari videtur. Quis enim non rideat hominum mercatorum temeritatem superbe de religione decidentium? Quis idem e contra non ingemiscat, cum inauditam superbiam et insignem rerum divinarum contemptum ex istorum perversitate consideret? [1] Sed haec recognoscendi, Deo adiuvante, non ita multo post facultas M-ti V-rae dabitur.

Ex Italia novi nihil acceperamus, tantum de Slucensi duce [2], qui nuper domum ad suos se recepit. Auditum est successorem mihi designatum, morbo correptum, Venetiis constitisse, quod certe non incommode evenit.

Nos hic summa animi expectatione de pacificatione ista pendemus speramusque brevi declaratum iri, an ad tutam pacem, an ad certum bellum istuc venerit Faxit Deus pro sua clementia, quod bonum est in oculis suis, et M-tem V-ram validam atque florentem nobis quam diutissime conservet.

Ceterum si mihi, ut fere pro certo habeo, Rigam seorsum a M-te V-ra eundum erit, quaeso me senatui ac magistratui Rigensi de meliori nota per litteras regias commendet, ut me de hospitio accommodet et ut amicum, non tanquam inimicum, excipiat.

389. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 27 Iunii 1581.*

A Rege sibi relatum esse, quibus de rebus Possevinus cum eo egerit; qualem se erga Possevinum ipse praebuerit.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 191 sq. *orig., inscr.:* 1ª.

Alli 25 di questo partì di questa città il P. Possevino in compagnia del Gran canceliero, per andare securo da ladri et seguitare il Re, che alli 2 di luglio si ha da trovare in Polozco, ove haverà certa risolutione della voluntà del Mosco circa la restitutione di Narva et conclusione della pace, o persecutione della guerra. Prima che il Re partisse, S. M-tà mi dette minuto ragguaglio di tutto quello havea negotiato seco il P. Possevino [1], il che fu in somma principalmente di escusarsi con lunga et accurata oratione de la tardanza usata nel viaggio, et di levare, per quanto si potea, tutte le suspittioni che erano nate nell'animo del Re, per le sue

388. [1] *De quadam decisione proconsulis Constantini Ferberi, orthodoxae religionis Lutheranae propugnatoris, contra Calvinianos imprimis directa agi videtur. Cf. N. 416 adn. 1.*

[2] *Vid. sup. N. 217 adn. 8*

389. [1] *Cf. sup. N. 387.*

prattiche tenute in Roma, in Venetia, in Gratz, in Vienna et in Praga, et massime, della collusione che qui si pretende essere stata usata da lui con l'amb-re Mosco, che era rivoltato al camino di Lubecca senza attendere la promessa di venire per Polonia; et per maggiore discolpa dimandò l'interprete Rutheno, che li fu concesso. A questo S. M-tà come savio principe, senza disputare nè descendere a particolari, mostrò che questa colpa fusse più d'altri che sua, et facilmente si aquietò.

Nel negotio della religione, disse che seria stato in sua potestà passare et trattare pienamente col Mosco, se bene S. M-tà ne sperava poco: l'articolo della pace essere condotto tanto avanti, che non era da dare materia di interromperlo, fin tanto che non fosse o concluso, o escluso affatto.

Col Re di Suetia promise di fare tutto quello che N. S-re commandava, et lo credo, perchè già ad instanza mia l'havea compreso nel trattato della pace con altri principi da essere nominati da S. M-tà. Il Padre ha trattato tutte queste et altre cose non solo separatamente da me, ma guardandosi da me, il che ha confirmato tanto più S. M-tà nella sua opinione et suspittione, imperochè S. M-tà prima che'l Padre venisse, ragionando con meco, fece questo pronostico: »Se'l P. Possevino verrà all'audienza con voi di compagnia, mostrerà di essere proceduto sinceramente; se procurerà audienza separata, mi darà ad intendere che sia vero quello che ho inteso di lui«.

Io mi sono passato tutto con grande equità di animo, et al Padre ho fatto tutte quelle cortesie et carezze che erano possibili, se bene egli si è dichiarato con molti di havere per molesto assai il caldo offitio, che il Re ha fatto con N. S-re per farmi restare in questo Regno. Hora parimenti haverei tacciuto questi particolari, se pensassi che con servitio publico si potessero tenere occulti; la S-tà di N. S-re ne farà quel caso, che le pareva essere più servitio di Dio et de cotesta S. Sede. Haverei molte altre ineptie da dire in questa materia ma per hora non voglio fastidir tanto V. S. Ill-ma —

390. *Caligarius Cardinali Borromaeo.* *Vilnae 27 Iunii 1581.*

A Rege in Livoniam se evocatum iri; de Possevino; de rebus Transsilvanicis.

Mediolani. Bibl. Ambros. F. 88 Inf. L. 282 f. 571 *orig.*

Parti il Re di questa città verso Moscovia alli 20 di questo, per fare con l'armi in mano o una buona pace che già quasi è per conclusa, o una buona guerra, et haverà questo anno più bello essercito, che mai habbia havuto. A me ha ordinato che non mi parta di qui, imperocchè concludendosi la pace, mi chiamarà a sè per riordinare le cose della religione

cattolica in Livonia, la quale provincia già gli viene offerta da gli ambasciatori Moscoviti eccetto Narva, ma S. M-tà non admette ecceptione alcuna, et vuole Narva ancora; et questa risposta sola manca dal Mosco per concludere la pace, et si aspetta di dì in dì.

Il P. Possevino arrivò qui solo senza l'ambasciatore Moscovita, che da Praga contra la promessa, si era rivolto verso Lubecca, sei giorni avanti la partita del Re, et in tutta questa strettezza di tempo è stato ascoltato benignamente da S. M-tà [1], con la quale benchè si sia sforzato, procurando l'audienza separatamente da me et quasi di nascosto, di scolparsi di molte suspitioni che grandemente hanno offeso l'animo di S. M-tà, et massime, della collusione che qui si pretende habbia usato con l'ambasciatore Moscovita, che non è voluto venire per Polonia, come in Roma era stato deliberato, et dato passaporto da S. M-tà: tuttavia non ha potuto ottenere altro, che di havere a trattare col Mosco dell'articolo solo della religione, imperochè l'articolo della pace è già in termini di conclusione, et S. M-tà a niun modo poteva comportare che hora altri intrasse in mezzo a conturbare il concluso; così Dio sa come il Mosco senza il trattato di pace intendeva il trattato della religione. Se'l Padre veniva presto, come poteva et doveva, con sommo honore della Sede Ap. haveria trattato l'uno et l'altro articolo tra questi dui principi, et col caldo della compositione della pace haveria dato fomento alla concordia et unione della religione. Ma havendo messo appresso che tre mesi in venire da Roma qui, et tenuti in Roma, in Venetia, in Gratz, in Vienna et in Praga patti [più] che sospette al Re, si è posto da sè a sè in questa difficultà. Egli è partito alli 25 di questa città per seguire S. M-tà a Polozco.

Morì il principe di Transilvania fratello del Re, con gran dolore di S. M-tà, per l'amor grande che si portavano insieme questi dui fratelli; ma perchè poco avanti era stato creato principe il figlio ne' comitii di quel Regno, et le cose tutte sono tranquille senza moto niuno, et perchè la morte è commune a tutti, S. M-tà se l'ha passata humanamente. Noi altri più ci dovemo dolore, perchè la fede cattolica ha perduto un protettore acerrimo, et che designava gran cose in quel Regno, benchè ci resta questa consolatione che S. M-tà vuole che si continuino tutti li buoni principii dati, et fare anco di più. La morte del principe è stata s-ma, come V. S. Ill-ma vedrà dall'inclusa coppia di una lettera del P. Lelesio Giesuita, nelle cui braccia è morto [2]. Il novo principe è di età di 9 anni et di indole prestante; si educarà catholicamente, et presto verrà a curarsi in questa corte, et havrà bene che imitare così nelle cose di guerra come nelle arti de maneggi civili, stando sotto la disciplina di S. M-tà; et la

390. [1] *Vid. sup. N. 387.*

[2] *Epistola Iohannis Lelesii S. I. ad Regem d. d. Albae 28 Maii 1581* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 162 sq. *cop.*), *ed. A. Veress, o. c. I, p. 133 sq.*

Ser-ma Regina piglierà appresso di sè la sorella fanciulla di 12 anni[3]. Mi raccomando humilmente nella buona gratia et s-ta amicitia di V. S. Ill-ma —

391. *Caligarius Stephano Regi.* *Vilnae 27 Iunii 1581.*

De postulatis quorundam nobilium.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 368v *cop. reg.*

Postulata nobilium istorum aequa satis ac pia videntur et propterea digna, quae ab S. Regia M-te V-ra exaudiantur, illud tantum providendum erit, ne sub specie recti decipiamur. Illud enim mihi carere suspitione non videtur, quod homines nobiles et saeculares nullum sacerdotem catholicum, quod aequius fuerat et non difficile factu, anteferant, in quem monasterium istud iam nunc pro beneficio conferatur. Etenim vereor, ut est hominum ingenium, ne ipsi suae cupiditati religionem catholicam praetexant. Id autem ne fiat et simul catholico populo consulatur, erit prudentiae ac pietatis M-tis V-rae, ego vero pro eo, ac debeo, quicquid catholicae religioni incrementum opera M-tis V-rae accesserit, immortales gratias habebo[1].

392. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 29 Iunii 1581.*

Cur executio indulti, super canonicatibus conferendis Regi concedendi, nuntio Ap. committenda sit; de dispensationibus a Georgio Fabio petitis; de ep-po nominato Cuiaviensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 193 sq. *orig., inscr.:* 2a.

Il G. cancelliero, prima che sia partito per il campo, mi è venuto a visitare; fra l'altre cose mi ha fatto instanza che preghi N. S-re per la rinovatione dell'indulto, che fu dato al Re, che potesse nominare tre canonicati o dignità per ogni chiesa delle cinque principali: Gnesna, Cracovia, Vladislavia, Posnania, et Plozca[1]. Nel che ho da ricordare solamente che il primo indulto non è anco esseguito in tutto, et perchè quel breve fu commesso ad altri che al nuntio Ap. sono occorsi molti errori: primo, si è multiplicata la incompatibilità senza causa. 2° si sono dati li canonicati et dignità a persone inhabili senza essamine niuno. 3° non è stato le

390. [3] *Sigismundus et Griseldis, postea uxor cancellarii Ioh. Zamoyski.*

391. [1] *Epistola haec ad fundationem collegii S. I. Lublinensis (vid. sup. N. 371) pertinere videtur, sed certe affirmari hoc non potest.*

392. [1] *Vid. sup. N. 382.*

nuto quel conto della auctorità Ap. che si devea, nè fatte l'esspeditioni col debito modo. 4° alcuni non hanno per tutto ciò pigliato l'habito clericale, come era conveniente. 5° se il nuntio non sopraintende, non si vedrà mai il fine dell'indulto. Dare li canonicati et dignità alle persone che servono il Re et la republica, è molto conveniente et servitio publico di tutto l'ordine ecclesiastico, ma collocarli male, non serve se non a destruttione. Il G. cancelliero farà instanza, perchè il nuntio non sia essecutore del breve, ma se N. S-re vuole fuggire gli inconvenienti soddetti et altri, non si deve commettere se non a lui.

Don Giorgio Fabio ha un nepote di 17 anni, che studia in Pultovia et si porta bene; gli ha messo in testa una prepositura curata di Livo[2], diocesi di Posnania, et a uno altro di 12 anni ha dato un canonicato della cathedrale di Vilna, et dimanda dispensa per ambidui. Se si guarda alli suoi meriti, egli è veramente benemerito della Sede Ap., se si guarda all'età de fanciulli, è molto tenera. Egli allega in essempio le dispensationi date alli parenti del G. cancelliero in simile caso[3], espedite dal Ticinio.

Si è formato il processo consistoriale per il nominato di Cuiavia, et si manderà presto: se ci fossero molti di questi soggetti per fare vescovi, presto il Regno seria riformato. Fra 15 giorni al più haveremo certa nova della pace o della guerra —

393. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 4 Iulii 1581.*

Respondet ad N. 345; de voluntate et obedientia Regis erga S. Sedem; de brevibus quibusdam Ap.: de Iesuita Cerino: de Aurelio Novariensi; de Bolognetto et concilio provinciali; de praeposito Miechoviensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 195 sq. *orig., inscr.:* 1ª.

Mentre sto con l'animo sospeso che deliberatione habbia da fare la S-tà di N. S-re di me, et risoluto di pigliare ogni voluntà di S. B-ne come da la mano di Dio, ho ricevuto le lettere di V. S. Ill-ma di 22 di aprile, alle quali rispondo.

Già V. S Ill-ma haverà visto come il trattato di pace tra questo Re e'l Mosco era molto avanti et quasi alla conclusione, et come anco il Re a miei prieghi, trattando qui con gl'amb-ri Moscoviti, vi havea compreso il Re di Suetia et altri principi da essere nominati da S. M-tà, et come in tutto quello che si poteva dimostrare amore et obedienza filiale verso la persona di N. S-re, non si essere havuto a desiderare nè migliore voluntà, nè migliori effetti di quelli che io ho ritrovato sempre nell'animo et prontezza del Re; il che V. S. Ill-ma haverà visto per prova per il passaporto

392. [2] *Liw ad flumen Liwiec in distr. Wengrovensi.*
[3] *Vid. sup. N. 226 P. S. et N. 231 adn. 3.*

et lettere mandate. Hora, se bene le prattiche et tardanza del P. Possevino hanno alterato assai la M-tà S., non mancherà però, come spero, in tutto quello che si potrà, secondare et aiutare li santi desiderii di S. B-ne, et se verrà occasione di abboccarsi col Mosco, come S. M-tà desidera, V. S. Ill-ma vederà capitoli che ella proporrà, honoratissimi per cotesta S. Sede [1]. Hoggi appunto deve essere in Polozco [2], et spero prima che mandi questa di poterla accompagnare con lettere dal campo, che mi diano ragguaglio certo della speranza che ci serà della pace, o della guerra.

V. S. Ill-ma non resti meravigliata se io mandai il memoriale della pluralità, perchè in quel tempo era spirata l'autorità del mio primo breve [3], et il secondo non mi era anco stato presentato, come mi è stato presentato dapoi.

Al palatino di Podolia farò intendere la resolutione di N. S-re, et espettarò il breve per la facultà di fare celebrare in tentoriis per il G. cancelliero [4], et così anco l'altro breve per la dispensa in 2° affinitatis dimandata dal P. Scarga, il quale hora parimente si trova in Polozco col Re.

Al nominato di Gnesna, levandoli il P. Cerrino [5], serà necessario provedere di altro sussidio, perchè egli lo desidera, et ne ha gran bisogno. Da poi che sono qui, ho inteso ancora io che è necessario che'l P. Cerrino torni a Roma, a stare nel collegio et alla regola et disciplina de gli altri.

Se frate Aurelio Novarino da Cremona verrà a sollevare il P. Tacchetta provinciale di S. Francesco, si multiplicherà la riforma per tutto il Regno, già comminciata con tanto frutto in Cracovia.

Se Mons. di Massa verrà, io non mancherò darli ogni opportuna instruttione, et tanto più particolare, quanto la gravezza del caso ricercherà maggiore diligenza. Il concilio provinciale (confirmato l'arcivescovo) non si potrà più impedire, per che egli ne è desiderosissimo fuori di modo, et io non dubito più tanto de scandali, perchè ho messo tanti ostacoli et fatto tanti repari, che serà difficile a superarli, et quello che più importa, ho conciliata, per la gratia di Dio, amorevolezza così buona tra il Re et la Regina, che quasi mi pare di essere in sicuro; et se toccherà a me ad intravenire nel concilio, non mancherò vigilare quanto si potrà, per la parte nostra.

L'impugnatione che feci al preposito di Miechovia, fu honorevole per la Sede Ap. et salutare per questo clero, et ne fu così spaventato il Re, che, tentato di novo in Grodna, non volle sottoscrivere quella nommatione. Et hora, nella nommatione di Cuiavia [6] la mia contradittione passata ha servito mirabilmente, perchè a me ha dato maggiore core a essere simile

393. [1] *Vid. sup. N. 385 adn. 3.*
[2] *Rex tunc temporis Dzisnae etiam commorabatur. Polociam 15 Iulii pervenit.*
[3] *Vid. sup. N. 18 adn. 4.* [4] *Vid. sup. N. 345 adn. 4.*
[5] *Vid. sup. N. 313.* [6] *Vid. sup. N. 385.*

a me stesso, a contrarii ha levato se non l'ardire, al manco la confidenza di potere ottenere et essequire le loro avare cupidità me presente; et con tutto che mi habbiano combattuto con le solite loro armi gagliardamente, io però mi sono diffeso così bene, che sono restato con vittoria [7], in premio della quale ho sentito dire et confessare, etiamdio da quelli che non sono inamorati del fatto nostro, che senza il nuntio Ap. in questo Regno serebbe impossibile a farci cosa buona, et che questo negotio solo bastava per havermi fatto venire da Roma a posta fin qui. Ma desidero che V. S. Ill-ma intenda queste fattioni più presto da altri che da me —

394. *Caligarius Stephano Regi.* *Vilnae 4 Iulii 1581.*

Ex Alberti Crantzii annalibus loca quaedam, ad Novogardiam et Plescoviam pertinentia, descripta mitti; pacificationem exspectari.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 369 *cop. reg.*

Cum horis quibusdam subcisivis annales Alberti Crantii de rebus gestis Vandalorum pervolverem, quibus etiam multa de Livonia et nonnulla de Russia ... [1], incidi in quaedam loca, quae mihi maxime ei bello, quod nunc prae manibus S. R. M-tas V-ra habet, affinia esse videntur; haec ad verbum descripta M-ti V-rae mitto, aliquid enim gerendis rebus, quae nunc instant, lucis afferre possunt. Illud certe admiratione non caret, quemadmodum quidem Novogardia et Plescovia, clarissimae Russorum civitates, centesimo quoque anno plus minus quasi satis quibusdam bellorum terroribus concutiantur, et in aleam saevientis fortunae furentisque Martis pericula revocentur. Utinam vero (nisi tamen pax antea confecta sit) istae ipsae civitates expugnatae atque devictae, M-tis V-rae superiores victorias nova gloriae accessione accumulent atque illustrent. Qua autem ratione eaedem urbes vel per mercatores societatis Hansae summa utilitate, nullo dispendio, tuto ac facile a M-te V-ra retineri conservarique possint, anteactorum temporum ratio satis nobis documento est. Novi hic nihil penitus neque ex Italia, neque aliunde audimus; tantum pacificationis istius exitus omnium in expectatione est, quam quidem pacis mentionem ii, qui minus aequis animis studiisve in M-tem V-ram feruntur, vix patienter sustinent rumusculosque huius rei contrarios sibi identidem confingunt, aequiores vero id, quod communi tranquillitati et concordiae convenit, et optant, et sperant [2] —

393. [7] *Vid. inf. N. 428.*

394. [1] *Tria puncta. Alberti Krantzii* Wandalia, in qua de Wandalorum populis et eorum patrio solo ac in Italiam, Galliam, Hispanias, Aphricam et Dalmatiam migratione, et de eorum Regibus ac bellis domi forisque gestis, *Coloniae Aggrippinae 1519; Francof. 1575 et 1580. Caligarius de libro XIII cap. 15 et LXI cap. 10 agere videtur.*

[2] *Epistola hac obsignata, Caligarius rumores quosdam ex Italia de bello Turcico*

395. *P. Skarga Caligario.* *Dzisnae 5 Iulii 1581.*

Quid cum Rege de collegio Polocensi egerit; pacem incertam esse; de tribus collegiis S. I. a Rege in Livonia erigendis.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 218 *orig. manu prop.*

Venimus Disnam heri, iam de nostro adventu M-te. Reg. sollicita, percontabatur enim a quibusdam, num iam in itinere essem. Hodie sum allocutus M-tem ipsius. Vult omnino erigere nunc collegium Polocense et facere fundationem, et ipse sua praesentia omnia, quantum fieri poterit, impedimenta amovere. Ideoque me praeire iussit Polociam, ut per hos dies, quibus Disnae subsistet, a me de omnibus instrui et hic rem cum consiliariis perficere possit.

L'essercito di S. M-tà era bello et numeroso, et cresceva ogni dì più, marciando sempre novi soldati verso il campo, del quale una grossa parte ne havea menato seco castellano di Trozka *(s)* figliuolo del palatino di Vilna verso Orsa, per reprimere le correrie de' Tartari che servono al Moscovita. Una altra parte andava col S-r cancelliero per espugnare alcune terre ignobili, ma che davano impedimento [1]. Il corpo tutto dell'essercito andava col Re, che, irato fuori di modo contra la perfidia del Moscovita et le lettere lunghissime come un volume, piene di maledicenza et di parole villane [2] che li scrive, si proponeva d'assediare et espugnare Plescovia. Staremo hora a vedere quello che riuscirà.

Il giorno di S. Giacopo [3] dopo la messa grande nella chiesa de' Giesuiti dove io ero, fu intonato et cantato il Te Deum, et dimandando io la causa, mi fu risposto che la palatina di Mscislavo [4], che habita lungi di qua sette leghe, l'havea mandato ad ordinare, atteso che li Moscoviti con li Tartari erano andati in grandissimo numero sotto Orsa terra del marito posta in confini di questo Regno, et si erano partiti senza haverla potuto espugnare.

Il P. Possevino, non trovando buono il passo per via di Turropetia, havendo ricevuto ogni sorte di cortesia dalla M-tà del Re, si era inviato alla volta di Orsa per aspettare là di Smolensko il passaporto del Moscovita [5]: questa strada era la sua dritta quando partì di qui, ma per andare col campo del Re si lasciò condurre a Polozko, di donde poi ha bisognato traversare fino a Orsa: questo è stato diffetto delle cose, le quali si sono perturbate di maniera, che questo anno haveremo la più aspra guerra che si sia anco sentita.

Il Mosco si è partito dalle capitulationi delli suoi amb-ri, sì per la natura sua fiera et barbara, come perchè è stato persuaso che per la morte del principe fratello del Re, S. M-tà non possa attendere a questa guerra, sendo perturbato in Transilvania, il che tutto è falso: oltre di ciò, ci sono le continue instigationi di coloro, che hanno sospetta la pace et la grandezza del Re. Ma Dio farà lui.

Quanto alle cose della fondatione del collegio di Polozko, mi scrive il P. Scarga che, quanto sono più contrarii gli heretici, tanto è più ardente il Re, et li darà da 60 ville per dote [6]. Et non intermette S. M-tà perciò il pensiero di propagare la fede catholica in Livonia, anzi si lascia intendere di volere passare questa invernata in quella provincia: et se non si fa, et molto più se si fa pace, pare quasi necessario che vi sverni

414. [1] *Quod verum non fuit. Cancellarius enim Zavolociam profectus est, ubi d. 29 Iulii consilium bellicum secretum habitum est (Czuczyński, o. c. p. 41).*

[2] *Vid. sup N. 412 adn. 1. Cf. etiam Czuczyński, o. c. p. 21.* [3] *D 25 Iulii.*

[4] *Uxor Pauli Pac, palatini Mscislaviensis.* [5] *Vid. sup. N. 411.*

[6] *Vid. epistolam P. Skarga ad Cl. Aquaviva, praep. gen. S. I., d. d. Vilnae 2 Augusti 1581 (Sygański, o. c. p. 157 sq.).*

415. *Caligarius Stephano Regi.* *Vilnae 31 Iulii 1581.*

Quae Possevinus sibi scripserit; ante discessum litteras a Rege expetit. P. S.: de malevolentium machinationibus queritur.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 371 *cop. reg. P. S. cum adnotatione in marg.:* mea manu.

P. Possevinus (quae sua est in me benevolentia) iam mihi per litteras aperte denuntiat[1] M-tem V-ram, nulla amplius habita ratione litterarum per eam ad S-mum D-num N-rum datarum[2], eius auctoritate et studio permotam, successorem meum recepisse illique Cracoviam usque, per certos homines significasse adventum eius S. R. M-ti V-rae fore gratissimum; tantaque confidentia haec asserit, atque si pro comperto haberet illas ipsas litteras M-tis V-rae in Polonia a certis hominibus prius interceptas, quam redditas fuisse. Illudque pro sua amplissima potestate liberalissimum addit mihi iam liberum esse in Italiam quandocunque reverti. Id si ita verum est, prout verissimum esse iam vulgo circumfertur, non potest mihi non magnopere probari, quippe cui id omne ratum gratumque esse debeat, quod M-ti V-rae placeat quodque rationibus eius magis sit consentaneum. Illud tantum optabilius fuisset me a M-te V-ra, vel a suorum quopiam potius, quam ab alienis hanc tam subitam consilii mutationem cognovisse. Ut enim ad eam nunc, si vera tamen est, nullo negotio me ipsum meaque compono, sic facilius multo, cognita per litteras M-tis V-rae sententia, ad eius voluntatem me accommodassem. Probe namque novit M-tas V-ra me nullo meo privato commodo, sed sua tantum causa, mandatione, et ut utilitatibus Regiis commodius inservirem, sic constitisse. Nunc vero commutata gravissimis, ut arbitror, de causis M-tis V-rae ratione, meae quoque commorationis ratio converti necesse fuit. Illud itaque maximi et perpetui beneficii loco ducam, si, priusquam e provincia decedo, cognovero discessum hunc meum non modo sine offensione, verum etiam cum gratia M-tis V-rae fore. Fateor equidem a M-te V-ra, quae me sua benignitate Regia triennio toto humanissime complexa est, et quam ego unice semper observavi, et colui, colamque perpetuo, aegre divelli, sed quando bellicae rationes M-tis V-rae aliter, atque putabamus, postulant, impudenter facerem, si M-tis V--rae commoda meo desiderio non anteferrem. Ego pro instituta vitae meae ratione atque constantia singularem meam erga M-tem V-ram fidem pietatemque tamdiu integram inviolatamque servabo, quamdiu in vita manebo, confidoque vicissim M-tem V-ram Ser-mam pro sua mansuetudine hominis minime mali, suae quidem certe amplitudinis et gloriae, vel cum periculo capitis, studiosissimi et cupidissimi, facile memoriam non dépondituram, quod ut facere non gravetur, etiam atque etiam cum vehementer oro, tum demisse deprecor. Immortalis Deus M-tem V-ram

415. [1] *Desiderantur.* [2] *Vid. sup. N. 359.*

sanam et incolumem, multisque ac praeclaris victoriis cumulatam, quam diutissime regnis suis et ecclesiae sanctae Dei conservet.

Vilnae die ultima Iulii 1581.

P. S. Ego post 15 dies hinc Varsoviam cogito, ut et successorem meum conveniam, et me inde, dum per anni tempus commode licet, nisi tamen aliter M-tas V-ra iusserit, in Italiam me conferam.

Litterae P. Possevini, quibus in nos arrogantia non ferenda insultat et propemodum desaevit, datae sunt 22 Iulii Polociae, M-tis V-rae, quas unicas et breves ab eius hinc discessu tardissime post 11 diem ex eodem loco accepi, die 19 eiusdem mensis[3]. Cum iis tamen cubicularius M-tis V-rae usque ad Zavolociam venisse affirmabat. Et quod me maxime anxium tenet, ni verbum quidem in litteris M-tis V-rae de his, quae Possevinus ait, continetur. Illud tantum verbum suspiciosum est, quod M-tas V-ra contra morem suum subdubitare videtur (quamquam hoc scribae vitium esse potuit), quo ego illam credam esse in me animo[4], quasi aut ego de illius in me propensione et benignitate verbo, vel motu unquam dubitaverim, aut non ea omnia studia atque obsequia fidelissime et vigilantissime praestiterim, quibus vel alienissimi principis animum voluntatemque possim ad me pertrahere et illius gratiam et benevolentiam promereri. Video, quorum insidiis petar[5], confido tamen apud Regem sapientissimum locum non habituras. Deus autem, iustus iudex, inter me et illos haud ita multo post iudicabit.

416. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 1 Augusti 1581.*

De epistolis e castris allatis; quaedam in litteris M. Ducis Moscoviae ad Regem, de Livonia et religione catholica scripta, a se explicari; de cancellario sibi infesto; de suo reditu.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 232 sq. *orig.* — *Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I N. 220 p. 317.*

Ritornò il P. Scarga da Polozco, et mi portò due lettere delle cose della guerra: una del Re, una del referendario ecclesiastico. La coppia

415. [3] *Vid. sup. N. 409.*

[4] *Quo verbo Caligarius se offensum senserit, e sup. N. 409, quae epistola solitum in modum confecta est, coniici non potest. Forsitan altera secretior, notis arcanis scripta, adiuncta fuit.*

[5] *De technis cancellarii R., contra se Possevini auxilio paratis, Caligarius cogitat. Cf. N. 416. Acerbissimo odio, quod inde ab hoc tempore in Possevinum conceperat, semper eum habuisse videtur, cum tribus annis peractis etiam Stephano Regi d. d. Brictinorii 15 Iulii 1584 haec scripsit:* — Audio autem Possevini fabulas et mendacia ita iam Romae aperte deprehensa fuisse, ut nullus amplius locus relictus sit hominis ambitiosi artificio. Cur autem schedam hanc rescindi(? nolim, nulla causa est (Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 380 *cop. reg.*).

dell'una et dell'altra serà qui alligata: in somma non ci è più niuna speranza di pace[1].

La lettera che ha scritto il Moscovita al Re, è longhissima, et piena di tutte le contumelie verso il Re che si possano cumulare; et mostra quel principe di volere guerra perpetua contra il Re. Un punto vi è tra gli altri notabile: che il Moscovita, esprobrando al Re la tirannide et la cupidità di dominare l'alieno, dice che li Re di Polonia non hebbero mai ragione niuna in Livonia, imperochè la provincia, dapoi che fu cavata di mano de gentili idolatri dall'arcivescovo di Riga et suoi suffraganei aiutati da cavalieri di Christo chiamati Gladiferi che col tempo si unirono poi coll' ordine di S. Maria de Teutonici di Prussia, fu subietta totalmente all'ordine ecclesiastico, et per consequente, alla chiesa Romana, con la quale dice di essere unito et di permettere il rito latino ne' suoi dominii dal concilio Fiorentino in qua[2].

Che la Livonia fosse dell'ordine ecclesiastico, et sia stata riddotta da quello alla politia di tutte le cose è notissimo ad ogniuno: che sia stata usurpata da cento anni abbasso parte dall'Imperio, parte dal Moscovita, parte da Polacchi, parte da Svedesi, et parte da Dani è anco cosa chiara, et l'historie ne sono piene. Il Re di Dania solo originalmente havea buona ragione in Revalia, perchè con le sue armi particolari l'havea conquistata di mano de gli Estoni gentili, nome di uno de' quattro popoli differenti di lingua che habitavano et possedevano anticamente quella provincia, et per questo il vescovo di Revalia era suffraganeo non di Riga, ma di Lunda metropoli di Dania; tutto il resto era dell'ordine ecclesiastico per ragione di conquista et di conversione de' infideli.

---

416. [1] *P. Skarga rediit 29 Iulii. Epistola Regis, vid. sup. N. 409. Ioh. Tarnowski, referendarius Regni, Caligario d. d. Polociae 20 Iulii 1581 haec scripsit:* — — Rediit itaque Dzierzek 15 Iulii, qui et literas longissimas R. M-ti ab isto tiranno obtulit et de adventu internuntii Moschi R. M-tem certiorem reddidit. In iis literis cum multa barbaro more inepte scripsisset ac rescripta privilegiorum in Livoniam R. M-ti misisset, hoc adiunxit, quod si R. M-tas istis condicionibus, quae sibi ab oratoribus suis proponentur, pacem constituere noluerit, ad quadragesimum et quintum annum nullos a se legatos expectet. Itaque R. M-tas 18 istius, data oratoribus suis *(s)* adeundi ac iterum cum D-nis senatoribus tractandi potestate, retulerunt animum principis sui mutatum esse, ac nisi dimidium Livoniae una cum provincia Vielicolucensi illi cedere, reliquum vero Livoniae sibi reservare velle. Hac legatione expensa, placuit legatos primo quoque tempore ea ratione expediri, ut tirannus iste intelligat sibi non modo de Livonia, sed de universo illius dominio bellum parari *(vid. sup. N. 411)*. Itaque 22 istius praemisso exercitu atque impedimentis, R. M-tas Zavolociam castra movebit, quo 23 perveniet, ac inter Wielicolucum et Zavolociam lustrato exercitu, penitiora illius, quod faustum Deus Max. esse velit, ingredietur. Reddidi etiam R. M-ti litteras D. V. R-mae, quae vel ob illam Ferberi in rebus fidei decisionem *(vid. sup. N. 388)*, erant illi gratissimae — (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 236 *cop.* — Vol. 15 A f. 83 *fragm. cop., ed. Turgeniew, o. c. I N. 220 p. 317)*

[2] *De epistola M. Ducis vid. sup. N. 412 adn. 1. Quae Caligarius indicat, leguntur a. Kojałowicz, o. c. p. 266 et 269.*

Quanto che'l Moscovita sia unito con la chiesa romana et permetta ne suoi stati il rito latino, non è, come ha V. S. Ill-ma, cosa più falsa. Et se egli fosse tale che se li potesse credere cosa che dica, forse da queste parole si potrebbe sperare per l'avvenire alcun frutto, et il P. Possevino, che per havere il passaporto da lui è andato ad Orsa ne confini di Smolensco, riportarebbe buone nove per conto della religione. Il che però non si crede da niuno, che sia informato del procedere et natura di quel principe [3].

Se'l mio successore fosse poi tanto avventurato, che potesse persuadere al Re di Polonia che per la Livonia, che è di ragione ecclesiastica pigliasse la investitura dal Papa N. S-re, serebbe un bello fare, ma il G. cancelliero, che con somma letitia vede distaccato me dall'orecchia et confidenza del Re, per rimanere solo et tiranno della voluntà et gratia di S. M-tà et per non havere chi contradica et obsti alle sue cupidità et offese di Dio et della chiesa, come ho fatto io, farà ogni opera perchè niun nuntio entri più tanto avanti nella gratia dal Re quanto era entrato io, anzi terrà lontano il successore mio quanto più potrà; et a lui chi è astutissimo, non mancheranno sottili artificii per fare questo.

Io aspetto che passino 15 dì di questa canicola, di poi mi inviarò verso Varsovia per dare instruttione a Mons. di Massa, et di là mi incaminarò verso Bertinoro; et havendo, come intendo, il G. canceliero intercetto in Polonia le lettere del Re che scriveva a N. S-re per farmi restare, non occorrerà che io aspetti altra risposta da S. B-ne sopra ciò, tanto più che'l P. Possevino mi scrive che già il Re, per gli interessi della guerra, è persuaso contentarsi di Mons. di Massa, del quale partito io ancora resto contentissimo, et con grande obligo al P. Possevino che si n'è affaticato con mirabile ansietà [4].

417. *Caligarius Martino Cromero.* *Vilnae 3 Augusti 1581.*

Discedens valedicit studiaque sua defert.

Frauenburgi, Arch. ep-pale Ms. D. 34 f. 115 *orig.*

In Regnum veniens triennio antea, quemadmodum mihi prius nihil fuit, quam ut R-mam D. V-ram, quam pro sua excellenti virtute et doctrina etiam non visam adamaram, quam humanissime possem, per litteras salutarem, sic nunc e Regno discedens, longe ab officio discedere mihi ipse visus essem, nisi ad illam de mea in Italiam profectione litteras dedissem amoremque et benevolentiam illam, quam praesenti praesens praestiti, etiam absenti absens ultro detulissem.

416. [3] *Cf. opinionem P. Skarga (sup. N. 362 adn. 5).*
[4] *De ep. Regis (N. 359) retardata, vid. sup. N. 399 adn. 1. Praeterea vid. sup. N. 415.*

Itaque quod ab initio pro debito legationis meae munere institutum, consuetudinemque sum secutus, ut amicorum episcoporum dignitatem fortunasque omnes mihi vel carissimas esse ducerem, hanc pro mutua inter nos benevolentia, usque ad extremum vitae exitum constanter retinebo, et sicubi partae iam gloriae R-mae D. V-rae inservire potero, ita diligenter in ea re elaborabo, ut R-ma D. V-ra intelligat me dignitatis atque amplitudinis suae semper fuisse studiosissimum. Opto R-mam D. V-ram in Domino semper bene valere meque mutuo amare.

418. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 10 Augusti 1581.*

De ingressu ep-pi Vilnensis; quid e castris referatur; de familiaribus suis aegrotantibus; de synodo provinciali Bolognettum a se praemonitum iri.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 241 sq. *orig., inscr.:* 1ª.

Alli 2 di questo, Mons. di Vilna[1] fece la sua intrata in questa città molto solenne, ma non però pontificale, se non quanto il clero andò ad incontrarlo processionalmente per autorizare più l'atto et dare maggior spavento a gli heretici. L'istesso giorno venne a visitarmi; di poi io ho visitato lui et mangiato in sua casa una volta, et mi pare gentilissimo signore.

Le più fresche lettere del campo sono dell'ultimo de luglio di Zavolce[2], onde si partiva il Re per andare sotto Plescovia, havendo anco mandata nova cavalleria ad Orsa; et se è vero quello che referiscono li transfughi Moscoviti, piglierà in breve tempo Plescovia et Novogardia, essendo che'l Moscovita ha fatto sgombrare ogni cosa da quelle due città et retirare il presidio.

Io serei già in viaggio per Varsovia, se la malatia della famiglia non mi havesse impedito; et subito che io possa, me sgabellarò di qui per venire col buon tempo in Italia. L'auditore mio è già in salvo; il maestro di casa sta per quanto pesa, et già ha havuto l'olio santo[3].

Intendo che'l G. cancelliero sollicita il mio successore a venire a stare a Vilna, e'l P. Possevino, che è stato informato del periculo che si corre per conto del divortio già mille volte da me et a bocca et per lettere, lo consiglia del medesimo[4], infingendosi di non se accorgere a che fine si tratti di cavarlo di Polonia. Ma l'artificio di questa charità a me non

418. [1] *Georgius Radziwill. Vid. ep. Petri Skarga ad Cl. Aquavivam d. d. Vilnae 2 Augusti (Sygański, Listy Ks. P. Skargi p. 160).*

[2] *Zawołocze.* [3] *Vid. inf. N. 420.*

[4] *Possevinus quidem ita consulebat, sed Rex Bolognetto Varsoviae conquiescendum esse existimavit. Ioh. Zamoyski Bolognetto d. d. ad Voroneciam 15 Augusti 1581 (Arch. Zamoys. II N. 430).*

è obscuro, tentandosi che il nuntio venga a sepelirsi qua, et resti libera la facultà di fare concilio provinciale in sua absenza col decreto tante volte tentato. Il qual decreto parerà tanto manco affettato et più fondato su la tranquillità et benefitio publico, quanto che'l Re e'l cancelliero seranno più lontani. Io advertirò il successor mio d'ogni cosa minutamente, et hora li scrivo che mi voglia aspettare in Varsovia per informarlo bene di tutto; con la Ser-ma Regina parlerò a bocca, et obviarò, quanto più potrò, a questi novi sforzi et tentativi.

419. *Stephanus Rex Caligario.* *Ad Voronecciam 13 Augusti 1581.*

De adventu Bolognetti: de benevolentia sua erga Caligarium; de bello Moscovitico.

Brisighellae, Arch. Colleg. Pac. II f. 74 sq. *orig., P. S. manu prop.*

Dum essemus Polotiae, allatae sunt Mag-co cancellario Regni nostri litterae a surrogato suo capitaneatus Cracoviensis, quibus perscribebat successorem P-tis V. significasse sibi per litteras se adventare in Regnum, iamiamque propediem Cracoviae adfuturum, atque una informari cupiebat, quomodo sese in adventu suo gerere debeat [1]. Haec cum idem Mag-cus cancellarius Regni nostri ad nos retulisset, iussimus, ut responderet surrogato illi suo non esse nobis integrum ob Sedis Ap. reverentiam, si Cracoviam is novus nuntius Ap. Sedis pervenerit, ut urbe arceatur, quin potius ut humaniter recipiatur. Interim vero, cum nullas prorsus ab eodem novo nuntio acceperimus litteras, ut nullam habuimus necessitatem ad illum dandarum aliquarum litterarum, ita nec dedimus etiam hactenus nullas. Ceterum, quemadmodum iam prioribus litteris ad P-tem V. perscripsimus gratissimum nobis fuisset, si per rationes P-tis V. atque curiae Romanae, quae P-ti V. melius, quam nobis sunt cognitae, liceret, ut diutius nobiscum mansisset, ita etiam nunc eiusdem sententiae sumus in eaque perseveramus. Porro heri primas ab eo successore P-tis V. accepimus litteras atque simul, quod litteris suis adiunxit, S. D-ni N. breve; eius exemplum, tum et litteras originales eiusdem successoris P-tis V. atque item responsi nostri exemplum mittimus una P-ti V [2] —

P. S. Ceterum, quemadmodum autem prioribus litteris nostris [3], ita et nunc postulamus, ut R. P-tas V. nos primo quoque tempore faciat certiores, num velit responsum ad litteras nostras Vilnae expectare, aut vero

419. [1] *Quid Iohannes Plaza, surrogatus capit. Cracov. cum Bolognetto egerit, in actis eiusdem nuntii Ap. tractabitur.*

[2] *Breve Gregorii XIII P. M. ad Regem Poloniae d. d. Romae 12 Aprilis 1581; epistola Bolognetti d. d. Varsoviae 23 Iulii 1581; responsum Regis desideratur. Acta haec ad legationem Bolognetti spectant inter eiusque epistolas collocabuntur.*

[3] *Vid. inf. N. 420 adn. 1.*

reditum parare. Nos certe, ut praesentem pro singulari sua humanitate amavimus, ita absentem amare omnique benevolentia prosequi non intermittemus, et ubicunque possumus, nostra gratitudine libenter, requisiti, prosequemur. Dominicus architectus[4] eiusque consilia erunt apud nos in ea, qua par est, consideratione etc. Copias ad obsidendam arcem Ozstram[5] muratam heri expedivimus. Nos, Deo auspice, die Mercurii[6] hinc movebimus et continuatis itineribus, ad summum decimis castris, Plescoviam appellemus. Hostis nullas in propinquo habet copias praeter presidiarios arcium, qui ita se munitionibus continent, ut ne minimam quidem excursionem hucusque fecerint.

420. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Vilnae 15 Augusti 1581.*

Quid a Rege sibi relatum sit; quid ep-pus Vilnensis contra haereticos egerit; de familiaribus suis.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 243 sq. *orig., inscr.:* 2ª; *P. S. manu prop. — Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I N. 227 p. 353.*

Ho lettere del Re di 2 d'agosto di Zavoloce, dove me avisa che andava sopra Plescovia, la quale pigliata come sperava, non havea più bisogno che'l Moscovita li cedesse la Livonia, perchè se la piglierebbe da sè, non havendo il Moscovita altro adito ad essa se non per Plescovia; che l'ambasciatore Moscovita che fu in Roma, per opra del Re di Dania era stato portato con le navi in Pernavia, et di là passato in Moscovia, ove senza dubbio serà arrivato prima che'l P. Possevino; che il tempo era buono et l'essercito suo cresciuto in buon numero, et sperava vittoria[1]. Del Padre Possevino non si era inteso altro, poi che andò alla volta di Orsa.

Mons. di Vilna ha cominciato a fare facende, imperochè ha levato tutti li libri heretici a un libraro, che li vendeva sotto il suo palazzo paterno, et fatti brusciare publicamente con grande applauso de cattolici, et ha messo un editto che niuno possa più stampare libri in questa città

419. [4] *Ridolfini (Rudolfinus).*
[5] *Ostrovia, ad Welika flumen, quod in lacum Plescoviensem (Peipus) influit.*
[6] *D. 16 Augusti.*

420. [1] *Praeterea in eadem epistola d. d. ex castris ad Zavolociam 2 Augusti Rex arbitrio Caligarii reliquit, utrum Romam reverti deberet, an non. Manu propria haec addidit:* Pater Passo *(s)* post datum legatis Moscis absolutum responsum, nostro permissu lentis itineribus ad fines nostros progreditur, litteras passus, a Mosco nuper per ipsum postulatas, ibi expectaturus. Ex Livonia autem compertum habemus nuntium Moschi, socium Passo *(Szewrigin)*, opera Regis Daniae Pernaviam navigasse, unde constat prius illum ad Moschum pervenire. Exitus acta probabunt etc. (Brisig. Arch. Colleg. Pac. II f. 70 sq. *orig.*) *Revera Szewrigin 17 Iulii Staritsam ad M. Ducem pervenit (Pamjat. Dipl. Snoszen. T. X p. 17).*

senza la sua approbatione o delli suoi deputati[2]. Di più il suo maiordomo, passando un morto luterano dinanti a la sua casa che sta per mezzo la città, gli ha fatto intendere che non ci passino più, siano luterani o siano calvinisti, altrimenti che li farà poco piacere; onde questi heretici che sono timidi come galline, et massime, in absenza del palatino[3], sono intrati in grande timore et consternatione di animo. Questo signore ha buona mente, et è tanta l'autorità della sua famiglia in questa provincia, che può fare tutto quello che vuole, senza impedimento di niuno. Io non cesso essortarlo, acciò che la S-tà di N. S-re pigli piacere delle sue attioni.

Il mio auditore[4] è guarito; il maestro di casa ha havuto l'olio santo, et pure vive con qualche speranza di vita. Se guarirà presto, lo conduco con meco; se la malatia anderà in longo, lo lascierò, per non mi lasciare cogliere all'inverno in questi paesi[5] —

P. S. V. S. Ill-ma vedrà una coppia di una lettera del P. Laterna al P. Scarga, piena di belli particolari[6].

421. *Caligarius Stephano Regi.* *Vilnae 15 Augusti 1581.*

Discedens Regi valedicit officiaque sua defert.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 372v *cop. reg.*

Sustinui me Vilnae in hunc usque diem, cum promisso meo adductus, tum familiae aegritudine coactus, cras autem[a] [versus] Varsaviam discedam, inde ne idoneam faciendi itineris tempestatem omittam, quam celerrime potero, Romam contendam, ubi si qua in re amplitudini et gloriae S. R. M-tis V. inservire potero, susceptam erga illam officiorum ac studiorum meorum consuetudinem non intermittam, et praesertim, si mihi occasio dabitur res per eam prospere ac feliciter in bello gestas extollendi et divulgandi. Gratulor R-dum D-num Georgium Fabium abbatiam Suleoviensem tandem obtinuisse[1], et ius Regium integrum atque inviolatum perman-

[a] *In Ms. tria puncta.*

420. [2] *Praescriptum (typis expressum) ep-pi Vilnensis de libris edendis, d. d. Vilnae 12 Augusti 1581* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 260), *ed. Theiner, Ann. Eccl. III p. 283*).

[3] *Palatinus Vilnensis, Nicol. Radziwiłł Rufus.*

[4] *Tarquinius Peculus.* [5] *Vid. inf. N. 423 adn. 6.*

[6] *Epistola Martini Laterna S. I., concionatoris regii, ad P. Skarga, rectorem collegii Vilnensis, d. d. Zarolociae 1 Augusti 1581* (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 245 sq. *cop., ed. Sygański, o. c. p. 151 sq.*).

421. [1] *Georgius Fabius de exitu totius huius negotii (vid. Append.) Caligarium d. d. ex monasterio Suleioriensi 1 Augusti 1581 certiorem fecit:* — Verum tanta vastitas et spoliatio est bonorum huius monasterii, tot ruinae et loca deserta, tam multae impensae atque sumptus, ut vix cum dignitate condicionem meam ducere et necessitates meas meorumque curare possim. Supplex precor ab Ill-ri ac R-ma D. V. dignetur aucto-

sisse. Litteras M-tis V. 19 Iulii apud Polozcum, 2 Augusti apud Zavlociam datas[2] accepi, pro quarum quidem humanitate litterarum M-ti V. ingentes gratias habeo. Deus immortalis S. M-tem V. R. victoriis amplissimis onustam, salvam et incolumem quam diutissime Regno huic et religioni S. catholicae conservet.

422. *M. Cromerus Caligario. Varmiae apud Basilicam*[1] *18 Augusti 1581.*

De Andrea Bathory in collegium canonicorum cooptato; de eius coadiutoria a capitulo Regi perscriptum esse.

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 104ᵛ sq. *cop.*

Ante aliquot hebdomadas binas mihi litteras D-nis. V. Rev-mae reddidit D. Iacobus Alemanni, nuntius regius ad me et capitulum ecclesiae meae, de negotio Ill-ris et R-di D-ni Andreae Bathorei, Regiae M-tis fratris filii, admonentes et suadentes[2], quae magnum sane pondus apud me habuerunt. Ac in collegium canonicorum is quidem a nobis sine difficultate cooptatus est per indulgentiam[3], licet requireremus nonnulla, in procuratorio mandato eius minus convenienter moribus et institutis ecclesiae huius nostrae scripta, aut ommissa. Ceterum in praebendo consensum in coadiutoriam maiora et maioris momenti impedimenta inciderunt, quae nos a simili facilitate prohibuere, quae quidem R. M-ti diserte a Ven. capitulo perscripta sunt[4]. Neque tamen negavimus prorsus, sed in aliud tempus deliberationem distulimus, cupientes, ut omnia rite et sacris canonibus convenienter fiant et iura privilegiaque huius ecclesiae a S. M-te R., patrono et protectore eius, sarta tecta praestentur, quod M-tem eius aeque boneque facturam esse confidimus.

Accepi advenisse Varsaviam successorem R-mae D. V.; spero eum vestigiis ipsius D-nis V. R-mae incessurum esse et negotiis ecclesiasticis omni cura studioque suo, et auctoritate pontificia naviter affuturum. Equidem in praesentia et diligentia (addo etiam in benevolentia D. V. R-mae

ritate sua perficere eoque apud M-tem R. efflagitari, ut pensionem illam a me vindicatam, de qua cum R-ma D. V. pluries coram egi, non reposcat et me amplius gravari his principiis meis onerosis non patiatur. Obsecro insuper diligentissime atque submississime velit R-ma D. V. nepoti meo opem auxiliumque suum ferre, quo canonicatu Vilnensi, quem resignavi illi, quam primum potiri possit unacum praestimonio et vicina domo, quod mihi capitulum illud anno praeterito concessit — — — contendat D. V. R-ma, ut isti canonici voluntati Reg. M-tis pareant nepotique meo negotium facessere desinant *(vid. sup. N. 392)* — — (Brisighella, Cod. »Bracchini« f. 103 sq. *cop.).*

421. [2] *Vid. sup. N. 409 et 420 adn. 1.*

422. [1] *Frauenburgi.* [2] *Vid. sup. N. 402 adn. 1.* [3] *D. 16 Augusti.*

[4] *Vid. Eichhorn, M. Kromer p. 453. Res ea ad legationem Bolognetti iam spectat in eiusque actis tractabitur.*

erga me) libenter diutius acquievissem, sed eat eo pede fausto, quo ipsum fata vocant et, ut spero, praemia, virtuti doctrinaeque ipsius convenientia et meritis debita. Benevolentiam quidem nostram mutuam nulla, uti spero, locorum intercapedo dirimet. Cui me etiam atque etiam diligentissime commendo.

423. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Lomzae*[1] *28 Augusti 1581.*

Ad religionem catholicam in Lithuania adiuvandam fratres Radzivillos multum valere; de praefecto domus suae.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 258 sq. *orig., inscr.:* 3ª.

Alli 20 di questo io partì di Vilna, et partì consolato per li buoni et honorati principii che vidi dare a Mons. di Vilna del suo governo spirituale, imperochè non solo fece, come scrissi, brusciare li libri heretici publicamente nella piazza, et impedì gli heretici che non li portassero più li loro morti avanti la sua casa, ma fece uno editto che, senza sua licenza, non si stampassero, nè vendessero più libri alcuni nella sua città[2]. Et perchè gli heretici si vennero popolarmente a lamentare da lui, li rispose con tanta prudenza et vigor d'animo, che restarono tutti spaventati, et di poi ogni notte hanno fatto la guardia a la loro sinagoga con homini armati, dubitando che il vescovo non la facci rovinare, et in ciò sia occultamente d'accordo col Re; et li loro predicanti non si attentano più di andare soli come prima, ma sempre hanno in compagnia gente armata.

Il S-r Stanislao, fratello suo minore, è più ardente di tutti gli altri fratelli, et ne' suoi beni ha fatto cose mirabili per la religione cattolica, come V. S. Ill-ma potrà vedere dall'allegata scrittura[3], con la quale viene

423. [1] *Ad Narew flumen, medio fere spatio inter Grodnam et Varsoviam.*

[2] *Vid. sup. N. 420 adn. 2. Per Caligarium, Romam proficiscentem, Georgius Radziwill epistolam d. d. Vilnae 20 Augusti S. Pontifici misit:* Ritornando a Roma Mons. il vescovo di Bertinoro — non ho voluto mancare — di farle sapere che già sono in Vilna, dove procuro con ogni maniera possibile di restituire il culto di Dio — Starò aspettando da la benignità de la S-tà V. la dispensatione di potermi consecrare vescovo, de la quale l'ho supplicata con altre mie lettere (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 262 *orig.).*

[3] Il S-r Stanislao Radzivil nel suo castello et terra di Olica non permette alcuna setta d'heretici. Ha distrutto le sinagoghe, et ha anco fatto sapere a Ruteni che non li vuole tolerare, che s'uniscano con la chiesa latina, ovvero che se ne vadano, perchè intende di gettare la chiesa loro a terra, et se fra certo tempo non si convertiranno, vuole che se ne vadano et lassino i beni. Tratanto li astringe tutti ad andare a la chiesa catholica et a la predica sotto pene etc. Ha caceiato tutti i ministri heretici, et perchè il capitano di quel luogo, heretico, ne tratteneva uno, il quale ardì di predicare in un angolo de la terra, il sudetto signore lo fece sbalzare del pergamo et frustare vergognosamente per tutta la terra. Ha dato per questa causa licentia al sudetto capitano, et a servitori vecchi del padre vuole levare i beni, se non si convertono. Ne la sua famiglia non accetta alcuno heretico, et ne ha licentiato uno di più favoriti che ha-

anco l'editto del vescovo. Io procurai che questo editto si stampasse, per poterlo fare vedere à gli altri vescovi prima che io partissi, et in particolare, all'arcivescovo nominato et al vescovo di Cracovia che in ciò, per vecchi et siano, non hanno mai aperto gli occhi: ma io li voglio lasciare in ogni modo questa bene andata[4].

---

vesse, trovandolo ostinato ne l'heresia. Ha cominciato fare una chiesa murata nel castello d'Olica dedicata a la S-ma Croce, et ne suoi luoghi tutti in Volhinia et Lituania vuole fondare chiese et dotarle. Egli medesimo studia buoni libri et li fa leggere a suoi familiari, et dove intende che sia qualche heretico, fa ogn'opera per convertirlo, disseminando buoni libri et facendo altre opera pie etc. (Nunz. Polon. Vol. 18 f. 261. — Bibl. Ambros. F. 59 Inf. L. 93 f. 149, *a tergo inscr.:* Attioni del S-r Stanislao Radzivilli, principe in Olica).

423. [4] *Petrus Myszkowski, ep-pus Cracoviensis, ita Caligario d. d. Cracoviae 22 Septembris 1581 respondit:* Valde doleo, quod R-ma D. V. in suo ex Polonia discessu Cracoviam praeterierit mihique sui videndi occasionem eripuerit, nam non solum illam libenter vidissem, verum, quae mea semper fuit erga S. Sedem Ap. eosque omnes, qui ab ea legationis munere vel functi sunt, vel funguntur, observantia, omnia humanitatis et benevolentiae et honoris officia summo studio ei praestitissem. Sed cum rationes eius ita tulerunt, ut huc venire non posset, commoditati Eius potius, quam meo hac in re desiderio serviendum est. Quod mihi per litteras suas studia et officia sua in colenda, quam mecum instituit, amicitia etiam absens defert, gratum id mihi accidit. Ego vicissim curabo, ut et par studium et officia debita erga se omni tempore R-ma D. V. non desideret. Quae de R-mo D. ep-po Vilnensi germanoque eius ad me scripsit, tametsi nova apud me non sunt, iam pridem enim perspecta est mihi non solum horum duorum fratrum, verum etiam totius illius illustris familiae pietas et in catholica religione retinenda et tuenda studium, tamen gratum mihi fuit ea quoque ex litteris R-mae D. V. cognoscere. Cui iter prosperum et omnia felicissima ex animo cupio. *Petrus Kostka, ep-pus Culmensis, in fine epistolae d. d. Lubaviae 4 Septembris, qua Caligarium discedentem salutavit, haec addidit:* Mitto R. D. V-rae currum more nostrate factum, quem ut Galli sua rhedam, sic nos lingua nostra caretham appellamus. Hunc ipsum currum cum quadrigis ut R-ma D. V. grato et lubenti animo a me accipiat, obnixe quaeso. *Laurentius Goślicki, decanus Plocensis, d. d.* in Dievalanow (*Dziewanowo*) ex equo fere raptim 5 Septembris *Caligario valedicens haec scripsit:* — Ab ea (*R-ma D. V.*) quoque exspecto consilii ac instituti mei iudicium, quod sane in omnibus sequar; non piget, neque pigebit me unquam S. Sedis Ap. legati censurae subiici — — *Iohannes Dem. Solikowski, scholasticus Vladislaviensis et Lanciciensis, d. d. Wolborii (?) 14 Augusti Caligario nuntiavit:* Nisi hac duorum ep-porum (*Gnesnensis et Vladislaviensis*) mutatione proventiculi mei implicati nonnulla difficultate fuissent, iam dudum Vilnam rediissem idque ulterius in rebus ecclesiae facerem, quod ex usu illius Ill-ris et R-ma D. V. a me pro condicione mea praestari posse iudicaret. Dabo tamen operam, ut ne me nimis diutius desiderari patiar, simul de comeatu mihi provideo. Intelleximus alterum illum D. Ap. nuntium Cracoviam venisse et fortasse iam Varsoviae esse. Quid facere cogitet Ill. et R. D. V., vehementer scire cuperem; mihi sane ista separatio ab Ill. et R. D. V. morte propemodum ipsa acerbius esset. Multa sunt, quae in difficultatibus et rebus meis asperis illi debeo accepta referre beneficia, quibus me sibi in perpetuum devinxit. Hinc e privata vita licet negotiosa, ut domus solet, nihil est, quod scribam peculiare R. D. V-rae. Illud non praetereundum est me D. messis patronum (*Stanislaus Karnkowski?*) perexacerbatum invenisse, cuius opera facilis est coniectura. In multis mitigavi hominem et fidem vanitati detraxi. Ser-mi Regis etiam de Ill. et R. D. V. iudicium simul

Il palatino di Vilna è molto vecchio, decaduto, lussurioso et disordinato, onde si figura che possa vivere poco; morto lui, il G. maresciallo, fratello maggiore del vescovo, serà palatino, et all'hora la fede catholica rifiorirà in Lituania, ove questa casa Razivilla è principallissima et questi quattro fratelli tutti buoni catholici: li tre seculari sono alla guerra col Re[5].

Il mio maestro di casa restò in Vilna in mano del P. Scarga con buonissimo governo, ma desperato della vita. Se morirà, supplico V. S. Ill-ma faccia opera col nostro vescovo di Faenza[6] che un benefitio simplice, che havea giuspatronato della sua famiglia, sia dato a un suo nipote, che è giovene et studia, et spero serà presentato dalli patroni: del che l'Orselli ne informarà V. S. Ill-ma. La perdita di questo huomo mi ha dupplicato le spese, le fatiche et il travaglio di così lungo viaggio.

Fra quattro o sei giorni spero di essere in Varsovia, et data l'instruttione di tutto a Mons. di Massa, venirmene quanto prima alla volta d'Italia, dove se non giongessi così presto, ricordisi V. S. Ill-ma che per suo ordine mi bisogna cavalcare 1600 miglia di paese, prima che gionga a Roma.

424. *Stephanus Rex Caligario. Ex castris ad Plescoviam 3 Septembris 1581.*

Discedentem salutat de propensoque erga eum animo suo asseverat.

Brisighellae, Arch. Colleg. Pac. II f. 76 sq. *orig. P. S. manu propria.* — Cod. »Bracchini« f. 105ᵛ sq. *cop., in qua P. S. 2 deest.*

Quandoquidem eo res redierit, ut iam P-ti V-rae hinc discedendum sit, cupimus ex animo atque optamus, ut Deus Optimus Maximus ducem se itineri P-ti V-rae praebeat eandemque salvam et incolumem deducat. Ceterum non dubitamus, quemadmodum P-tas V-ra nos praesentem benevolentia, studiis et officiis suis est prosecutus, quod et absentem itidem

ipsi aperui atque nonnihil earum rerum, quas struxerint Romae homines caesarianarum partium; non mediocriter mansuefactus est. Ceterum pinguis homo ille sui semper est similis, parcat illi Deus ... Litterae, quae ad me fuerint, ad D. Patritium, rogo, mittantur (*Solikowski, qui compositione inter Karnkowski et Rozdrażewski vid. sup. N. 383 ad effectum perducta, 20 Decembris in Lithuaniam ad Regem excursurus erat, d. d. Wolborii 19 Decembris 1581 Caligarium rogavit, ut sibi, si ad archiep-patum Leopoliensem evocatus esset, unius anni reservatio scholasteriae (Vladislaviensis) et custodiae (Sandomiriensis) concederetur* (Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 113, 106 sq., 107ᵛ sq., 109 et 129ᵛ *cop.*).

423. [5] *Post obitum a. 1584 Nicolai Radziwiłł Rufi filius eius Christophorus Nicolaus, itidem Calvinista, palatinus Vilnensis factus est. Fratres Georgii: Nicolaus Christoph., Albertus, Stanislaus.*

[6] *Ioh. Antonius de Grassis. Forsitan de Francisco Lega, clerico, Faventino, qui inter familiares nuntii (vid. sup. N 87 adn. 2) nominatur, agitur. Vilna quoque Caligarius Moscovitam quendam familiarem secum in Italiam conduxisse videtur, de quo in »sonetto sopra la famiglia di Mons. Bertinoro« (a. 1585) haec leguntur:* Paolo Sasselli e Mosca Moscovita tengon la casa spazzata e polita (Brisigh. Cod. »Bracchini«, f 243).

prosequi non intermittet. De nobis quoque vicissim persuadere sibi poterit, quod erga P-tem V. absentem eiusdem propensi animi atque voluntatis erimus semper, prout erga praesentem fuimus hactenus, libenterque eidem iis in rebus, in quibus aliquando opera nostra uti voluerit de iisque nobis significaverit, gratificabimur. Ut vero saepius utatur nobisque significet, eandem P-tem V-ram hortamur: erit nobis id gratum, quam quod gratissimum. Deus sospitet et fortunet P-tem V-ram.

1. P. S. Nova Pragensia accepimus et legimus; cum illuc P-tas V-ra propius accedet et aliquid certi habebit, rem nobis admodum gratam faciet, si nobis perscribet.

2. P. S. Qualemcunque benevolentiam nostram pro praesenti rerum ratione exiguo hoc munusculo, quod P-ti V-rae mittimus[1], declarare voluimus, eam vero grato complecti animo humanitatis erit P-tis V-rae.

425. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Varsoviae 8 Septembris 1581.*

De praefecto domus suae mortuo: Bolognettum a se informatum esse: respondet ad N. 400 et 406; de familiaritate Possevini cum Rege et cancellario R.; quid e castris regiis referatur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 263 sq. *orig.*

Arrivai qui alli 3 di questo di ritorno di Lituania, et ci trovai il servitore del mio maestro di casa, chi per altra strada mi era passato avanti, et prima che si partisse di Vilna havea lasciato morto et sepolto il suo padrone, con mio grande incomodo et dispiacere, et parendomi una hora mille di ritornare in Italia. Per tutti questi giorni a bocca et in scritto ho dato piena informatione a Mons. mio successore di tutti quei particolari, che possono spettare non tanto al servitio publico, quanto etiamdio all'honor suo particolare, per essequire con frutto questa sua legatione, et spero sia restato contento della mia sincerità[1].

---

424. [1] *Rex Caligario 80 pelles zibellinas misit. Secretarius reg. Iohannes Piotrowski in diario suo sub 5 Septembris haec notavit:* Z Rzymu nowego legata mamy; pierwszy już odjeżdża, z czego kontenci tu niektórzy ludzie; żegna go król przez list i w upominku dwa soroki soboli posyła *(Czuczyński, o. c. p. 77).*

425. [1] *Ea de re Bolognettus d. d. Varsoviae 9 Octobris 1581 Caligario haec scripsit:* Mi è stato d'infinita consolatione l'intendere il buon progresso de la prima parte del viaggio di V. S. R-ma, sì come ho inteso per le gratissime sue portatemi da lo Sberoski *(Stanislaus Sberovius, familiaris Caligarii),* le quali ancora mi danno instruttione di altre cose, ch'era necessario ch'io sapessi, come de la gentilezza di quell'accorto abbate, che con la fuga providde a i casi suoi *(Edmundus a Cruce vid. sup. N. 331),* de la falsa imputatione data a Mons. di Cuiavia *(vid. inf. N. 428),* et de le buone qualità del S-r Solikoski *(vid. sup. N. 423 adn. 4).* Però verso ciascuno di questi mi porta' io secondo i meriti loro, et già m'ero offerto per lettere a Mons. di Cuiavia, promettendo

Da lui ho ricevuto due lettere aperte[2] di V. S. Ill-ma: l'una di 8, l'altra di 15 di luglio. Quanto a fare altra scusa col Re della mia revocatione, è superfluo, poi che S. M-ta mostra di pigliare tutto in miglior parte. Del P. Possevino manco bisogna essere sollecito, perche egli è stato tanto valent'huomo et destro, che in tre giorni si è fatto intrinseco et confidentissimo del G. cancelliero, nel padiglione del quale sotto Polozco alli 20 di luglio si formorono le lettere scritte a nome de S. M-ta a N. S-re, ad arbitrio et contentamento di esso Padre; et credo che V. S. Ill-ma se ne sia accorta, vedendo in esse clausule non solo inusitate, ma de diretto contrarie alle prime suspitioni et querele del Re[3]. Il pretio di cosi straordinarii favori è stato di primo colpo la nominatione al vescovato di Premislia concessa al preposito di Miechovia, non solo approbata, ma anco favorita et promossa dal P. Possevino, et appresso cose altre, forse non meno gravi, che a bocca si diranno.

Per lettere di 14 di agosto di Vorognecz, che dista da Plescovia 16 leghe, s'intende che il Re arrivò là alli 7 del medesimo; alli 11 il G. cancelliero fu dichiarato capitaneo generale del Regno, grado che hebbe prima il palatino di Podolia; alli 12 si fece la mostra di tutto l'essercito; alli 13 il conte di Tarno(s) signor di Radomia che guida il sinistro corno, andò inanzi ad assediare et espugnare Ostrova, terra murata posta in mezzo del camino per andare a Plescovia[4]. Li Lituani marchiavano nel corno

---

di essere imitatore di V. S. R-ma in amarlo et proteggerlo; — et al Solikowski similmente scrivo, rispondendo ad una sua, che si vaglia de l'opera mia in tutti i suoi bisogni. Ho veduto anco quanto mi scrisse V. S. R-ma in raccomandatione del Sberoski in una lettera appartata a la quale ho subito risposto con l'effetto istesso, ricevendolo al servitio mio con quella prontezza che doveva. Il P. provinciale et i Padri di Cestocovia saranno da me compiaciuti di tutto quello si contiene nel memoriale — — Altro non m'occorre dire con questa a V. S. R-ma, se non che se prima l'amava et osservava, hora molto più son tenuto a farlo dopo il nostro dolcissimo congresso, il quale mi ha aperto una bellissima strada di incamminare questa mia nunciatura al vero servitio di Dio con seguir le sue pedate, si come farò sempre (ed. *Cronaca di Brisighella*, p. 102 sq). *Revera omnes epistolae Bolognetti ad Caligarium, quibus praesertim de statu rerum in Polonia praedecessorem suum postea certiorem faciebat, testantur inter utrumque mutuam benevolentiam exstitisse.*

425. [2] *Card. Comensis d. d. Romae 15 Iulii Bolognetto dedit potestatem aperiendi litteras ad Caligarium a se scriptas, si C. e Polonia discessisset* (Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 15 f. 145 *min*).

[3] *Epistola Regis ad S. Pontificem nos latet. Prostat epistola cancellarii ad S. Pontificem d. d. Polociae 19 Iulii qua affirmat se in negotio Simonis Lagowski ad episcopatum Premisliensem promovendi* nullum privatum suum fructum quaesivisse, adventum autem Bolognetti Regi gratum esse *significat*. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 219 sq *orig. et* f. 214 sq *cop.* (*ed. Archiwum Zamoys. II* N. 424). *Quid cum Possevino de episcopatu Premisliensi egerit, vid. sup. N 410.*

[4] *Woroniec ad Sorotam, quae in Welika flavium influit. Stanislaus comes a Tarnów, castellanus Radomiensis, Ostroviam (Ostrów) oppugnaturus erat. De itinere Regis et exercitus, vid. Czuczyński, o. c. p. 50 sq. et Heidenstein, o. c. p. 172.*

destro, il Re caminava in mezzo con tutto il resto dell'essercito in ordinanza, et alli 23 haveano ad essere tutti all'assedio di Plescovia, la quale, con tutto che sia cinta di muro et parte dall'acque et bene fortificata et provista d'ogni cosa necessaria et giri una lega et mezzo di circuito, come vedrà V. S. Ill-ma dall'allegato disegno [5], sperano però di pigliarla in breve spatio di tempo.

426. *Stephanus Rex Caligario. Ex castris ad Plescoviam 10 Septembris 1581.*

Ut petitionem suam de Georgio Radziwiłł Cardinali creando adiuvet, postulat.

Brisighellae, Arch. Colleg. Pac. II f. 78 sq. *orig.* — Cod. »Bracchini« f. 112 *cop.*

Iam iterum S. D. N-ro Ill-rem et R-mum ep-pum Vilnensem cardinalitiae dignitatis causa commendamus, cum, quid ea in causa priores litterae nostrae [1] valuerint, nondum cognoverimus. Nos vero pluribus nominibus exoptamus, ut aliquem, et quidem hunc potissimum ep-pum, cuius familiae amplitudinem et splendorem, praeterea etiam animi virtutem pietatemque Sinc. V-ra cognitam habet, in Regno nostro atque adeo senatus nostri consessu Cardinalem habeamus. Postulamus igitur a Sinc. V-ra perquam sedulo, ut eam cardinalatus petitionem ac commendationem nostram omni suo studio, opera et consilio adiuvet, quod ut Sinc. V-ram pro sua nobis explorata gratificandi promptitudine, de qua nobis plurimum pollicemur, omni cura facturam arbitramur, ita ei confirmamus hoc nobis fieri gratius nihil posse, nosque omni benevolentia, quacunque Sinc. V-rae dignitati, aut commodis adesse poterimus, id studii Sinc. V-rae abunde compensaturos esse [2].

---

425. [5] Nunz. Polon. Vol. 18 f. 302: *delineatio civitatis Plescoviensis.*

426. [1] *Vid. sup. N. 248 adn. 2.*

[2] *Secretarius Ioh. Piotrowski in diario suo hac de re sub 6 Septembris notavit:* P. Marszałek wielki Litewski *(Nic. Christ. Radziwiłł)* sollicituje za bratem X. biskupem Wileńskim o listi do Papieża przicziнne dla cardinalstwa, tak jako jusz przed tim zaczęło się to negocium etc. i kazano jusz piszać listi *(Czuczyński, o. c. p. 77) Nicolaus Christ. Radziwiłł autem ex castris ad Plescoviam d. 10 Octobris S. Pontifici fratrem suum hoc modo commendavit:* S-me et B-me Pater *etc.* Cum Ser-mus Rex meus in iuvando fratre meo carissimo, Ill-mo D-no Georgio ep-po Vilnensi, summopere laboret, ut in Cardinalium numerum asciscatur, eo minus mihi apud S-tem V-ram enitendum esse puto, ut id effectum sortiatur, quod catholicus Rex sua sponte urget, praesertim cum non dubitem S-tem V-ram ipsum ep-pum sua gratia complecti non destitisse. Ne tamen sine meis literis ad S-tem V-ram regiae veniant, duxi has meas illis esse adiungendas, quibus S-ti V-rae maiorem in modum supplico, uti S-tas V-ra ecclesiae sanctae catholicae rationem habens, fratrem meum voti compotem reddat et id, quod Rex meus flagitat, clementer exequi dignetur. Faciet in hoc S-tas V-ra rem se dignam et a tota familia mea omni genere servitutis demerendam, quam diu feliciterque va-

427. *Caligarius Stephano Regi.* *Varsoviae 11 Septembris 1581.*

Andreas Bathory laudatur: ex Polonia discedens pro benevolentia gratias agit.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 373 *cop. reg.*

Cum ex itinere Lituanico Pultoviam ad Ill-mum D-num Andream Bathoreum salutandum deflexissem, sermones nonnullos cum eo contuli seriusque de quibusdam rebus egi, qua in re cum mihi mirabiliter interfuisset, admiratus sum hominis adolescentis prudentiam, ingenii acumen et Latinae politiorisque linguae peritiam. Visus est enim mihi longe supra aetatem sapere, multa eaque abstrusa penetrare, et elegantius, quam aetas illa postulet, loqui. Qua de re S. R. M-ti V-rae gratulor et mihi gaudeo, quandoquidem adolescenti huic semper ego mirifice favi vehementerque dilexi, et me ab eo vicissim diligi sensi. Hic vero R-mum D-num ep-pum Massensem, successorem meum, offendi, cui cum ea omnia humanitatis et benevolentiae officia, quae successoribus praestari par est, praestiterim, ab eoque multa benigne et amice dicta cognoverim, iam legatione mea perfecta in Italiam discedo et quam erga M-tem V-ram observantiam pietatemque semper prae me tuli, eandem mecum afferam eamque in perpetuum diligenter servabo. Etsi quid unquam eiusmodi acciderit, in quo fides mea atque constantia in M-te V-ra colenda atque observanda elucere possit, eo studio eaque diligentia elaborabo, ut nunquam M-tem V-ram poeniteat hominem alienigenam tanta benevolentia complexam fuisse et toto legationis nostrae tempore M-tis V-rae R. gratia floruisse. De capta Plescovia nullo certo auctore rumores sparsi erant, sed quia certorum hominum litterae, quae ea de re nos certiores facerent, nusquam apparuere, minus creditum est. Speramus tamen hoc vel fieri posse, vel iam factum fuisse.

Immortalis Deus *etc.* [1]

---

lere exopto et eidem meam servitutem humillime defero — (Arch. Vat. Borgh. III Vol. 5 c. f. 25 *orig.*).

427. [1] *Caligarius, qui litt. Reginae Annae ad Imperatricem Mariam secum portavit, d. 9 Octobris Vienna eidem Reginae scripsit fasciculumque litt. adiunxit, quod a Regina Stephano Regi remissum est* *Anna Caligario Varsoviae 2 Novembris 1581* (Cod. „Bracchium“ f. 116 *cop.*). *Postremas litteras ex castris ad Plescoviam Stephanus Rex d. 18 Octobris 1581 Caligario scripsit:* Quod tardius litterae nostrae ad Pontificem M. de prorogatione legationis R. P-tis V. missae fuerint, eo factum esse ex litteris S. D-ni N-ri intelligimus, ut nostra ex sententia res non ceciderit. Quod ipsum quidem R. P-tas V. ex litteris Pontificis M. cognoscet scriptis ad nos (*vid. sup. N. 399*), quas huic epistolae additas, R. P-ti V. mittimus. Nobis quidem perquam oblatum fuisset pro nostra erga R. P. V-ram summa benevolentia et mutuis P-tis V. erga nos studiis, si diutius nostro in Regno legationis suae dignitatem obtinere ac nobiscum versari potuisset. Verum et nos animi nostri propensionem caritatemque erga R. P-tem V. absentem etiam, perpetuo conservabimus et vicissim R. P-tem V. postulamus, ut, quod animi studium coram nobis omnibus nostris in rebus summa cum promptitudine

428. *Caligarius Petro Myszkowski.* *Ex monast. Czenstochoviensi 23 Septembris 1581.*

Simoniae labe quosdam pollutos vehementer increpat: Hieronymum Rozdrażewski contra huiusmodi suspicionem defendit.

Cracoviae, Bibl. Czartor. Ms. 331 f. 41 *et* f. 207 *cop. Utraque sine subscr.;* f. 207 *in calce adscr.:* Ep-po Cracoviensi. Apud primarium Regni ep-pum senatoremque gravissimum; *a tergo:* Exemplum epistolae ep-pi Brittonoriensis.

R-me D-ne. Quo primum tempore iussu S-mi D. N. Gregorii XIII Rom. Pontificis, legationis Ap. munus apud vos obire coepi, id mihi simul negotii credidi potissimum dari, ut si quae in ecclesiasticam disciplinam parum emendata atque adeo vitiosa irrepsissent, ad veterum sanctorum patrum regulas revocarem et ad rectam sacrarum legum normam pro mea virili dirigerem et conformarem. Huic nostro studio atque animi desiderio usque eo misericors Deus pro sua summa clementia favit, sicque in eo pietate et auctoritate Stephani Regis Poloniae clarissimi et praestantissimi, adiuti sumus, ut nos laborum et periculorum nostrorum, quibus triennio hoc toto pro ecclesia Dei perfuncti sumus, minime poeniteat. Cum vero haud ita pridem Cuiaviensis ecclesia, priore pastore suo inde ad ecclesiam Gnesnensem regendam translato[1], vacua facta esset novusque in ea ep-pus suffici et nominari deberet, nonnulli Dei et ecclesiasticarum sanctionum parum timentes ea in medium proponere non erubuerant, quae et indigna ordine nostro essent, et non modo maiorum nostrorum, sanctissimorum virorum, legibus institutisque adversarentur, verum etiam regiae famae et existimationi non mediocriter officerent. Quam rem cum nos tum animadvertissemus certoque sciremus, ne illis quidem ipsis, quorum nomina et auctoritas eiusmodi sordibus praetexebatur, satis probari, pro officii nostri debito tam apertis rationibus tantaque animi contentione illorum immoderatas cupiditates refutavimus et fregimus, ut ex sententia sapientissimi Regis, libentissimis omnibus, flagitiosae de templo Domini nundinationes deiectae et eversae fuerint. Itaque Ill-ris et R-mus D. comes Hieronymus Rozdrazevius, vir illo atque omni honore dignus, ad eam ipsam ecclesiam Cuiaviensem nulla interposita pactione, nulla adhibita largitionis corruptela, delectus et designatus ep-pus fuit et, quod mirum est ea in re, competitor suus summa voluntate

semper declaravit, ita Romae etiam adhibeat, quoties erit, quod ad nos Regnique nostri rationes pertinere intelliget. Nos profecto, quae ad testificandam nostram benevolentiam in omni genere ornandae atque amplificandae R. P-tis V. a nobis curari, fieri et conferri poterunt, ea tanto animi studio semper faciemus, ut constare possit R. P-tem V. nobis carissimam esse. Bene valere *etc.* Litterae D-ni N. ad Regem Poloniae missae tenorem vide versa pagina (Brisighellae, Arch. Colleg. Pac. II f. 80 sq. *orig.; pag. versa: cop. sup. N. 399).*

428. [1] *Stanislaus Karnkowski.*

de suo iure concessit et ex scripto liberalissime assensum suum praebuit — R-mus D-nus Regni procancellarius [2] — quae res cum magno theatro ab universa aula tum Vilnae spectata fuerit, incredibile est, quam perverse agant, qui nunc falsis contra dissipatis rumoribus eam invertere adnitantur innocentisque hominis apud imperitam multitudinem nomen famamque in invidiam periculumque adducere. Sed eo nimirum callidi homines spectant, ut obstructam sibi religione et prudentia Sanct-mi *(s)* Regis ad turpem quaestum viam, quasi patefactam nihilominus remansisse in vulgus spargant, eo consilio, ne et ipsi in tam praeclaro certamine victos se esse fateantur, neve alii in posterum virtute, nobilitate ceterisque bonis artibus ad honores ecclesiasticos solummodo contendendum esse putent, verum multo magis pecunia et opibus, quarum copia freti illorum operam redimant et ementitam apud potentiores gratiam magni faciant [3]. Sed quam splendide mentiantur quamque aperte fallantur, vel coeleste numen, eorum sceleribus propterea iratum, vel sanctimonia et integritas liberalissimi Regis haud ita multo post, ut spero, declarabit.

Hanc autem rei totius quasi historiam ad R-mam D. V. praecipue deferendam duxi, cum apud doctissimum sanctissimumque ep-pum senatoremque gravissimum, priusque finibus vestris excederem, veritati testimonium praeberetur, tum ut fratris nostri honori et dignitati contra iniquas obtrectatorum calumnias, quantum in nobis esset, consuleretur. De quo quidem fratre nostro hoc persancte R-mae D. V. affirmare possum tam obfirmato ad virtutem animo tum, cum causa haec Vilnae ageretur, fuisse, ut saepius coram me professus sit sibi potius vel opulentissimo quoque ep-patu carendum esse, quam ut se conscientiamve suam non modo peccato pollueret, sed ne tenuissima quidem simoniacae labis suspicione aspergeret. Opto R-mam D. V. in D-no semper bene valere.

429. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Venetiis 9 Novembris 1581*

De itinere suo; e Polonia nihil referri.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 306 ***orig. prop. manu.***

Dopo havere superato tutte le difficultà delle montagne di Stiria et Charintia gionsi qui finalmente alli 5 di questo, sano et salvo per la gratia di Dio con tutti li miei [1], et tanto di miglior voglia, quanto che ho

428. [2] ***Iohannes Borukowski; vid. sup. N. 368.***
[3] *Simonem Lugowski, cui cancellarius R. et ep-pus Cracoviensis favebant, Caligarius sine dubio indicat.*

429. [1] *Ephemerides Venetiis d. 11 Novembris 1581 scripserunt:* Doi giorni sono gionse — Caligari — et referisce che la guerra continoava tuttavia — et che il Polacco come anco il Mosco erano in campagna con grossi esserciti — afferma che quei popoli ogni giorno

inteso più buone nove della sanità di N. S-re. Riposato alquanto, et provista la mia sposa[2] di alcuni ornati necessarii, mi passarò per la via di Bologna a Bertinoro, per dar principio a fare il debito mio. Nè in questa città, nè da coloro che molto dopo me sono partiti di Polonia, ho potuto intendere alcuna cosa della guerra moscovitica più di quello che scrissi di Olmuzzo a V. S. Ill-ma[3], et me ne meraviglio; credo però che non potrà tardare a venire qualche avviso, et avviso di vittoria.

Alla S-tà di N. S-re bascio humilissimamente li B-mi piedi, et mi rallegro della recuperata sanità, per la quale io non cesso continuamente di pregare N. S-re Iddio a publica utilità della sua S. chiesa.

430. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Venetiis 11 Novembris 1581.*

Quid de Plescovia oppugnata sibi relatum sit: de gravi quodam negotio sibi a Rege commisso; de intrepido animo Stanislai Sobocii.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 309 sq. *orig.* — *Ex parte ed. Turgeniew, o. c. I N. 238 p. 366 sq.*

Dopo havere scritto le prime a V. S. Ill-ma mi sono sopragiunte lettere di Vilna del 1 et 3 d'ottobre, dal campo regio di 3, 16 et 19 di settembre[1], che in somma contengono questo: che il Re alli 6 di settembre cominciò a battere Plescovia, alli 7 dette il primo assalto, et perchè fu troppo accelerato per la impatientia delli Ungari, et perchè non era aperta se non picciola parte della muraglia, et quelli di dentro erano molti et ben preparati alla difesa, li soldati del Re furono rebattuti con morte di cento di loro et di dui personaggi Ungari Pietro Kendi et Gabriel Beches generale della militia di quella natione, ambidui amici miei et in procincto di farsi catholici.

Il Re vedendo questo, si voltò a fare le mine per mandar sottosopra la muraglia, et quelle fornite, tornarà a nova battaria et a nuovi assalti, ma perchè pativa mancamento di polvere et di palle, et quelli di dentro erano quattro mila fanti eletti con due mila cavalli et molti pezzi d'artiglieria, la espugnatione si era maggiormente difficultata. Speravano però di ottenere la città et fortezza per tutto il mese di settembre, et maxime, havendo affondate et disperse sette barche grosse cariche di soldati et munitioni, che per il lago adiunto andavano per intrare et soccorere Plescovia[2].

---

s'andavano riducendo alla fede cattolica, et che vi si fabbricavano di molte chiese con introdurvi li PP. Giesuiti (Bibl. Vat. Urb. Lat. Ms. 1049 f. 438).

429. [2] *Ecclesia Brittonoriensis.* [3] *Desideratur.*

430. [1] *Desiderantur.*

[2] *De obsidione Plescoviae vid. Diarium Ioh. Piotrowski (ed. Czuczyński, o. c. p. 77 sq.).*

Mentre che questo passa, il Re di Svetia, usando dell'opportunità che se gli apresentava col vedere il Mosco et il Re occupati in altro, si è spinto con le navi et essercito suo sotto Narva, et l'ha pigliata et ridotta in sua potestà [3]. Et non contento di questo, ha sollicitato ancora quelli di Riga a rebellione, ma essi sono stati constanti nella fede del Re, et l'hanno sovenuto liberalmente di palle et di polvere; et potrebbe essere che questo fatto causasse al Re di Svetia la perdita di Revalia che era sua propria, et non bastasse a ritenere Narva, acquistata per aventura fuori di tempo et contra la promessa.

Uno Tartaro nobile, transfuga dal Moscovita, ha detto nel campo del Re che'l P. Possevino haveva già esposto le sue commissioni al Gran Duca, et era per ritornar presto: onde era nata fama che riportasse alcune conditioni di pace [4].

Ho lettere del Re di 10 di settembre, che mi commette un negotio grave con N. S-re [5]. Dato ordine alle cose di Bertinoro, verrò alli piedi di S. S-tà, et esplicarò il tutto a bocca. Sua M-tà ha mandato di novo un suo secretario chiamato Gersek a Constantinopoli, non so a che effetto [6].

Un giovane nobile Polacco chiamato Sobowschi [7], valente et animoso fuor di modo, vedendo che'l Re stava molto ansio per haver lingua di quello che passava dentro Plescovia, si mise, con licenza però del generale, con 50 archibusieri de'suoi ad affrontare una grande banda de Moscoviti usciti poco fuori della porta per bravura, et nel combattere con loro si portò tanto ferocemente, che con poca perdita de suoi ne amazzò otto o dieci de'principali, et ne fece prigioni sette, et condusseli ligati al Re. S. M-tà che dal G. cancelliero haveva inteso l'ardire et buona fortuna di questo giovine, vedendolo venire, si levò, et gli uscì incontro fuori del padiglione, et con viso grave et lieto li porse la mano, et raccolse con questo encomio: »Salve, egregie miles, hodie non ingrato Regi tantae virtutis specimen praebuisti«. Al capitano Domenico Rodolfini da Camerino, per la medema causa di virtù et fatti militari, ha dato il colonello di 900 fanti [8].

---

430. [3] *Narva ab Athanasio Bielski, praefecto Moscovitico, d. 17 Septembris 1581 Ponto de la Guardia, Suecorum duci, tradita est.*

[4] *Vid. Czuczyński, o. c. p. 89.* [5] *Vid. sup. N. 426.*

[6] *Amurathus III Turcarum Imperator per czaussium (internuntium) suum Hussein a Rege petivit, ut fratres Chani Tartarorum, qui in Poloniam aufugerant (vid. sup. N. 374), sibi extraderentur. Rex autem id se facturum esse promisit condicionibus quibusdam effectis, quas Christoph. Dzierżek, aulicus regius, Constantinopoli expositurus erat. (Vid. instructionem eius d. d. ex castris ad Plescoviam 5 Septembris 1581 Kojałowicz, o. c. p. 341 sq.).*

[7] *De Stanislao Sobocki, praefecto Germanorum equitum, vid. Czuczyński, o. c. p. 64 sq. et L. Boratyński, Stefan Batory, Hanza i powstanie Niderlandów (Przegl. histor. t. VI p. 188).*

[8] *Vexillis tribus militum Hungarorum (trecentum singula militum) Dominicus*

431. *Caligarius Stephano Regi.* *Venetiis 12 Novembris 1581.*

De Cardinalis dignitate ep-po Vilnensi conferenda: de bello Moscovitico.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 373v *cop. reg.*

Dum Venetiis longo itinere fatigatus nonnihil respiro, paululum ex praeterita iactatione me reficio, recrearunt me mirum in modum litterae S. R. M-tis V-rae ex castris apud Plescoviam 10 die Septembris humanissime scriptae [1]. Mandata Regia, quae M-tas R. pro sua in me veteri benevolentia animique propensione apud S-mum D-num N-rum per me curari voluit, diligentissime exhauriam, cum ut M-ti V., cuius gloriae semper studiosissime favi, morem geram, tum ut Ill-mi ac Rev-mi D-ni ep-pi Vilnae, mei amicissimi, commodis dignitatique inserviam, imo ut verius dicam, S. Sedis Ap. honori consulam. In eo enim Romanae ecclesiae dignitatem utilitatemque potissimum agi semper duxi, si quam plurimi. Ill-mo et Rev-mo D-no ep-po Vilnensi pietate, virtute atque amplitudine familiae consimiles, in sacrum Cardinalium collegium, cuius auctoritate et consilio res ecclesiastica nititur et defenditur, cooptarentur. Quando vero M-tas V-ra ea in re pertractanda etiam iudicio nostro nonnihil tribuit, paulo nobis subsistendum arbitror, donec S. Pontifex, qui ex longo et periculoso morbo vix tandem se refecit, patiatur de gravioribus negotiis se convenire, quandoquidem principem de tanta re intempestive adire summae dementiae esset. Interea vero, dum S-tas S. pristinas vires colligit, ego non otiose in ep-patu meo sedebo, quo viso constitutoque Romam protinus me conferam; idque S-ti Suae significavi mandataque a M-te V-ra ea haud levi de re habere dixi. Eo autem cum pervenero, crebris epistolis M-tem V-ram de his rebus certiorem faciam, quae maxime M-ti V-rae placere existimavero. De rebus ad Plescoviam usque ad diem 19 Septembris gestis hic audivimus, quae, ut in bello, varia sunt: modo prospera, interdum adversa. Ego certe nihil molestius tuli, quam amicorum meorum nobilium Ungarorum interitum [2], non quod illorum gloriae ac bellicae virtuti invideam, sed quod animae salutem, quam ego illis saepius amantissime inculcavi, minus in tempore agnoverant.

Narvam a Sueco captam Rigamque ab eodem frustra ad defectionem sollicitatam summa multorum admiratione auditum est. Ego vero, qui invidorum inimicorumque M-tis V-rae consilia noverim, ea re nihilo magis commotus sum: illud quidem vereor, ne Suecus Revaliam suam in periculum adduxerit, alienamque Narvam minus retinere possit.

Rudolphinus columnellus praefectus est, ad Voroneciam d. 14 Augusti 1581 vid. Arch. Zamoys. II p. 417 n. 34).

431. [1] *Vid. sup. N. 426.*
[2] *Vid. sup. N. 430.*

Turcarum res miris modis bello Persico afflictas esse constat, negantque vulgo ne tenuem quidem pacis spem illis affulgere. Opto ea de M-te V-ra deque tota re bellica propediem audire, quae sibi Regnoque suo commoda gloriosaque perpetuo futura sint.

432. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Bononiae 25 Novembris 1581.*

De epistolis a se Cardinali scriptis; de itinere suo; de adventu suo Romam proxime futuro.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 331 sq. *orig. manu prop.*

L'Orselli mi avvisa che V. S. Ill-ma si meravigliava di non havere già molto tempo mie lettere, nel che non sendo io punto pigro, come V. S. sa, ha dato admiratione a me ancora che de tante lettere, che ho scritto di Lituania, Polonia et del viaggio, niuna sia capitata in mano di Mons. nuntio di Venetia; come egli afferma, eccetto quella che scrissi di Vienna alli 8 et 9 d'ottobre [1] — — Et ho il registro di tutte.

Io gionsi avanti hieri in questa città [2], sano et salvo per Dio, se bene stanco et fracassato da così lungo viaggio et tempo perverso; et purgato che mi sia un poco, acciò non m'intravenga come al nuntio S-ta Croce [3], et provisto di alcune cosette che mi mancano per la mia chiesa, me ne passarò a Bertinoro a salutare et visitare la mia sposa, et ripigliarò un poco di forza smarita per le passate fatiche. Et quando mi parerà tempo opportuno, verrò a dare conto della mia villicatione et in voce, et in scritto: spero di potere sodisfare non a V. S. Ill-ma che è sempre contenta del mio servitio, ma a quelli che non restano mai sodisfatti, et sempre inventano nove calumnie et cause di deprimermi.

433. *Caligarius Cardinali Comensi.* *Bononiae 25 Novembris 1581.*

De cardinalatu pro ep-po Vilnensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 329 sq. *orig. manu prop.*

---

432. [1] *Litterae, quas Calig. enumerat, omnes habentur, exceptis tribus: d. d. Olomucii 1 Octobris et Viennae 8 et 9 h. m. Laurentius Campeggius, nuntius Ap. Venetiis.*

[2] *Ephemerides d. Venetiis 18 Novembris significaverunt:* Partì mercordì *(15 Novembris)* mattina per la volta di Ferrara et poi a Bologna il nuntio Calligheri (s), il qual si tratteneră 15 giorni in quella città, et poi se n'andrà a far l'entrata solenne nella sua chiesa di Britinoro, et di là a Roma a rendere conto a S. S-tà della sua legatione (Bibl. Vat. Urb. Lat. Ms. 1049 f. 448).

[3] *Octavius Sanctacrucius, ep-pus Cerviensis, nuntius Ap. apud Imperatorem, d. 3 Septembris a. 1581 mortuus est (vid. sup. N. 332 adn. 1).*

Il Re di Polonia dimanda la seconda volta Cardinale il vescovo di Vilna, et non contenta S. M-tà di quello che ella medesima scrive a N. S-re, incarica anco me di questo negotio[1]. Io, non potendo essere presente hora che soprastanno le tempora di Natale, per il debito che voglio pagare alla mia chiesa, scrivo dui versi a S. B-ne, et le dico sopra ciò quanto giudico essere utile per cotesta S. Sede[2]. Supplico anco a V. S. Ill-ma a volere abbracciare questo negotio, sì come ho visto che altra volta per sue lettere dava speranza, sì perchè farà cosa utile per la religione cattolica, sì perchè non vorrei che il vescovo riconoscesse questo patrocinio da altra mano che da la sua. Fra quattro dì o sei mi partirò per Bertinoro, et di là scriverò quanto mi occorrerà a V. S. Ill-ma[3].

434. *Caligarius Stephano Regi.* *Bononiae 29 Novembris 1581.*

Plescoviam expugnatam gratulatur; de cardinalatu ep-pi Vilnensis.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 374 *cop. reg.*

Plescoviam magna hostium occisione captam fuisse a M-te V-ra hic constans fama est[1], quae res, etsi nullo certo auctore percrebuerit nulliusque litteris ex Polonia ea de re certior factus fuerim, quia tamen ob gloriam S. R. M-tis V-rae id ita esse summopere cupio, facile adducor, ut credam. M-ti V-rae Regnoque suo universo hanc insignem victoriam, pro meo incredibili perpetuoque studio atque observantia in M-tem V-ram, et gratulor, et gaudeo.

433. [1] *Vid. sup. N. 426.*

[2] *Desideratur. Rationes tamen et argumenta, quibus rem probavit, haud dissimiles iis, quae in sup. N. 431 habentur, fuisse videntur, sed nullum effectum habuerunt, ut apparet ex epistola oratorum Venetorum (Leonardi Donati et Iohannis Soranzo) d. d. Romae 16 Decembris 1581 ad Nicolaum de Ponte*: La voce di promotione de Cardinali s'è intepidita assai, così perchè la risposta fatta da S. S-tà a quel di Polonia *(orator, ep-pus Plocensis)* è stata molto generale, come perchè li ricordi in questo proposito dati dal Card. Farnesio *(protector Poloniae)* — sono stati da S. S-tà più tosto reietti — Quello che è dimandato dal Re di Polonia, riceve, per quanto s'intende, da molti Cardinali aperta oppositione per esser stato figliolo d'uno heresiarcha *(vid. sup. N. 5 adn. 1)* et per haver molti parenti heretici, onde cessando la necessità di compiacer a questo, ogn'uno crede che la promotione debba esser portata anchora inanti (Venetiis, Arch. di Stato, Roma (1581) Senato III Secreta filza *s. n.* f. 364 *orig.*).

[3] *Card. Comensis d. d. Romae 18 Novembris, cum Calig. de receptis sup. N. 429 et 430 fidem fecisset, haec addidit:* Il che tutto è stato gratissimo a S. B-ne, et così aspetterà che venga con suo commodo, et al tempo che le piacerà, provisto che habbia a questi primi bisogni de la detta sua chiesa. Resta ch'io m'allegri seco de l'arrivo suo in Italia con salute, et poi che ho da vederla, piacendo a Dio, assai presto, non dirò altro se non che, per fin di questa, me le offero di core et le desidero ogni contento (Bibl. Vat. Barb. Lat. Ms. 5743 f. 97v *cop.*).

434. [1] *Quod verum non fuit. Plescovia enim impetus Polonorum fortiter sustinuit et in manibus Moscovitarum permansit.*

S-mus D-nus N. Dei benignitate optime convaluit, et quia ego per dies hos festos, quibus Natalis D. N. Iesu Christi dies anniversaria colitur, mihi pro debito mei pastoralis officii in mea Brittonoriensi ecclesia haerere necesse est, ne mora haec nostra damni aliquid R-mo D-no ep-po Vilnensi afferret, per litteras, quarum exempla in fasciculum conieci, apud S-tem S. causam illius diligentissime egi [2]. Romam cum venero, studiosius mandata omnia Regia coram exhauriam, id autem M-tem V-ram rescisse volui, ut intelligeret me in iis omnibus, quae ad eius Regiam dignitatem voluntatemque pertinent, non minus diligenter, quam libenter versari. Immortalis Deus S. R. M-tem V-ram quam diutissime salvam, incolumem victoremque S-mae ecclesiae catholicae Regnoque suo conservet et protegat.

435. *Caligarius Cardinali Borromaeo.* *Brictinorii 9 Decembris 1581.*

De suo ingressu pontificali; de revocatione sua ex Polonia.

Mediolani, Bibl. Ambros. F. 61 Inf. Lett. 171 f. 271 *orig.*

Arrivai finalmente dopo un lunghissimo viaggio a questa mia chiesa, et il giorno di S. Ambrosio [1], per buona ventura at augurio, feci l'entrata pontificale, celebrata da me più tosto con opere spirituali che con pompa mondana; et la città e'l clero mi ha raccolto con tanta charità et honore, che non potrei desiderare più. Hora comincio a riordinare molte cose male andate, et starò qui sin fatto le feste, dopo le quali mi passerò a Roma a dare conto della mia legatione polonica, et così si contenta N. S. Stando in Bologna, hebbi due lettere di V. S. Ill-ma piene della sua antica amorevolezza et fide, per risposta delle quali mando coppia della lettera che scrissi a N. S. [et] quali 'l Re scrisse a S. S-tà per ritenermi nel Regno [2]. V. S. Ill-ma terrà tutto appresso di sè, et un giorno a bocca la ragguagliarò di bei particolari: le lettere di S. M-tà furono ritenute dal G. cancelliero, finchè il mio segretario arrivò in Varsavia, et così senza effetto. La mia gratia d'apresso al Re era molesta al G. cancelliero, tanto per le mie oppositioni a le sue simonie et mercati che per il negotio del divortio; però si affaticò che io mi rimovessi del Regno, col mio grandissimo piacere. Et io obedientissimo alla volontà et cenni di S. B-ne, havendo là informato diligentissimamente Mons. Bolognetti di tutti li particolari di quella legatione, me ne venni, come scrissi di Venetia a V. S. Ill-ma. La quale supplico che nelle sue S-te orationi et sacrificii mi habbia sempre per raccomandato.

---

434. [2] *Vid. sup. N. 431 et 433.*

435. [1] *7 Decembris.* [2] *Vid. sup. N. 359 et 362 adn. 7.*

436. *Caligarius Stephano Regi.* *Romae 3 Februarii 1582.*

Pro epistolis et dono gratias se agere; Regem a se vehementer apud omnes laudari; de revocatione sua; de Simone Ługowski.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 374v *cop. reg.*

Romam postquam veni, binae a S. M-te V-ra R. litterae mihi redditae fuerunt, unae die 3 Septembris, alterae die 18 Octobris, omnes ad Plescoviam datae [1], quae quidem multis nominibus mihi gratissimae fuerunt, sed eo potissimum gratiores, quod verus in me et singularis M-tis V-rae amor et benevolentia nec temporis decursu, nec locorum intervallo diminui, aut refrigescere patitur. Sobellinae pelles 80, quas mihi M-tas V-ra dono misit [2], nondum vidi, adhuc enim Cracoviae apud Montelupium haerent, sed pro tanto munere, quas maximas possum, gratias M-ti V-rae ago. Ego vero M-ti V-rae gratulor gaudeoque, quod nomen suum Regium eo dignitatis et amplitudinis ob singularem religionem ceterasque eius incredibiles virtutes pervenerit, ut uno omnium ore inter christianos Reges principem locum obtinuerit. Huic ego laudi ita impense pro mea iam diu instituta consuetudine faveo, ut multi iique gravissimi viri saepius ab ore nostro pendeant, fidelissimeque a M-te V-ra res domi forisque gestas narrantem summa cum voluptate audiant [3]. Ego praeterea, fidei officiique mei non immemor, quae ad M-tem V-ram quoquo modo pertinere arbitratus sum, diligentissime prosecutus sum atque Venetiis die 12, Bononiae 29 mensis Novembris pluribus de rebus bene longas litteras ad M-tem V-ram dedi [4], speroque redditas fuisse.

Vidi litteras Ap. de prorogatione nostrae legationis, quas mihi amantissime M-tas V-ra [mandari] curavit, pro illis ergo maior gratia a me M-ti V-rae debetur, quo honorificentiores in me sunt. Ac nulli dubium est, si litterae M-tis V-rae ea de re ad S. Pontificem diligentissime conscriptae, a suis, quos ipsa non ignorat, interceptae diutiusque retentae non fuissent [5], quin S-tas Sua M-tis V-rae pio desiderio obtemperasset. Verum qui me a latere M-tis V-rae abstraxerunt et propemodum vi avulsum abiecerunt, eo in me vel absentem graviores sunt, quo me magis in dies M-ti V-rae addictum experiuntur. Sed quid illis faciemus? Arcanas notas, quas

436. [1] *Vid. sup. N. 424 et 427 adn. 1.* [2] *Vid. sup. N. 424 adn. 1.*

[3] *Eadem, Brittonorium iam discessurus, Regi d. d Romae 10 Martii 1582 scripsit:* — Hic, quantum in me fuit, non modo S. Pontificis atque aulae totius animos iudiciaque in partes M-tis V. pertraxi, verum etiam maximorum virorum studia in M-tem V. adeo exarsere, ut libentius nihil aut cogitent, aut loquantur, quam de illius rebus magnifice glorioseque gestis deque M-te V. summis honoribus atque, si res ita tulerit, Imperiis ornanda atque augenda — (Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 376 sq. *cop. reg.*).

[4] *Vid. sup. N. 431 et 434.* [5] *Vid. sup. N. 359 et 416.*

M-tas V-ra de Francisco suo [6] accipiet, quaeso non contemnat, immo iterum atque iterum, et saepius relegat, et consideret.

Quod saepius M-ti V-rae coram praedixi, id usu haud ita pridem evenisse non moleste fero: Simonem Lugovium, hominem non sanctissimum, a sacro Cardinalium collegio in sua petitione, pro qua auferenda vir castissimus concubinae suae virum huc allegarat, repudiatum fuisse [7]. Et quemadmodum in ea re nonnihil M-ti V-rae notae inuri poterat, nisi ego occurrissem docuissemque nominationem illam prorsus a certis hominibus sub initio belli superioris aestatis, adstipulante P. Possevino, extortam fuisse [8], erit prudentiae M-tis V-rae hoc, quicquid est peccati, nova et honorificentissima nominatione corrigere seque ita in Leopoliensi nominatione [9] pariter gerere, ut nulli unquam detrahendi de nomine Regio locum relinquat. Habet autem M-tas V-ra ut laudatores plurimos et aequissimos, ita non paucos et iniquissimos obtrectatores —

436. [6] *Franciscus Wesseleni, cui Caligarius litteras secretiores ad Regem destinatas, ne a cancellario interciperentur, direxisse videtur.*

[7] *Res ea in actis Bolognetti tractabitur.*

[8] *Vid. sup. N. 410.* [9] *Post mortem Iohannis Sieniеński.*

APPENDIX.

1. *Cracoviae 1 Novembris 1578.*

Oratio Caligarii, habita ad Regem in prima audientia[1].

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 71 sq. *cop., in marg. inscr. u. s.; in calce:* Dicta Cracoviae in arce coram Ser-mo Stephano Rege Poloniae die 1 Novembris 1578.

Ser-me et invictissime Rex. Etsi mihi uni adventus S. R. M-tis ad hanc suam urbem Regiam longe fuit expectatissimus desideratissimusque, infirma tamen, qua per tot dies atque adeo etiam nunc utor, valetudine *(s)* impedimento fuit, quominus officii mei debito satisfacere potuerim, minusque in tempore me in conspectum S. R. M-tis V. dare eamque, ut par erat, salutare et venerari. Cum autem me tacente, et vox et facies mea eiusmodi moram facile excusent, non vehementer laborabo, ut pluribus verbis me ea de re apud S. R. M-tem purgem. Hunc vero, quando Dei omnipotentis clementia et S. R. M-tis benignitate hoc mihi datum est, ut in conspectum eius Regium prodirem, adventum eius mihi exoptatissimum summa animi mei laetitia gratulor et, ut sibi omnibusque aliis et maxime iis, qui sua ditione tenentur, sempiternae laudi atque utilitati sit, exopto.

Quod vero pertinet ad explicandum legationis meae munus, si vires suppeterent, ut ingenue fatear, bene longa et accurata mihi opus esset oratione, et praesertim, si in illam rationem ingrederer, ut exponerem S.

---

1. [1] *Vid. sup. N. 47.*

R. M-ti V., quantopere S. D. N. Gregorius Pontifex M., sacrum Cardinalium collegium et non aula tantum omnis pontificia, sed universa Italia S. R. M-ti V., uti principi vere christiano et orthodoxo, ex animo faveant, quam faustis ominibus Regni sui tempora, ut sint fortunata et felicia, certatim prosequantur, quam multis et verissimis laudibus usque ad coelum efferant eius animi fortitudinem, iustitiam et temperantiam, prudentiam, gravitatem, excellentem rei militaris peritiam et, quod caput est, perpetuam in S. religione catholica constantiam ac pietatem et fidem erga S. Sedem Ap. Cui enim nostrum non est exploratissimum M-tem V. ab incunabulis ipsis, et in disciplina S-mi*(s)* et severissimi parentis sui una cum fratribus et universa eius nobilissima familia in S. religione catholica Romana natam, alitam et educatam fuisse, et illam, etsi uti rosa inter spinas, constantem semper retinuisse et pie coluisse? Quis autem nostrum non recordatur, et summa cum animi admiratione et gaudio non respicit tempus illud, in quo, cum M-tas V. ob suas praeclaras animi et corporis dotes esset elata ad Transilvaniae principatum, nihil prius habuit, nihil sibi longius visum est, quam ut primo quoque tempore oratorem suum, insignem virum, mitteret, qui nomine suo S. Romanum Pontificem salutaret eidemque, inveterato christianorum principum more, tanquam vero in terris Christi vicario, reverentiam et obedientiam praestaret[2]?

Sed etiam atque aliae M-tis V. excellentes virtutes constantisque animi erga S. Sedem Ap. declarationes notiores longe sunt, quam ut mea, aut alterius cuiusquam indigeant testificatione.

Verum cum illud mihi non sumpserim, ut tam multa tam paucis concludam, neque temporis, neque valetudinis meae [ratio] longiorem patiatur orationem, illud tantum brevissime et verissime dicam S. D. N-rum has heroicas et vere Regias animi sui virtutes et plurimum in ea diligere et plurimi merito suo eam aestimare, Sanctitatemque S. in eo potissimum esse occupatam, quemadmodum immortales immortali Deo gratias assidue agat, quod miseris hisce temporibus pro infinita sua misericordia et clementia, talem et tantum Regem huic nobilissimo atque amplissimo Regno dare et concedere voluerit.

Eius enim Beatitudo non modo non habet ex omnibus actionibus M-tis V. a primordio Regni sui usque in tempus hoc, quod improbet, sed multa et multo praeclara, quae magnopere laudet, quinimo sibi persuasum est et certa spe ducitur, quod refractis obicibus, qui saepius conatibus Regiis aditum intercludere optimorumque consiliorum exitum retardare solent, longe maiora longeque praestantiora ad honorem Dei sanctaeque religionis catholicae decorem sit effectura.

De me autem illud tantum habeo polliceri me in omni actione atque administratione muneris mei eam rationem perpetuo retenturum, ut om-

1. [2] *Martinus Bersevitius, a. 1573.*

nes meae cogitationes, omnia mea consilia, omnia dicta factave in eo consumantur, ut vel ad auctoritatem M-temque R. amplificandam, vel ad cleri ecclesiarumque dignitatem retinendam et conservandam, vel ad ipsius reipublicae bonum publicum referantur, facile ut hinc omnes aequi atque iniqui intelligant S. S. Ap. Sanctissimumque D. N. Gregorium P. M. nihil aliud maluisse, quam huius amplissimi et clarissimi et Regis et Regni salutem et incolumitatem, nihil accuratius studuisse, quam ut per se et per legatos et ministros suos inprimis animarum salus, deinde vero pax, tranquillitas, otium, gaudium et omnes denique Dei benedictiones in illud ipsum potentissimum et nobilissimum Regnum inferrentur.

Attuli et breve legationis meae ad S. R. M-tem V.[3] una cum paterna atque Ap. benedictione S-tis S., cuius nomine precor S. R. M-ti V. prosperos et felices rerum omnium successus.

2. *Romae 11 Aprilis 1579.*

Paulus Uchański, orator regius, obedientiam Pontifici M. denuntiat[1].

Leopoli, Bibl. Ossolin. *Charta typogr. coaeva 4 foliis in 8° constans, s. l. d., inscr.:* Ad S. D. N. Gregorium XIII Pont. Max. Illustr. et Excellentissimi viri D. D-ni Pauli Uchanii, Comitis a Sluzevo ac Praefecti Drohobicensis etc, Oratoris Ser-mi Regis Poloniae Stephani, oratio habita Romae in consistorio die 11 Aprilis 1579. — Arch. Vat. Misc. Arm. II Vol. 28 f. 193 sq. *cop. ms.*

Expectaret a me fortasse quispiam, Sedis Ap. Praeses ac Pontifex Maxime, ut, antequam ad ea, quae summam orationis meae continebunt, veniam, quid, ut ad hoc usque tempus officium Ser-mi Regis mei desideraretur in reddendo Sacrosanctae huic Sedi eiusque B-mo Praesidi principis christiani atque catholici debito, causae fuerit, in medium adferrem. Quae res cum longam itineris mei moram ac tardam in expedienda legatione Ser-mi Regis mei voluntatem arguat, parum pro dignitate istius, quam intueor, M-tis et rei, quam aggredior, magnitudine fecisse me videbor, si, quae viarum molestiae, quae vicissitudines temporum, qui et quanti viatorum casus sint, singulatim oratione persequi vellem. Monet autem, quod maius est, ista, quae paucorum movent animos, disserere, summa coniuncta cum prudentia personae T. S-tis auctoritas, qui, cum Christi Dei nostri vices in terris geras, ut ipse scrutator cordium, et renum et interiorum diligentior iudex est, ita tu quoque filiorum tuorum, B-me Pater, mentem et animum aspicis. Quem Ser-mus Rex meus, qualem in colendo et, ut par est, observando Salvatoris nostri vicario, semper habuerit, vel ex eo cognoscere licet, cum, antequam vocatus a Domino et regium ade-

1. [3] *Vid. sup. N. 2.*

2. [1] *Vid. sup. N. 95 adn. 4.*

ptus honorem fuerit, in ipso etiam Transilvanico principatu suo, cui tum temporis praefuit, erga S-tem V. M-tas illius suo munere perfuncta fuisset, omnemque honorem debitum, reverentiam et filialem obedientiam eidem detulisset. Posteaquam vero per singularem Dei clementiam Regnum Poloniae, quod inter reliqua Regna christiana non postremum locum obtinet, post interregna morte primum vetustae stirpis regiae tristia, deinde tempore ipso diuturna, postremo etiam varietate casuum summis periculis proxima, magno cunctorum ordinum studio ad M-tem eius delatum fuisset, non ignorabat M-tas illius officii sui rationem, ut suum nomen inter et eorum Regum nomina profiteretur, qui et S-tam hanc Sedem Ap. Romanam pro summo religionis domicilio agnoscunt, et S-tem V., uti eiusmodi Christi Dei supremum in terris vicarium, colunt atque venerantur: quo quidem officio et omnes reliqui christiani principes erga S-tem V. et hanc Sedem Ap. in et ipsis principatuum suorum initiis volentes ac libentes perfunguntur. Non ignorabat id igitur, neque adeo etiam facere non cupiebat, verum domesticis quibusdam rationibus impedita, de quibus ipsam quoque S-tem V. aliquid inaudisse existimat, differre usque ad illud et tempus necesse habebat, atque eam moram ne secus et S-tas V. accipiat, etiam atque etiam M-tas S. petit. Iam vero mihi rem ipsam aggredienti, non tam quid de me ipso sentiam, nec quid de imbecillitate virium mearum dicam, quam quod a Te, B-me Pater, postulem et expectem, habeo. Nam si gentem nostram, si professionem, si vivendi genus inspicias, plures omnino facile reperies, qui literis obiter, agris et militiae naviter damus operam, quibuscum aequalem disciplinam mihi fateor. Cui praeter communem totius patriae illo, quo Rege carebamus, tempore afflictioni illa peculiaris accessit, qua in dies incursionibus Scytharum (quod genus omnium barbarorum hominum saevissimum est) eas, in quibus natus sum, regiones depopulari videbam. Quod quia tanquam familiare propter propinquam vicinitatem nobis aut semper, ut praeteritis temporibus, aut frequenter, ut aliis est, inde facile colligere licet, rarius mihi librum, quam hastam prae manibus esse, et magis dextram ad pugnam, quam ad eloquentiam mihi linguam exercitatam. Proinde, B-me Pater, non elegantiam sermonis, non leporem verborum, non ornatam orationem, quae artem dicendi profitentium propria sunt, sed, qui pro naturae Tuae mira benignitate et summa in officio clementia animum mihi ad libere loquendum dedisti, quique, cum hominis et Dei personam geras, non verborum inopiam, sed cordis et animi copiam inspicias, nec minorem bonae voluntatis, quam culti sermonis rationem habeas, simplicem et, ut par est ratio, veritatem benigno excipito animo. Quod igitur felix, faustum fortunatumque sit Tuae S-ti, Pater B-me, tum M-ti Ser-mi Regis mei et ipsi Regno Poloniae, tum denique universo orbi christiano; ad laudem et honorem in primis Omnipotentis Dei, ad communem totius ecclesiae catholicae utilitatem, ad terrorem inimicorum signi salutis nostrae et consolationem

omnium, quorum Deus et Christus est: Ser-mus Rex Poloniae Stephanus idemque Magnus Dux Lithuaniae, devotus nomini religionis catholicae et addictus S-ti V., quae his aris, his templis Romanis, huic ipsi Petri principis Apostolorum Sedi, huic, inquam, domicilio pietatis et religionis christianae catholicae Dei Opt. Maximi nutu atque beneficio, pro Petri successore praesidet, defert ad S-tem V. omnia sua Regnique sui studia, reverentiam, submissionem et filialem obedientiam denuntiat, et quaecunque a Rege et Regno catholico adversus Praesidem catholicae religionis summum proficisci ius, mos fasque est. Et uti se alumnum atque adeo filium S. ecclesiae catholicae libenter et ex animo agnoscit, ita S-tem V. eiusdemque ecclesiae pastorem atque curatorem et patrem profitetur, qui Iesu Christi Salvatoris nostri personam in mundo geris, locum tenes, potestatem habes, tibique honorem debitum patri ac parenti optimo, uti filius obsequens, et verbis praestat per me nunc iam quidem, et re ipsa deinceps per omnem temporum occasionem praestiturum pollicetur. Confidit vicissim suas Regnique sui rationes omnes fore semper, in omni rerum ac temporum occasione, in paterna cura S-tis V. Sic enim sibi persuadet M-tas illius Regia ita demum suas in Regno illo actiones Deo gratas Regnoque ipsi salutares futuras, si eas S-tas V., Dei vicarius, bonis omnibus primum, deinde consiliis auxiliisque suis fuerit prosecuta, ut sicut M-tas illius nihil unquam a S-te V. desiderare in se patietur eorum, quae a filio debentur patri, ita vicissim S-tas V. omnibus paternis erga M-tem eius officiis perfungatur. Habes, B-me Pater, munus, mea sententia, magnum: amplissimum et opulentissimum Regnum, multitudine virorum nobilium, armis, robore et exercitatione fortissimorum refertum, rerum omnium abundantia plenum, ita, ut si quis more rhetororum (s) ad omnia attendere et singula per partes enumerare vellet, vel potius si tempus orantem non deficeret, cum historiam rerum gestarum scribentes vita multos defecit, profecto rei magnitudine, quae multo famam excellit eamque superat, obrueretur. Quae quidem omnia, si antea superiorum illorum magnorum Regum temporibus semper erant per orbem terrarum maxime illustria, et sine omni controversia omnium consensu nationum Regno Poloniae tributa, nunc quidem hoc Rege ad ipsius Regni gubernacula posito, et veterem splendorem retinent, et recenti etiam exercitio confirmata magnopere augescunt. Qui Rex cum ceteris virtutibus cuilibet Regum par sit et aequalis, tum ea habet non tam ex recentium istorum principum, quam ex antiquorum illorum heroum laudibus deprompta propria atque peculiaria decora: ignaviam fugere, laborem appetere, periculis ultro occurere. Neque, quod in his temporibus fit, in luxu est, aut otio enutritus, sed cum esset, ante regium hunc adeptus honorem, variis rerum humanarum casibus obiectus atque expositus, ex quibus eximiam quandam prudentiae vim collegit atque comparavit: tum et cubare humi, et aestum pariter atque hiemem tolerare, et famem pati, et omnino ducis et iuxta

atque militis munia obire didicit. Et quid plura? Quanta in rebus illius omnibus praestantia sit, voces omnium incolarum Regni testes sunt. Postquam enim virtute propria apud liberum populum liberum Regnum, non relictum (quod illi summo est et erit honori), adeptus est, tantum sua mira coniuncta cum humanitate prudentia effecit, quod omnes Regni sui cives post hos ex diuturno interregni tempore labores, post tot perpessas afflictiones et acceptas clades adhuc saucios et quasi respirantes ita reticeret, ut statim maluerint beneficii Dei de donato patriae tali Rege, quam proprii proximique periculi meminisse. Haec non eo dicuntur, B-me Pater, quo inanem verborum pompam, aut frustra magnifice iactata oratio mea reddere videatur, neque enim nos, ut iam intellexisti, eloquentiam colimus, neque cum ex natura, tum ex moribus verbis mercari favorem scimus, sed ut iis bene perspectis et tamquam ante oculos positis, quantum ad universum christianum orbem ex eo Regno, quod tanquam porta Urbis christianae valida et quasi murus aheneus populi eius est, quantum ex eo et tali Rege, talique M-tis illius consociatione accesserit, evidenter omnibus appareat. Si quid autem temporis occasio, aut rei necessitas in mutuum conferre postulaverit, inde quid facto opus sit, S-tas T., qui eiusmodi consiliorum inter principes christianos et moderator pariter, et author esse consuevit, facile depromere posset. Excipe igitur, B-me Pater, ulnis caritatis Stephanum magnum et potentissimum Regem, obedientissimum filium tuum, respice clementiae tuae oculis oblatum sibi gregem copiosum, guberna, Pastor optime, populum tuum et oves pascuae tuae, et benedic in aeternum haereditati tuae, quam possedisti. Accipe a Deo commissum talentum sibi, decuplum sapientia tua superlucraturus Domino. Qua pro re manent te quidem multa in terris praemia, expectat autem, qu d rerum omnium summum bonum est, ille, cui coelum et terra obediunt, aeterna mercede labores Tuos in vinea sua, quam bene coluisti, remuneraturus. Dixi.

3. *Mense Maio 1579.*

Articuli contra Georgium Wysoczki, assertum praepositum Zukowiensem, nomine priorissae et totius conventus virginum in Zukow R-mo D. ep-po Wladislaviensi oblati [1].

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 16 f. 474 sq. *cop. e cancell. Carncovii; a Calig. inscr.:* Articuli porrecti contra Praepositum Zuochoviensem (s) Nunz. Polon. Vol. 15 C f. 344 sq. *cop. u. s., ad usum nuntii Ap. Alberti Bolognetti.*

---

3. [1] *Vid. sup. N. 127. Żuków (German. Suckau) in distr. Carthusiensi in Pomerania Monasterium monialium Praemonstratensium.*

1. Quod Georgius Wysoczki in praeposituram Zukoviensem se temere intrusit et ab Olivensi abbate, diversi ordinis professo et nullum ius ad id habente[2], illegitime est ad hoc monasterium vocatus.

2. Quia professionem regulae Praemonstratensis, de cuius observantia est semperque fuit monasterium Zukoviense, ipse non fecit.

3. Quod a R-mo D. ep-po lociordinario per manuum impositionem non est approbatus.

4. Dictus praepositus verbis saepe turpibus et parum honestis in virgines invehitur. Colloquia illius omnia obscena, quinimo audet affirmare simplicem fornicationem peccatum non esse.

5. Eodem tempore cum ad audiendas confessiones resedisset, 20 aut 30 simul personas generalem clara voce confessionem pronunciare praecepit, qua absoluta omnes simul absolvit.

6. Memoratus praepositus in vigilia Paschae, qua die fontem consecrare ex officio ipse tenebatur, non modo muneri suo et consuetudini non satisfecit, sed nec processioni tam solenni interesse dignatus est: exedrae suae, seu sedi resupinus incumbens, eminus ceremoniarum spectator fuit, qua re hominibus omnibus impiis risum movit, piis autem maximo scandalo extitit.

7. Ipso die Paschae, cum iam iam ornatus ad altare processurus esset. ornatu non deposito, chirurgum accersit et in sacristia barbam totondit.

8. Post absolutum sacrificium et officio missae peracto, duas aut tres hostias consecratas ex iis, quas communicantibus porrexerat, ex altari in terram decidere passus est.

9. Eodem die, cum more et consuetudine veteri consecrare cibos debuit, ceremonias istas irridens, absque signo crucis benedictionem ciborum illorum absolvit.

10. Vespertinas preces, quas item ut missam ipse peragere praepositus consuevit, noster hic praepositus ebrius et dormiens ac spirans in templo neglexit.

11. Horas ipse nullas cantare potest, aut didicit, ita ut absente D Ioanne sacerdote nec prima, nec vespertinae preces, nec alia item officia divina in templo peragantur.

12. Quotiescunque ipsi celebrandum est diebus dominicis aut festis, mane se e monasterio subducit et aliquo animi gratia proficiscitur.

13. Familiam habet similem sui. Ex famulis ipsius quidam tempore belli cum Gedanensibus gesti militem egit et monasterium hoc ac virgines una cum aliis spoliavit, homo omnibus vitiis et turpitudinibus deditus. Huic tantum tribuit et defert, quantum nulli aliorum. Idem D. praepositi famulus cum mulieribus in matrimonio existentibus negotium habet et illis fere cohabitat, ut alter maritus.

3. [2] *Caspar Geschkaw, ord. Cisterciensium.*

14. Ex ipsius subditis in villa Oxina soror ex fratre suo germano puerum suscepit ac peperit, quod scelus non ferentes rustici ceteri eiusdem villae incolae ad praepositum venerunt questum, qui tanquam haec res ad se nihil attineret, nullas de reis poenas sumpsit, quinimo silentio suo hoc factum comprobavit. Soror ista, quae cum fratre concubuit, in aedibus patris una cum marito impune versatur; puer Gedanum missus est ibique in suburbio enutritur.

15. In villa monasterii Sukaw consobrini matrimonium contraxerunt, Gedani copulati sunt, praepositum ad levandum ex baptismate puerum invitarunt, quod et fecit.

Haec et alia eius generis scelera plurima in monasterio fere quotidie usu veniunt, ita ut verendum sit, ne ipsum monasterium propter praepositum hunc tam impium, Deo iustas pro delictis poenas exigente, gravissime puniatur. Quare etiam atque etiam D. V. R. virgines rogant, ut data occasione, haec tam grandia et enormia facinora R-mo D. ep po[3] exponere non gravetur, et ut ille avertere tantam pestem a monasterio, pro suo in rem ecclesiasticam pientissimo animo et zelo, non dedignetur, orare et obsecrare.

4. *Ciechocini 27 Maii 1579.*

Instrumentum molestiarum, exhibitarum ab abbate Olivensi[1] monasterio Carthusianorum[2].

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 16 f. 481 sq. *cop. e cancell. Carncovii, a Calig. inscr. u. s.* — Nunz. Polon. Vol. 15 C f. 340 sq. *cop. u. s., cum adnotatione Alberti Bolognetti:* Informatione mandata da Mons. R-mo di Cuiavia intorno all'abbate Olivense, che occupa la sua giurisdittione et tratta male i suoi monachi, ingerendosi anco nel monasterio de' Certosini.

In Dei nomine Amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum: Quomodo a Nativitate D-ni millesimo quingentesimo septuagesimo nono, indictione septima, pontificatus S-mi in Christo Patris et D. N. D. Gregorii divina providentiae Papae XIII anno septimo, die vero Mercurii in vigilia Ascensionis D-ni, quae fuit vigesima septima mensis Maii, in mea notarii publici testiumque infrascriptorum ad id specialiter vocatorum praesentia constitutus personaliter coram R-mo in Christo Patre D. D. Stanislao Karnkowski, Dei gratia Wladislaviensi et Pomeraniae ep-po, religiosus F. Gvalterus a Brande Brabantius, Cartusianus, suo et totius sui conventus, quod Paradisum B. Virginis vulgo appellant, in dioecesi Wladislaviensi in Pomerania siti nomine obtulit li-

3. [3] *Cuiaviensi, Stanislao Karnkowski.*

4. [1] *Caspar Geschkaw, vid. sup. N. 106 adn. 5.* [2] *Paradisi in Pomerania.*

bellum supplicatorium, cuius tenor de verbo ad verbum subinsertus, sequitur huiusmodi:

Molestiae, quibus se fratres Paradisi B. Mariae in Pomerania ab Olivensi abbate et eius fratre ac substitutis affici queruntur.

Primum negant abbatem istum iure tenere monasterium istud ac sese abbatem Carthusianorum scribere, cum sit contra institutum et regulam ipsorum abbatibus subesse, sed qui monasteriis eius ordinis praesunt, non abbates, sed priores ubique locorum appellantur. Ad haec, qui hoc apud illos munere fungitur, non alterius religionis, aut externus quispiam, sed eiusdem ordinis professus esse solet et debet, idque exigente ipsorum regula. Istum porro abbatem tempore, quo a R-do olim Loka, abbate Olivensi[3], abbatia sua fuit pulsus, tantisper a Ser mo olim Rege Sigismundo Augusto ipsi monasterio tutorem et administratorem praepositum fuisse, donec in Olivae possessionem rediret. Cum vero iam pridem abbatiam suam consecutus sit, tempus ipsius administrationis expiravisse et ea se iam diu abdicare debuisse, quod tamen hucusque non facit, imo cum subditis eius monasterii ipsos etiam monachos contra ipsorum regulam ad iuramentum in sua verba praestandum adegisse et compulisse. Item queruntur, quod procuratorem eiusdem quidem ordinis, sed conversum (ut loquuntur), hoc est, laicum elegerit, quod cum consuetudine et regula ipsorum pugnat. Eundem procuratorem ita fratribus adversum esse, ut, quaecunque potest, ipsis inferat incommoda, abbatis vero adeo studiosum, ut omnes ad eum proventus referat et ad usus necessarios fratrum, ne ad atramentum quidem aut papyrum, vel teruntium relinquat. Eundem procuratorem saepe Gedanenses et nobiles vicinos haereticos ad prandia et coenas invitare et plurima illis de bonis monasterii donare, dies totos et noctes una cum scriba poculis certare, choreas etiam in ipso ambitu instituere, cantiones haereticas decantare plurimaque alia in monasteriis non ferenda facere, quae ebrii solent. Est quaedam domuncula ad valvas monasterii sita, quae olim domicilium pauperum fuit: hanc idem ille procurator in sui superioris contemptum, in tabernam consecravit, cum prohiberetur, ne externos et praesertim mulieres, in monasterium admitteret. Murum, qui monasterium cingit, perfodi curavit, nec admonitus reficiendum tradit, per quod foramen liber patet omnibus volentibus ad monasterium aditus et exitus. Spatium unius anni a communione abstinuit, etiam ipso Paschae tempore, ita ut difficile sit statuere, an non ad haereticorum castra defecerit. Idem ille procurator scribam alit quendam, hominem haereticum, qui plurimis et maximis molestiis afficit monachos, ipsumque procuratorem, qui iam propemodum est confectus senio, tanquam dominum suum tuetur et defendit. Globis e bombardis emissis ipsos

4. [3] *Nicolaus Loka † 1569.*

sacerdotes etiam ad altare, iam aliquoties interficere conatus est. Scriba quoque iste, altero homine eiusdem farinae assumpto, onustis bombardis ad fores capituli, cum de coercendo et ad officium reducendo procuratore ageretur, expectavit, ut, si quid contra procuratorem acerbius moliti fuissent, eos egressos interficeret. Idem pugione stricto in priorem fecit impetum, sed novitio quodam fratre manum obiciente, eundem vulneravit. Argentum omne, praeter unum calicem, vel abbas, vel nescio quis alius abstulit, monstrantiam etiam non exiguae magnitudinis ac pulchritudinis, ut testes sunt, qui eam viderunt; plurimos etiam eosque optimos libros idem abbas ex bibliotheca monasterii secum avexit. Cum bellici tumultus apud Gedanum exorirentur, sexaginta vaccas ex monasterio abigi praecepit, dicens se curaturum, ut in aliquo tutiore loco custodirentur, dum bellum duraret, ex quibus vix viginti, easque pessimas postea restituit. Idem fecit cum capris et ovibus. Cum a R-mo missi essent, qui monasterium visitarent, monachos adire vetuit, non R-mo, sed sibi iurasse illos clamitans.

Redditus omnes monasterii, quos quinque millium flor. summam aiunt attingere, procurator, quos ipse cum suo scriba et haereticis intempestivis conviviis et heluationibus non deglutit, abbati tradit; monasterium interim et tecta negliguntur, quod iam multis in locis capat*(s)* et refectione indiget. Subditos monasterii Carthusiensis usque Olivam ad faciendas operas compellit, magno miserorum hominum dolore multisque lacrimis. Praedictus abbas duas non postremas eiusdem conventus Paradisi villas cuidam suo consanguineo donavit, et tertiam fratri suo germano ad sexaginta annos inscripsit conventumque, ut huic donationi subscriberet, coegit. Habent hoc huius ordinis monasteria, ut piscinis abundent: tamen in tanto tam opulentium monasteriorum numero nullum ipsi fratres aiunt reperiri, quod tam excellentes piscinas habeat, atque hoc ipsum in Pomerania situm, idem tamen nusquam se peioribus vesci piscibus et paucioribus queruntur, nam optimis in suum usum conversis ac venditis, minutissimos quosque absque ulla varietate conventui mittunt.

His tandem expositis summisse rogant, ut R-ma D. V. suam non dedignetur interponere auctoritatem ac pro suo in rempublicam christianam zelo, his tam funestis et exitiosis coenobii illius malis clementer subvenire; se suaque omnia ac inprimis cultum Dei Opt. Max. fidei ac patrocinio R-mae D. V. commendant et committunt et, ut eos in suam accipiat clientelam, obsecrant, ut secundum regulae suae praescriptum pie possint et tranquille vitam agere ac devotioni vacare.

Qua quidem supplicatione clara voce perlecta, R-mus D. ep-pus Wladislaviensis supranominatus interrogavit fratrem supplicem, velletne omnia in dicto libello contenta iuramento comprobare et de veritate dicenda, de quibuscunque fuerit interrogatus, sacramentum iurisiurandi praestare. Utroque nomine se iuraturum supplex obtulit, ac protinus admotis ad imagi-

nem Iesu Christi crucifixi duobus digitis, iuravit ea omnia, quae in supplicatione porrecta continerentur, vera esse de omnibusque, de quibus quaesitus esset, se veritatem dicturum esse.

Primum igitur interrogatus, quod suum suaeque patriae nomen esset, quae condicio, respondit: se quidem Gualterum nominari, patriam vero Brande in Brabantia sitam esse; ordinis Cartusiensis regulam se a viginti annis professum esse et ad eius praescriptum, quantum divina gratia concedit, ut vivat, contendere. Rogatus, qua occasione ad monasterium Paradisi S. Mariae advenerit, siquidem ab eo loco longe natus sit, respondit: se non ita pridem iussu generalis ordinis sui ad monasterium Paradisi venisse et mandata sui generalis ad eundem conventum, ut pro priore reciperetur, attulisse. Quibus visis is, qui nunc est prior, statim se officio abdicaturus et locum concessurus testi videbatur, verum cum animadverteret testis monasterium illud in aliena potestate esse et ipsum priorem nomine tantummodo prioris fungi, tantisper sibi esse ab eo loco movendo supersedendum statuit, quousque dicti monasterii ab ea tyrannide vindicandi vias et rationes inquireret et pertentaret. Interrogatus, quot annos ipse haberet, se circiter quadraginta annos natum affirmavit. Rogatus, quod sui generalis nomen, et ubi habitet: generalem vocari P. Guilhelmum, manere autem in Carthusia Magna in Calabria [4]. Quaesitus, quam saepe idem generalis monasterium Paradisi visitet, dixit: generalem sui ordinis, non modernum tantum, sed nec ante illum quenquam, quod quidem ille sciat, in monasterio Paradisi unquam fuisse, visitatores etiam raro mittere; modernus tamen prior Paradisi affirmat se ab uno visitatorum priorem esse institutum. Interrogatus, num habeat a priore et conventu aliqua mandata, dixit: priorem non habuisse idoneum scribam, sed testi credidisse sigillum (quod coram R-mo D. ep-po, me notario et testibus infrascriptis exhibuit), ut pro libito mandata conscriberet, quae ille tamen non scripsit, sperans ea, quae referret, bona fide receptum iri. Interrogatus deinde, quot fratribus conventus Paradisi constaret, tres tantummodo fratres esse retulit: priorem, videlicet Andream Ritmanum Saxonem, presbyterum, se, item presbyterum, illuc non ita pridem advenisse, tertium vero Ionam laicum, qui libenter ad R-mum D. ep-pum ordinarium una cum teste venisset, ordines suscepturus, sed ab Georgio Wysoczki, monialium Zukoviensium praeposito [5] persuasus, domi se continuit. Is enim praepositus (ut dictus Ionas testi narravit) ita fratrem Ionam allocutus est, ne tam spatiosum iter frustra tereret: cum enim ep-pum nequaquam ordines sibi esse catholice collaturum, qui ipse sit haereticus. Ad extremum interrogatus, num abbas Olivensis dictum monasterium saepe frequentet,

4. [4] *Prior Maioris Cartusiae (in Delphinatu) atque gener., Bernardus Carassus (1566—1586).*

[5] *Vid. sup. App. N. 3.*

respondit: antea quidem in illud monasterium venire solitum fuisse, non exercitii alicuius spiritualis, sed rei familiaris causa, nunc vero non a monasterio solum, sed ab ipsis etiam Prussiae terris abest, in Gallias profectus dicitur ipso Octobris initio, nec certum est, quid causae sit tantae morae[6]. Sunt, qui illum e vivis decessisse coniecturis, ut videtur, probabilibus docere conentur. Unus famulorum ipsius, qui cum eo fuerat profectus, in septimana sancta reversus est et abbatem ipsum intra duas septimanas subsecuturum certo confirmavit, qui tamen nondum comparet; quinimo statim atque advenerat, frater abbatis Bartolomeus coepit exigere debita nulla dilatione concessa, mobilia etiam pleraque e praediis avexit. Et tantum deposuit. R-mus quoque D. ep-pus quaerendi finem fecit, in iis vero, quae sibi per testem nomine conventus Paradisi S. Mariae proposita essent, omni cura, studio, diligentia tam apud R-mum D. legatum Ap., quam ubivis expedierit, se enixurum, ut votis illorum satisfiat, pollicitus est: interea vero ad generosum D. capitaneum Mirochoviensem litteras daturum, ut pro sua pietate, monasterium istud et fratres tuendos suscipiat et cum in ceteris iniuriis, tum in summovendo tam impio scriba illos auctoritate sua iuvet, antequam quippiam aliud ex re ipsius monasterii fuerit constitutum.

Acta sunt haec in curia Ciechocinensi anno, pontificatu, indictione die et mense, quibus supra, praesentibus Venerabilibus et Nobilibus Sebastiano ab Opatow, capellano, Martino Kulkio *(s)*, Gedanensi diacono, Floriano Maliszewski et Adriano Jankowski, familiaribus R-mi D. ep-pi Wladislaviensis praedicti[7].

Signum notarii. Et quia ego Martinus Mirosz, clericus dioecesis Gnesnensis, S. auctoritate Ap. notarius publicus, praedicti libelli supplicatorii oblationi eiusque lectioni, iuramenti praestitioni, interrogationibus et responsionibus suprascriptis una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc praesens publicum instrumentum signo et nomine meis usitatis communitum, confeci manuque propria scripsi et subscripsi ac in formam hanc redegi, rogatus et requisitus. Idem Martinus notarius m. p.

4. [6] *Vid. sup. N. 194 adn. 2.*

[7] *Stanislaus Karnkowski hac de causa in* Ratione rerum in ep-patu Wladislaviensi gestarum *scripsit:* Carthusiense monasterium desolatum abbas Olivensis nullo iure occupavit. Qua de re cum R-mus iure agere vellet — cogitabat enim aut Societatem Iesu, aut aliquod insigne seminarium ibi statuere, cum octo praestantes villas pro dote habeat. Sed institutum R-mi practica abbatis in aula regia impediverat, quominus res ad finem suum deduci potuit. *Monum. histor. dioec. Wladislaviensis X p. 11.* *Vid. sup. N. 127.*

5. *Vilnae 4 Octobris 1579.*

Oratio Caligarii ad Regem, Polocia capta, Vilnam redeuntem.

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 79v sq. *cop., inscr.:* Prima oratio habita in occursu Ser-mi Regis, redeuntis cum victoria ex Polozko. *In margine:* Oratio V Octobris 1579[1].

Memini, Ser-me atque invictissime Rex, cum superioribus diebus S. R. M-tem hinc in bellum proficiscentem faustis ac felicibus ominibus prosequerer, ea me spe eaque in D. Deo fiducia fuisse, ut et M-ti V. et aliis praeterea multis certissimam de hoste victoriam repromitterem. Quae spes, quaeve animi mei fiducia cum neque me ipsum, neque quenquam alium fefellerit, cumque summa Dei benignitate et singulari vestra virtute insignis victoria parta sit, est quod dupliciter M-ti V. gratuler mihique gaudeam: primum, quod Deum ita placatum propitiumque sibi reddiderit, ut eundem adiutorem in proelio habere meruerit, deinde vero, quod M-tas V. istius divinae virtutis praeclarissimum specimen universo pene terrarum orbi praebuerit. Erant enim erecti omnium animi, erant omnium oculi in M-tem V. coniecti, illud unum observantes, quod summam tandem gravissimi et periculosissimi belli adversus potentissimum hostem suscepti moles atque exitus evaderet. Benedictus D-nus, quo protegente hostes vestri in manibus vestris fuerunt. Verum, quando intelligo S. R. M-ti V. eam esse vel pietatem, vel animi moderationem, ut victoriam hanc resque bene et feliciter gestas neque sibi, neque suis arroganter ascribat, sed omnia haec divina bonitate potius accepta referat, vehementius multo atque solidius et gaudeo, et gratulor. Hincque coniicio inchoati belli finem longe feliciorem futurum, nam haec grati animi in Deum significatio, haec in victoria mansuetudo et temperantia facile sibi Divinam ipsam gratiam conciliant eandemque in dies magis atque magis ad benigne nobis faciendum provocant. Talibus enim hostiis promeretur Deus.

Praeterea vero cum illud in sacris litteris vulgatum sit patriarchae Abrahae, victori e proelio atque e caede Regum revertenti, in valle Save[2] occurrisse Melchisedech, Dei altissimi sacerdotem, gratulatumque victoriam panem et vinum protulisse illique conceptis verbis benedixisse, et vicissim ab eodem patriarcha victore totius bellicae praedae decimas habuisse: ego item, qui etsi indignus et peccator sum, tamen eiusdem Dei et D. N. I. Christi sacerdos, illiusque personam hic refero, qui vices Christi in terris gerit, quique non ut Melchisedech post occursum et post benedictionem, sed ante occursum et ante benedictionem istius clarissimae victoriae a liberalissimo Rege decimas acceperim, nempe ecclesiam et collegium Polocense: ego, inquam, indignus sacerdos, imitatus dignissimum et vetustissimum omnium sacerdotem, M-ti V., e proelio cum victoria revertenti, in occursum descendo atque non illi, sed pro illa proque eius salute et incolumitate in sacrosancto altaris sacrificio panem et vinum quotidie

5. [1] *Revera 4 Octobris. Vid. sup. N. 161.* [2] *Gen. XIV, 17.*

offero atque ea, quae Apostolica est, auctoritate et potestate nobis divinitus tradita, S. Romani Pontificis nomine S. R. M-ti V. benedicens, benedico ea benedictione, quae potest esse amplissima et efficacissima, voloque et opto victoriam hanc ceterosque egregios animi sui conatus bene et feliciter evenire, precorque coelestem Regem, ut M-tem V., terrenum Regem, Imperium hoc et Regnum amplissimum, nobilissimos proceres, fortissimos milites de excelso S. suo templo benigne respiciat, servet, regat, protegat, sit in omnibus viis vestris custos, sit adiutor in proelio, sit consiliarius in pace. Amen.

6. *Vilnae 12 Augusti 1579—16 Iulii 1580.*

I. N. R. I. Descriptio conversorum ab haeresi et a schismate Ruthenico et a casibus aliquibus ep-pis reservatis, de gratiosa concessione speciali D. Ioannis Andreae Caligarii, legati a latere, Nuntii S-mi in Christo P. D. D. N. Gregorii XIII, sub anno 1579[1].

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 414 sq. *orig. fasc. 8 fol. const., inscr. u. s. In calce f. 414:* Coenobii Vilnensis Fr. Foelix de Poznania, Confess. Bernardin. *A tergo manu Calig.:* Cathalogus eorum, qui abiurarunt in manibus fratris Felicis, confessarii in Monasterio Bernardinorum Vilnae.

In Christi nomine.

12 d. Augusti, vel in d. S. Clarae. Dorothea de civitate et ep-patu Plocensi, uxor Ioannis tibycinis M-tis R. Polonorum Stephani Ser-mi electi de Ungariae Transilvania, a pravitate haeretica, in qua tribus annis fuit.

15 d. Aug., qui inciderat die Assumptionis B. V. Mariae. Generosa et Nobilis D-na Regina Chursowna coniugata, de ep-patu Samogitiensi, cum filia sua Regina existente annorum 12, haeresim revocavit, et statim coepit cum alacritate cum filia legere devotum librum, alias Przewodnyk, ex Italico versum in Polonicum.

16 d. Aug. Nobilis Stanislaus Będkowski de Cracoviensi ep-patu, haeresim renuntiavit.

Item eodem die. Nobilis Alexander Wroblowski de civitate et ep-patu Plocensi, revocavit haeresim, in qua fuit 16 annis.

Item eodem die. Nobilis et Generosa D-na Foelicitas Lukaszowyczowa, ex parentibus cognomine Charzewyczewa, valedixit haeresi, in qua delituit 5 annis.

20 d. Aug. Nob. D-na Catherina Slugaczska a Lublin ep-patus Cracoviensis, uxor praedicti Alexandri Wroblowsky, calcavit haeresim Saxonum et Zwinglianorum.

September.

7 d. Sept. Nob. Stanislaus Erbusszowycz, iuvenis de villa Stankowycze, educatus circa aulam D-nae Ostaphyiewa D-nae castellanae Troczska[2],

6. [1] *Vid. sup. N. 257.* [2] *Uxor Eustachii Wollowicz, castellani Trocensis.*

ubi imbuerat haeresim, in infirmitate adhaesit S. catholicae ecclesiae, et convalescens venit in claustrum nostrum Vilnae, ad Bernardinos, et renunciavit tam schismati Ruthenico, quam pravitati haereticae.

October.

4 d. Oct., qui inciderat die dominica. Quaedam virgo Hedvigis de ep-patu et civitate Vilnensi, duodennis *(s)* filia cuiusdam Iacobi vitreatoris de Vylno, quae serviens apud quandam Lutheranam, assueta eius pravitati, sed erepta inde a suis parentibus, conversa ad unitatem S. ecclesiae; ad tempus sanctimonialibus coniuncta et devotioni incumbens, cito post suscipit Venerabilissimum sacramentum Corporis Christi.

6 d. Oct. Nob. virgo Barbara 17 annorum, quae serviens apud uxorem iam praedictam D. Ostaphyi, cancellarii M. Duc. Lithuaniae: huius virginis iam allegatae pater Generosus D-nus Stanislaus Bidzynski de Polonia, miles strenuus S. R. M-tis, mater autem Nobilis D-na Sophia Lynczewska; haeresi renuntians.

8 d. Oct. Nobilis Paulus Alexandrowycz de ep-patu Samogitiensi, eius pater Alexander Casprowycz, mater vero Nob. Appolonia Marczynowna, ab haeresi resiluit.

19 d. Oct. Iacobus Mykulsky de ep-patu Poznaniensi prope Warszoviam, cuius pater Generosus Mathias Mykulski, mater vero Nob. Dorothea, quorum iam alligatus filius anteactis temporibus ob haeresim nunquam confessionem sacramentalem, ieiunia ecclesiastica faciens, nunquam Corpus Christi suscipiens, resipiscens confessionem, ieiunia, festa celebrare promittens, Corpus Christi sumpsit.

November.

1 d. Novembr. Nob. Appolonia Lithwana, uxor Generosi Laurentii Kruszlowski a civitate Przeworsko ep-patus Luceoriensis, filia parentum nobilium Clementis et Petronillae a Lomza civitate Mazoviensi, revocavit errores Saxonicos, in quibus vixit a pueritia in civitate Caffnensi [3] Lithuanica.

3 d. Novem. 2 iuvenes nobiles a casuali homicidio absoluti.

Item 2 mulieres abortum facientes, una earum ante tempus et altera tempore congruo, sed mortuum parturiens, absolutae.

December.

4 d. Dec. Quaedam virgo Sophia, filia Nob. Thomae Burakom et honestae D. Marina, valedixit cum protestatione erroribus et schismati Ruthenico; de ep-patu Vilnensi.

10 d. Dec. Virgo Hedvigis de ep-patu Vilnensi, filia Nobilium parentum, Martini Burak et Marinae, abrenuntiavit haeresim.

6. [3] *Kowno.*

Anno D. 1580.

6 d. Ian. Daniel Kreszyinski uxoratus, de ep-patu Vilnensi, eius mater Anna. Hic existens Ruthenus ex parentibus, calcans errores schismatis et sectam Zwinglianorum, adhaesit unitati ecclesiae catholicae, confessione facta omnia credenda credit.

12 d. Ian. Gregorius Sapczynski de Brzesczye Lithwanico de ep-patu Ianowski *(Luceor.)*, cuius mater Anna Byczkowa, descivit ab haeresi totali.

20 d. Ian. Socius praedicti Gregorii, quidam Valentinus Oszkowski de ep-patu Plocensi, eius pater Nicolaus, mater vero Dorothea, abiuravit haeresim

30 d. Ian. Quaedam mulier Dorothea de oppido Trabne [4] de ep-patu Vilnensi, reconciliata S. matri ecclesiae, et suscepit matrimonium; cuius pater Nicolaus et mater Marina, uterque de Traby.

Februarius.

3 d. Febr. Anna quaedam, ancilla de villa prope oppidum Smorgon [5] ep-patus Vilnensis; cuius pater Wassko, mater vero Marina Ruthenis(!), descivit totaliter a schismate.

20 d. Febr. Quidam Mathias a Kowno de ep-patu Vilnensi, cuius pater Iuris Davydowicz, mater Catherina de villa Warłowa(?), abiuravit haeresim.

25 d. Febr. Alexander Mothyleczky, 1 miliare ab oppido Gostyn [6], cuius pater Nobilis Lucas Motileczki, mater Dorothea Rozrazewska, haeresim abiurans calcavit.

29 d. Febr. Quaedam Sophia, ancilla de Lomza, oppido Mazoviensi, ep-patus Luceoriensis; huius pater Paulus Radoszewicz, mater Elizabeth. Haec Sophia manens in Augusta Vindelica, participabat cum haereticis, sed resignavit erroribus haereticis confessaque.

Martius.

3 d. Martii. Paulus Szymonowicz de villa Wyarbuthow(?) prope Osszmyana ep-patus Vilnensis; huius pater Simon Andrzeyowicz, mater autem Agnes Fabianowna. Hic abhorrens pravitatem haereticam, ob quam nunquam fuit confessus, extunc suscepit poenitentiam.

4 d. Martii. Barbara mulier, de ep-patu et de civitate Vilnensi; huius pater Stanislaus, faber lignarius, mater vero Dorothea; proiecit a se haeresim, cum protestatione consueta in S. ecclesia.

5 d. Martii. Agnes mulier, de oppido Bistrzicza [7] ep-patus Vilnensis, cuius pater Paulus, ob abortum absoluta ad auctoritatem.

6 d. Martii. Iacobus quondam [de] oppido Zoran [8] ep-patus Samogi-

6. [4] *Traby, in distr. Oszmianensi* [5] *Smorgonie, in distr. Vilnensi.*
[6] *Gostyń, in Maiori Polonia* [7] *Bystrzyca, in distr. Vilnensi.*
[8] *Żorany, in distr. Telszensi.*

thiensis; huius pater Stanislaus Iurkowycz, mater Catherina; ab homicidio casuali.

7 d. Martii. Quidam iuvenis de Messzne oppido Lcheysko(?); cuius pater Paulus, mater Anna; ex Ruthenismo conversus ad gremium S. matris ecclesiae.

8 d. Martii. Nob. D. Stanislaus de Mazovia; eius pater Elias, mater vero Anna; hic ab haeresi et ab homicidio absolutus.

9 d. Martii. Quaedam mulier Hedvigis de ep-patu et civitate Vilnensi; cuius pater Ioannes doliator; de abortu absoluta.

10 d. Martii. Appollonia virgo, de Russiae villa cognomento Pyeczulowycze(?), ex Ruthenismi schismate conversa ad fidem christianam.

12 d. Martii. Quaedam mulier Dorothea de oppido Kurzenyecz[9] ep-patus Vilnensis; cuius pater Maximus, mater autem Chwyedora: schismati Ruthenorum renuntiavit.

14 d. Martii. Quaedam mulier Anna Vilnensis, ad auctoritatem ep-pi.

16 d. Martii. Quaedam mulier Felicitas de villa Wyrssupy[10] ep-patus Vilnensis; eius pater Nicolaus, braxator cervisiae, mater autem Dorothea: de abortu.

17 d. Martii. Quaedam virgo Appollonia de Russiae villa Pyeczulowycze(?) ep-patus Vilnensis; huius pater Stephanus, mater vero Dorothea; erroribus Ruthenorum renuntians, tota reconciliatur S. N. eccl. catholicae.

18 d. Martii. Ioannes, sal vendens, de ep-patu et civitate Vilnensi; eius pater braxator, mater Appolonia; ad auctoritatem ep-pi.

19 d. Martii. Quaedam virgo Nob. Margaretha ex oppido Szawlan[11] ep-patus Vilnensis; eius pater Mathias Iuszkowycz, mater vero Hedvigis: haeresim mente devota abiuravit.

20 d. Martii. Mulier Zuzanna de Grodno ep-patus Vilnensis; eius pater Stephanus, notarius Grodnensis oppidi, mater autem N.: ad auctoritatem ep-pi.

Quidam homo, ad auctoritatem ep-pi Vilnensis.

21 d. Martii. Petrus, mensator vel trapesita, de Livoniae civitate Derpt, quam nunc Dux Moscorum possidet, per Margaretam uxorem suam Polonam conversus, qui quamvis in Saxonum secta existens, diu ibi matrimonium contraxit, sed precibus uxoris, monitu confessoris Felicis de Poznania Bernardinorum regulae, ab erroribus resiluit Saxonum; uterque eorum confessi, poenitentiam suscipientes, confirmationem matrimonii acceperunt Vilnae.

Item. Eadem die mensis Agnes mulier de oppido Komay[12] ep-patus Vilnensis; huius pater Nob. Albertus Schande, mater autem Catherina; propter abortum.

---

6. [9] *Kurzenice, in distr. Vilnensi.* [10] *Wirszupie, in distr. Swiecianensi.* [11] *Szawle, in distr. Vilnensi.* [12] *Komaje, in distr. Swiecianensi.*

22 d. Martii. Quaedam vidua Marina de — — ep-patus — — huius pater — — — mater autem — — ex schismate Ruthenico descivit, adhaerens S. eccl. Romanae.

23 d. Martii. Quidam homo Stanislaus, ad auctoritatem ep-pi.

24 d. Martii. Paulus Swarthowski, ad auctoritatem ep-pi.

25 d. Martii. Nob. Nicolaus Wrobel, ad auctoritatem ep-pi.

26 d. Martii. Ioannes Kuczan ab oppido Geranoyny [13] ep-patus Vilnensis, ab homicidio.

27 d. Martii. Augustinus, ep-patus et civitatis Vilnensis; cuius pater Simon Bogdanowycz, mater autem Barbara; haeresim abiuravit.

28 d. Martii. Anastasia mulier ab oppido Oszmyana ep-patus Vilnensis; huius pater Petrus, mater Appolonia; de abortu.

30 d. Martii. Margaretha mulier de ep-patu et civitate Vilnensi; cuius pater Simon, mater vero Lucia; de abortu.

Item. Eadem die. Quidam Christophorus, ad auctoritatem ep-pi.

Aprilis.

4 d. Apr. Quaedam matrona Felicitas de ep-patu et civitate Vilnensi; cuius pater N. Sobol, mater autem Anna; haeresim spernens abiuravit.

Item. Quattuor homines, ad auctoritatem ep-pi absoluti.

6 d. Aprilis. Ioseph quidam coniugatus de oppido Brzezye ep-patus Poznaniensis; huius pater Mathias, mater autem Anna; ab haeresi, schismate et aliis casibus.

13 d. Apr. Urbanus de Bohemia, civitate Turnow, ep-patus Pragensis; cuius pater N., mater vero Agatha; haeresim Hussicam, qua ipse punctum esse nescivit, libenter reclamavit.

16 d. Apr. Iacobus de oppido Lomza Mazoviensi ep-patus Plocensis; cuius pater Stanislaus, mater vero Hedvigis; ab homicidio.

18 Apr. Ioannes Pyianowski a Czerwyensko ep-patus Plocensis; huius pater Albertus, mater autem Margareta; ab haeresi.

28 d. Apr. Ad auctoritatem R-mi D. ep-pi Vilnensis, 5 homines.

Maius.

3 d. Maii. Iacobus Iassynski ep-patus Plocensis; huius pater Andreas, mater autem Barbara; ad auctoritatem ep-pi.

6 d. Maii. 5 homines, ad auctoritatem ep-pi.

8 d. Maii. Anna Czeglikowna de Grodno ep-patus Vilnensis; huius pater Nicolaus, mater autem Barbara; de abortu.

10 Maii. Barbara mulier de villa Dubrowlany [14] ep-patus Vilnensis; huius pater Nicolaus Sopuczya, mater autem Sophia; de abortu.

Item. Eadem die. 4 homines, ad auctoritatem R-mi D. ep-pi.

11 d. Maii. Generosus et Nob. iuvenis, miles S. R. Polonici *(s)* Stephani

6. [13] *Gieranony, in distr. Oszmianensi.* [14] *Dubrowlany, in distr. Swiecianensi.*

electi, D. Paulus Podoski, honestus et devotus ab haeresi abstraxit se, libros haereticorum proiciens.

13 d. Maii. 2 mulieres de ep-patu Vilnensi; de abortu.

14 d. Maii. Nob. Bartholomaeus de ep-patu Vilnensi; huius pater Felix, mater Anna Lobuczyanka; ab haeretica pravitate.

15 d. Maii. Nob. Stanislaus Iurowycz de ep-patu Vilnensi; huius pater Gregorius, mater Marina; ab haeresi.

16 d. Maii. Nob. Abraham Golynsky de ep-patu Poznaniensi; cuius pater Stanislaus, mater vero Margaretha; a pravitate haeretica.

17 d. Maii. Iacobus, equiso S. R. Pol. Stephani Ungari electi, de villa Woynycz prope Tarnów ep-patus Cracoviensis; cuius pater Nicolaus, mater Anna; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

18 d. Maii. Valentinus, de Woynylow[15] oppido civis, ad auctoritatem R. D. ep-pi.

19 d. Maii. Nob. Stephanus Orłowsky, iuvenis de ep-patu Poznaniensi; huius pater Gregorius; ab homicidio casuali.

20 d. Maii. Quaedam nobilis Anna ep-patus Vilnensis; de abortu.

21 d. Maii. Quaedam Cristina mulier; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

24 d. Maii. Martinus iuvenis de civitate et ep-patu Vilnensi, huius pater Stanislaus, mater autem N.; ab haeresi.

26 Maii. Nob. domina Eva de ep-patu Poznaniensi; huius pater Ioannes, mater autem Agnes; pravitati haereticae gratanter renuntiavit.

27. Mulier quaedam civitatis et ep-patus Vilnensis; a casuali homicidio.

29. Quaedam mulier Drusiana de ep-patu Vilnensi; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

30. Quidam N. iuvenis de ep-patu Poznaniensi; ab homicidio.

Item. Tres homines; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

Item. Quaedam mulier de ep-patu Poznaniensi; ab homicidio.

Iunius.

1 d. Iunii. Quidam Franciscus de Kasszeva[16] civitate Caes. M-tis; huius pater Schandor, mater autem Catherina; ab haeresi. Qui erat Ungarus.

3 d. Iunii. De Olgowysko oppido quaedam Sophia mulier; de abortu.

4 d. Iunii. Quidam Iacobus de ep-patu Przemisliensi; ab homicidio casuali.

5 d. Iunii. Quidam vir de ep-patu Poznaniensi; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

7 d. Iunii. Quaedam mulier, numquam sumens sacramentum Corp. Christi antehac, tandem sumpsit, et de abortu absoluta.

8 d. Iunii. Quidam Adam de ep-patu et civitate Cracoviensi, qui exi-

6. [15] *Wojniłowo, in distr. Swiecianensi.* [16] *Cassovia, in Hungaria.*

stens in erroribus haereticis 5 annis, alacriter suscepit poenitentiam post illius abrenuntiationem

9 d. Iunii. 2 magnates habentes et legentes libros haereticos, restituerunt eos et abiuraverunt.

10 Iunii. Quaedam mulier de castro Moscorum Starodub; de abortu.

16 d. Iunii. Quidam homo de ep-patu Luceoriensi; ad concessionem et ad auctoritatem R. D. ep-pi Vilnensis.

17 d. Iunii. Quidam homo de ep-patu Cracoviensi; ad auctoritatem R. D. ep-pi Vilnensis

19 d. Iunii. Quidam Stanislaus Nobilis de Polonia; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

20 d. Iunii. Quidam vir de Polonia; ad auctoritatem R. D. ep-pi.

25 d. Iunii. 2 homines Polonos; ad auctoritatem D. ep-pi Vilnensis —

Iulius.

Item. D. 3 Iulii. Quidam iuvenis, naturali propagatione Ruthenus, de oppido Smorgon ep-patus Vilnensis, nomine Chwyedor, ex patre Machario et matre Margaretha, quamvis nimis rudis in moribus et incultus, tamen renuntiavit schismati Ruthenico.

D. 10 Iulii. Quidam nobilis iuvenis absolutus est ad auctoritatem ep-palem; qui iuvenis pertinet ad dioecesim Poznaniensem.

Item. D. 16. Sophia quaedam coniugata de ep-patu et de civitate Vilnensi, de abortu pueri; cuius simplicem causam praestiti, licet nolens, ad auctoritatem.

7. *Covnae 4 Martii—Aprilis 1580.*

Nomina et cognomina eorum, qui ab erroribus diversis sunt conversi ad fidem S. catholicam et per P. Ludovicum Podebranscium a Krzemieniec, guardianum Cownensem, sunt absoluti.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 565 *orig., inscr:* Ill-mo — D. I. A. Caligario. *Caligarii manu:* 1579—1580 — 13 Decembris. Abiurationes haereticorum receptae a fratribus Bernardinis Vilnae *(vid. inf. App. N. 8)* et Covnae in Lituania.

1) 4 Martii. Honesta Sophia Dziurdziowna ex oppido Jurborg[1], uxor Mathiae civis Covnensis, haeresim Lutheranam revocavit.

2) Famulus Mathias horologista, civis Covnensis, haeresim Lutheranam revocavit.

3) Eadem die. Honesta virgo Sophia ex Samogitia, filia Valentini hominis laboriosi, haeresim Zwinglianam revocavit.

4) 12 Martii. Adolescens quidam Iacobus de Vilna, aurifex, haeresim Lutheranam revocavit.

7. [1] *Jurborg, in distr. Rossienensi.*

5) 13 Martii. Nobilis adolescens Gregorius Ławdziński, dioecesis Vilnensis, haeresim Zwinglianam dimisit.

6) 21 Martii. Nicolaus sutor Gzydelowicz, civis Covnensis, haeresim Lutheranam revocavit.

7) 23 Martii. Ioannes Bydlinski, figulus de oppido Wiszony (?) dioecesis Vilnensis, haeresim Zwinglianam revocavit.

8) Sabbato ante Palmarum[2]. Honesta virgo Dorothea de Jurborg haeresim Lutheranam revocavit.

9) Die sacro Paschae[3]. Adolescens quidam Laurentius de Covna, artis textoriae, ab haeresi Lutherana absolutus.

10) Stanislaus Dziurdzic de Jurborg, haeresim Lutheranam dimittens, catholicus effectus est.

Idem, qui supra, manu propria —

8. *Vilnae 13 Decembris 1579—24 Iunii 1580.*

Conversiones a Fr. Cypriano Premisliensi, Bernardino Vilnensi, effectae.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 563 sq. *orig.*

In nomine Domini. Amen.

Haec sunt nomina et cognomina eorum, qui a diversis sectis et haeresibus conversi ad veram S. fidem catholicam per fratrem Cyprianum Premislianum, ordinis S. Francisci de observantia professum atque presbyterum concionatoremque Wilnensem, absoluti ex concessione liberalissima R-mi in Christo P. et D. D. Iohannis Andreae Caligarii, Ap. Sedis de latere nuntii etc.

In primis anno D. 1579.

1) 13 Decembris. Sophia, antea vocata Agaphia de Połocko, famula domini Gasparis Kłodzienski, scisma Ruthenicum revocavit.

2) Eadem die. Iohannes, cocus supradicti domini Ruthenusque, agnoscens fallaciam doctrinae Ruthenicae, catholicae fidei adhaesit.

3) 14 Decembris. Thomas, antea vocatus nomine Ruthenico Panas, de Witewsko[1] dioecesis Wilnensis, homo laboriosus, ex scismate Moschorum conversus.

4) Eadem die. Simon, antea vocatus Siemien *(s)*, ex patre Marco de oppido Kamionka[2] diocesis Wilnensis, famulus domini Gasparis Kłodzienski, scisma Graecorum revocavit.

5) Eadem die. Puella quaedam de oppido Grodek dioecesis Wilnensis, subdita domini Chodkiewicz, haeresim Luteranam revocavit.

7. [2] *D. 26 Martii.* [3] *D. 3 Aprilis.*

8. [1] *Witebsk.* [2] *Kamionka, in distr. Vilnensi.*

Anno Domini 1580.

6) 6 Martii. Ancilla quaedam domini Iacobi Iarmoła pellificis, civis Wilnensis, nomine Dorotea, ex patre Lewon, Rutheno, de pago dicto Markowa[3] diocesis Wilnensis, pertinaciam Ruthenicam omisit.

7) 9 Martii. Nobilis miles Stephanus Boski de Bożе diocesis Poznaniensis, secundo in haeresim Luteranam relapsus, in qua per decennium perseverans, iterum revocavit.

8) 13 Martii. Ioannes Alberti de villa dicta Moczuki[4] diocesis Wilnensis, sartellus, haeresim Zwinglianam revocavit.

9) 18 Martii. Ioannes de Wilna, famulus Iohannis sartoris, civis Wilnensis, abiurans scisma Graecorum, unitati fidelium adhaesit.

10) 20 Martii. Iohannes de Lachawice[5] diocesis Luceoriensis, ex parentibus catholicis natus et in fide catholica educatus postea (ob defectum sacerdotum catholicorum in partibus illis) lapsus in scisma Ruthenicum, in quo quinque annis perseverans, iterum catholicae fidei adiunctus est.

11) 29 Martii. Puella quaedam 13 annorum nomine Dorothea, famula D-ni Iohannis Giegonos civis Wilnensis, schisma Ruthenorum relinquens, compos rationis, verae fidei adhaesit.

12) 30 Martii. Hedvigis de Wilna, uxor Alberti lanificis Wilnensis. Antea, tempore iubilaei ab haeresi Luterana (cum adiuncta poenitentia) absoluta, quam non implens, sed insuper per aliquot annos confessionem sacramentalem dimittens iterumque in sua pertinacia perseverans, iterum humiliata, absolutionem promeruit.

13) Nobilis Regina, coniux D-ni Martini Ianowic, orta de genere Ruthenorum, in haeresim Luteranam lapsa, d. sacro Paschae[6] unitati fidelium adhaesit.

14) 24 Iunii. Moscus quidam, qui in bello Polocensi fuit captus, dictus Saulus, famulus D-ni Gasparis capitanei Olkienicensis, relinquens schisma Moschorum, catholicus effectus est, sortitusque est nomen Sebastiani.

Idem, qui supra, manu propria.

9. *Edmundus a Cruce S. Trid. Concilii Congregationi. M. Octobre 1580.*

De exemptionibus ordinis Cisterciensium, quae ab ep-pis restringuntur, servandis; modus quidam commissariorum deligendorum proponitur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 352 sq. *orig. (sine sig.), inscr.:* Ill-mis et R-mis D-nis suis observ-mis, D-nis Cardinalibus, S. Tridentini concilii congregationi praesidentibus. *A tergo manu Caligarii:* Commissarius Cisterciensis congregationi Concilii.

Cisterciensis commissarius cum omni humilitate exponit, quod, cum secundariam visitationem eorundem monasteriorum instituisset, a R-mo

8. [3] *Marków, in distr. Vilnensi.* [4] *Moczuny (?), in distr. Vilnensi.* [5] *Lachowicze (?), in distr. Slucensi.* [6] *D. 3 Aprilis.*

D. ep-po Posnaniensi fuit impeditus, ne eam in suae diocoesis monasteriis faceret, prout R-mo D. nuntio Ap. constitit et fusius ex informatione super eo impedimento facta apparebit [1].

Alii quoque ep-pi, ipsius exemplo excitati, idem facere moliuntur, ex eo potissimum, quod praetendere velle videantur, exemptiones ordinis ipsius, uti scribunt, esse contra sacra iura legesque patrias [2].

Quod quam verum sit, iudicabunt Ill-mi et R-mi D-ni Cardinales, qui sciunt a prima ipsius ordinis institutione easdem exemptiones ipsi ordini fuisse concessas a S. Pontificibus, qui certis iustisque de causis, ipsius ordinis monasteria ab ep-pis exempta esse et immediate S. Sedi Ap. subiecta voluerunt, quod continuo plurimis S. Pontificum privilegiis sacrorumque conciliorum canonibus et decretis, maxime vero Tridentini Sess. 25, cap. 20, et novissime S. D. N. bulla speciali confirmatum est [3], proindeque sacris iuribus minime contrarium, neque etiam patriae legibus, nisi forte synodalibus, sed particulares synodi generalibus derogare non possunt. Quamvis in veteribus huius provinciae statutis nihil contra exemptiones ipsas statutum est. sed approbantur potius. Nam in Petricoviensi synodo 1551 celebrata decretum est, quod communicato consilio et assensu illius ordinis commissariorum vel superiorum, privilegia in eorum dispositione conserventur. Et in posteriore synodo Lanciciensi: ut abbates reformationem faciant, alioqui deferantur Papae: quod etiam exemptarum monialium praelati admoneantur per locorum ordinarios, quod facere si neglexerint, ipsi deferant eos Summo Pontifici [4]. His et multis similibus huius provinciae statutis exemptorum ius satis asseritur.

In actis vero novissimae Synodi, cap. XVI°: De electione praelatorum regularium, clausula talis est: »Dent operam D-ni locorum ordinarii. eorum regularium superiores« [5], ex qua clausula apparet disiunctivam »vel« ablatam de industria fuisse. Docent enim multa decreta S. Tridentini concilii scribendum esse, ut statuunt, videlicet: »Ep-pi locorum ordinarii, vel

---

9. [1] *Vid. inf. App. N. 10.* [2] *Vid. sup. N. 282 adn. 2.*

[3] Sessio XXV, de regularibus, cap. 20: Superiores ordinum, episcopis non subiecti, inferiora monasteria visitent *etc. Vid. Schulte-Richter. Canones et decreta concilii Tridentini p. 436. Bulla Gregorii XIII d. d. Romae 12 Iunii 1574:* Confirmatio et extensio gratiarum, privilegiorum et indultorum ord. Cisterciensis monacorum S. Benedicti novaeque ordinationes pro feliciori eius regimine. *Carolus Cocquelines. Bullarum amplissima collectio T. IV p. 273 sq.*

[4] *Constitutiones synodi Piotrcoviensis a. 1551: art. de manutenendis privilegiis monasteriorum. Ed. Wisłocki, Epist. Andreae Zebrzydowski (Acta histor. I Cracoviae 1878, p. 517). Synodus Lanciciensis a. 1527, art 19. Ed B. Ulanowski. Materyały do hist. ustawod. synod. p. 369. Cf. Karnkowski, Constitutiones synodorum f. 89 et 137).*

[5] *Vid. Karnkowski, o. c. f. 171.*

eorum regularium superiores«, referendo episcopos ad non exemptos, et regularium superiores ad exemptos.

Unde nonnulli existimant inter ea, quae in eisdem statutis S. D. N. iussu mutari debuerant, illam quoque fuisse clausulam [6], ne, ut disposita est, concilio repugnaret; sed cum nullum sit expressum statutum cuiusvis synodi, aut Regni, quod subiiciat exemptos ep-pis, verbis ita compositis D-ni ep-pi sensim et indirecte eos sibi conantur subiicere.

Hoc autem nonnisi a paucis annis tentatum est, cum antea commissarii ordinis, nemine impediente, officio suo fungerentur, uti fecerunt aliquot moderni abbates, qui fuerunt commissarii, et nunc etiam, ubi et quando D-ni ep-pi existimant ordinis auctoritatem sibi necessariam fore ac utilem, eos adhibent.

Sic R-mus D. Posnaniensis his annis in electione sui consanguinei Bledzoviensis et abbatissae Oveniscensis adhibuit abbatem Premetensem, suum suffraganeum, ordinis commissarium [7]. Nullus etiam abbas est, nec ullus eligitur, cuius electioni non praefuerit ac praesit ordinis commissarius. Verum D-ni ep-pi circumscribunt, uti volunt, eius auctoritatem, et in electionibus faciendis ei adiungunt canonicos, unum et alterum, qui ius liberae electionis pervertunt, non consentiunt, nisi in commendatos sibi ab ep-pis et in tales saepe, qui ante promittunt, nec prius consequuntur abbatias, quam suis promotoribus ac fautoribus villarum ac quorundam monasterii bonorum usumfructum, variis praetextibus palliatum, concesserint.

Porro D-ni canonici ad unguem servari volunt vetus statutum Regni, quod videlicet soli nobiles abbatiis praeficiantur, licet iam diu abrogatum sit in synodo Petricoviensi 1542, quia viam Spiritui S. praecludit et omnes disciplinae regularis leges enervat [8]. Hinc enim relictis probis et benemeritis religiosis, non assumuntur nisi saeculares, observantiae monasticae non tantum ignari, sed adversarii potius, qui omnia pervertunt, ordinem contemnunt, et ea bonorum monasterii distributione sibi licentiose vivendi ac superiorum visitationem subterfugiendi patrocinia comparant. Cumque videant commissariorum ordinis potestatem ab ep-pis restringi ac pro suo libitu ita disponi, ut nihil sine eorum auctoritate atque arbitrio facere possint, ad ipsos ep-pos, commissariis contemptis, confugiunt, quo licentiosius vivant ac desideriis suis, a suis superioribus non coerciti, securius indulgeant.

Alii, qui professionis suae ac ordinis studiosi sunt, eiusmodi electio-

9. [6] *In adnotationibus tamen Cardinalium congregationis S. Concilii Tridentini ad decreta Synodi Petricoviensis a. 1577 celebratae (Wierzbowski, Uchansciana II p. 329) nihil hac in causa prostat.*

[7] *Andreas Kościelecki (vid. sup. N. 313 adn. 4); Margaretha Herstopska (vid. inf. App. N. 10); Suffraganeus: Iohannes Węgorzewski ord. Cisterc., ep-pus Enensis i. p. i.*

[8] *Artic. 17. Vid. Ulanowski, o. c. p. 394.*

nibus illegitimis aliisque D-norum ep-porum actis, exemptiones ipsas opprimentibus, semper reclamarunt, ac contra protestati sunt se esse subiectos immediate S. Sedi Ap. suoque superiori regulari generali, sine cuius iniuria non poterant se eius obedientiae subducere et alterius iurisdictioni, praesertim diversi status ac professionis, subiicere.

Ex his omnibus satis constat exemptionum huius ordinis ius iuribus ipsius patriae nullatenus adversari, sed potius ipsa in regularium statu infringi, dum ab eis status ipse pervertitur, a quibus servari debuit illaesus.

Hoc ita posito, si retineri debet ordo et hierarchia inter eos, qui unius eiusdemque sunt professionis, necesse est eos omnes uni eidemque superiori, tanquam membra proprio capiti, subesse, alias ordo divisus desolabitur. Quod si uni ordini pernicies ista semel inferri permittatur, metuendum est, ne aliis ordinibus idem fiat, cum totius ecclesiastici status perversione: tollendus enim abusus, non ordo confundendus, nec perdendus.

Confusionis vero ac perditionis istius nimis iam manifesti sunt effectus. Postquam enim D-ni ep-pi monasteria ipsa a suo capite dividere, visitare ac reformare voluerunt ad suam formam saecularem, regulares facti sunt saeculares, habitus, cantus, ritus, caerimoniae religiosae, observantiae monasticae aliaque similia, regularibus propria, in saecularia mutata sunt, et, quod est fundi calamitas, abbates bonorum sibi creditorum non dispensatores, sed dissipatores, monasteria probis religiosis destituta, pii fundatores fraudati, Divinus cultus neglectus: atque ita non apparet in suis professoribus religiosa monasticae disciplinae facies, nec illa varietas monasticorum ordinum, qua ecclesia, tanquam regina, a dextris sponsi sui Christi circumdari debet.

Ista confusio non apparet in monasteriis, quae D-ni ep-pi non visitant, qualia sunt alia ipsius Cisterciensis et aliorum ordinum monasteria. In iis autem, quae visitant D-ni ep-pi, non mirum est, si confunduntur omnia, quia tales pastores non sunt monachi, non etiam sunt facti forma gregis monastici, sed monasticarum rerum inexpertes: quales sunt magistri, tales habent discipulos, abbates et religiosos. Cumque ipsi dominantes in clerum numerosissimum famulitium, et saepe insolentissimum, habeant, monasteria patiuntur multa damna, scandala, exactiones a tantae auctoritatis visitatoribus, qui, quaecunque volunt, faciunt et imperant impunite.

Non ita superior regularis, sive commissarius religiosus, qui paucos et honestos famulos habere, non gravare monasteria, nihil ab eis exigere sed diligenter ac fideliter officio suo fungi debet, alioqui compelli, deponi, ac etiam severe puniri potest. In quo ne defectus incidat, servandum erit, quod cap. 22. Sess. 25 Tridentini concilii statutum est: regularium superiorum negligentiam suppleant capitula provincialia et generalia, et in defectu capitulorum generalium, concilia provincialia per deputationem aliquorum eiusdem ordinis provideant [9].

9. [9] *Vid. Schulte-Richter o. c. p. 437.*

In commissario vero deligendo, si quidem ita videbitur, deinceps sic providebitur. In fine cuiusque sexennii abbates cuiusque provinciae congregati commissarium, prout se gesserit in officio suo, R-mo D. generali significabunt, eum aut in officio suo continuari postulabunt, aut ab eo excusari, vel etiam accusabunt, ut pro suis demeritis puniatur. Eum vero, quem magis idoneum et capacem ex se ipsis agnoscent, deligent et nominabunt, ac ne R-mus D. generalis in ignotis decipiatur et fraus aliqua subsit, non prius concedet commissionem suam sic nominato commissario, quam de eius probitate et capacitate testimonium acceperit a R-mo D. nuntio Ap. et conservatore privilegiorum, qui in ea provincia vel Regno fuerint; quibus etiam, si quando petierint, suae villicationis reddet rationem, quod etiam faciet capitulo generali, cum ad id ipsum citatus fuerit.

Sic suscepta reformatio perseverare disciplinaque regularis retineri ac conservari poterit. Quae cum salva olim fuerit et incolumis, regularibus superioribus eam dirigentibus, aegra vero ac prope extincta, D-nis ep-pis eos impedientibus, qui non alia fortasse ratione ad id adducuntur, quam quod non satis eis appareat ex illo sacri concilii decreto 20 cap., Sess. 25 ordinis Cisterciensis exemptiones ac privilegia confirmari [10]: idcirco praefatus commissarius humillime supplicat, quatenus hoc ipsum Ill-mi et R-mi D-ni Cardinales, congregationis praesides, specialibus litteris declarare dignentur, aut tot disciplinae regularis vulneribus de alio quodam opportuniore remedio providere, ne plus satis iam afflictae peiora contingant prioribus. Spes autem bona est, Divina concedente gratia, omnia melius successura, si ad observantiam eorum omnium, quae pro retinenda illa conservandaque statuta sunt, hoc quoque singulari beneficio magis ac magis excitabuntur omnes, quotquot sunt ipsius ordinis Cisterciensis religiosi supplices oratores. Ill-marum ac R-marum D-num V. humillimus servitor ac supplex orator, Fr. Edmundus a Cruce A. Castellionis, Cisterciensis commissarius.

10. *Edmundus a Cruce, commissarius Ord. Cisterc.* *Mense Octobri 1580.*

Informatio super impedimento, mihi a R-mo D. ep-po Poznaniensi dato, ne secundo suae dioecesis monasteria visitarem.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 317 sq. *orig. instr. notar., inscr. u. s.*

In capitulo provinciali nostri ordinis Cisterciensis, in monasterio Vangrovicensi 19 Iunii praesentis anni 1580 celebrato, statutis iis, quae ad communem reformationem pertinent [1], ex abbatum consilio debui secun-

9. [10] *Vid. sup. adn. 3.*

10. [1] *Vid. sup. N. 282 adn. 2.*

dariam visitationem inchoare in monasteriis provinciae Prussiae, eam per Maiorem Poloniam continuare et in Minori terminare.

Visitatis igitur illis monasteriis Prutenicis, quae sunt in dioecesibus Wladislaviensi et Culmensi, veniebam in dioecesim Poznaniensem, in qua ne secundo visitarem, me impedivit R-mus D. Poznaniensis [2], prout ex sequentibus apparebit, quae omnia fideliter referam, et hic ipsius ac aliorum ad me, et vicissim meas ad eosdem litteras, simul et alia documenta ad hoc negotium pertinentia, de verbo ad verbum ascribam.

Id autem fecisse videtur idem R-mus D. tantum propter duo decreta capituli praefati, quorum alterum est contra electum abbatem Bledzoviensem, consanguineum suum [3], qui saecularis adhuc est, nec professionem vult emittere; alterum vero contra abbatissam Ovinicensem [4], indebite et per symoniam promotam.

In primis in commendationem ipsius electi ad me scripserat sequentes litteras R-mus D.:

R-de Domine, amice carissime. Satis intellexi ex animi sententia cessisse R-dae D-ni V-rae visitationem singulorum monasteriorum, quo nomine illi gratulor. Non dubito autem et in hac congregatione prospere eidem omnia cessura, quae ad ipsius officium complendum, absque perturbatione et motu ecclesiasticae nostrae reipublicae, spectare videntur, si, quemadmodum coepit, auctoritatem et iurisdictionem nostram ordinariam non minus curae et cordi sibi esse, quam suam propriam, declaraverit palamque omnibus fecerit. Qua de re liberius cum R-da D. V. aget R-dus D. cancellarius meus [5]. Habet etiam quaedam in commissis R-dus D. suffraganeus Poznaniensis [6] abs me et a Magnifico D. marsalco [7] ad R-dam D. V-ram, cui ut fidem adhibeat negotiaque ista, de quibus tractabit, ac personam ut sibi commendata habeat, pro mutua benevolentia peto. Bene feliciterque valeat. Datum Poznaniae 17 Iunii 1580. R-dae P. V. amicus Lucas Kosczielieczky, ep-pus Poznaniensis, manu propria.

Ad eas litteras sic ex nostra congregatione rescripsi: R-me Domine mihi observandissime. Magno me honore affecit R-ma D. V., quae ad me scribere dignata est. Satis quidem, per Dei gratiam, bene cessit haec prima monasteriorum ordinis nostri visitatio, modo si, quae in ea iacta sunt reformationis fundamenta, non commoveantur. Accessit ad illius confirmationem haec nostra congregatio, in qua sane cum aliud nobis non proposuerimus, quam ut haec nostra regularis disciplina ad meliorem statum revocetur, nihil egimus, unde ecclesiastica respublica turbari, aut aliqua in parte ordinaria iurisdictio R-dae D. V. laedi possit. R-dus D. eius cancellarius meam mentem ea in re novit, quam ei fusius explicabit, sicut etiam

10. [2] *Lucas Kościelecki.* [3] *Vid. sup. N. 313 adn. 4.*

[4] *Margaretha Herstopska.* [5] *Iacobus Brzeźnicki. Vid. sup. N. 4 adn. 5.*

[6] *Iohannes Węgorzewski, abbas Premethensis Cisterc. ord., ep-pus Enensis i. p. i.*

[7] *Andr. Opaliński.*

faciet R-dus D. eius suffraganeus de negotio, quod R-mae D. V. et Magnifici D. marsalci nomine mecum tractavit, cuius decisio, quia sacri Tridentini concilii decreto manifeste repugnat, tantum efficere non potui, quantum desiderabam. Fecimus tamen omnes, quo nostram omnium erga R-mam D. V. et Magnificum D. marsalcum observantiam testaremur. Quod commodius ei referam, quamprimum ex Prussia rediero, quo nunc me confero, ut inde per Minorem Poloniam rediens, iter in nostram Galliam habeam, Deo iuvante etc. Ex nostra congregatione Vangrovicensi, die festo Nativitatis divi Ioannis Baptistae [8] 1580.

Negotium illud erat electi Bledzoviensis, qui ad capitulum nostrum citatus fuerat atque processui convocationis se eidem capitulo adfuturum, ut ceteri abbates, subsignaverat, ab eo tamen postea se excusavit per litteras, quibus lectis, iterum per expressum nuntium, quia non procul erat, vocatus est, ut eo audito, patres eius conscientiae ac dignitati facilius consulerent. Ipso non veniente, sequens decretum factum est:

Quoniam ex institutis nostris et sacris conciliorum canonibus, in sacrosancta synodo Tridentina renovatis et confirmatis, nullus in abbatem nostri ordinis debet eligi, nisi regularis, qui antea ipsum ordinem sit professus [9], contra quae omnia R-dum D. Andream Koszielieczky in abbatem monasterii Bledzoviensis electum fuisse constat, cui malo ut provideatur, ipsumque monasterium legitimum pastorem canonice electum habeat, R-dus D. commissarius eundem R-dum D. Andream ad professionem emittendam auctoritate Ap. et ordinis, qua fungitur, quantocius compellet, atque ita de novo eundem D. Andream in eiusdem monasterii abbatem eligi curabit eademque auctoritate confirmabit, alias electionem, ut praefertur, factam, quae per se infirma est et invalida, irritam esse et nullam, monasteriumque ipsum Bledzoviense legitimo pastore carere declarabit etc.

In priore vero visitatione monasterii Ovinicensis, moniales omnes apud me conquestae fuerant seniorem abbatissam suam iniuste depositam fuisse a R-mo D. Poznaniensi, quam propterea a me modis omnibus restitui petebant et deponi praesentem, ei subrogatam in magnum monasterii damnum et per symoniam apertam, quam reticeo propter ep-palis dignitatis reverentiam: praeterea ipsam alere secum in monasterio parentes et consanguineos utriusque sexus, eos locupletare et moniales ipsas rebus necessariis deserere. Quae omnia ad patres capituli fusius sermone Polonico perscripserunt. His interim malis quodam modo provideram, donec in capitulo aliquod opportunius remedium adhiberi posset. Itaque decretum fuit sic:

---

10. [8] *D. 24 Iunii.*

[9] Sess. XXV cap. 21 Monasteria regularibus conferantur. Ordinum capita nemini in posterum commendentur *(vid. Schulte-Richter, o. c. p. 436).*

Constitit praesenti capitulo ex relatione R-di D. abbatis Przemetensis et litteris monialium monasterii Ovinicensis, ipsi capitulo per duos nobiles exhibitis, tum etiam ex fide dignis testibus, sororem Margaretam Herstopska promotam fuisse per symoniam in ipsius monasterii abbatissam, contra sacros ecclesiae canones, quibus promotionem sic factam, irritam esse et nullam decernitur. Propterea praesens capitulum diffinit et statuit, ut eadem sic asserta abbatissa, si rebus monasterii administrandis (uti in visitatione iussa fuit) fidelem curam non impenderit, bona monasterii dissipaverit, vel in amicorum usus converterit (uti accusatur), quia eo magis illegitime praefecta est, per R-dum D. commissarium auctoritate S. Pontificis et ordinis, qua fungitur, loco moveatur. Si vero rebus bene praeesse reperta fuerit, virgines in pietate et disciplina regulari educaverit. eisdem sua necessaria competenter ministraverit monasteriumque ipsum in bono ordine conservaverit, electio eadem auctoritate reiteretur et aliqua commoda et canonica ratione defectus assertae promotionis suppleantur etc.

His decretis, nescio quo referente, revelatis, R-mus D. Poznaniensis ad me postea sub alio praetextu scripsit in haec verba:

R-de Pater. Ex rumoribus, qui passim inter nobilitatem sparguntur, et ex non incertis quibusdam argumentis colligimus longe secus rem agi a R. P. V., quam et ipsa mecum contulit et per litteras ex congregatione significavit. Ubi etenim regularis disciplina revocari et melior status monasteriorum, quantum ad regulae praescriptum, institui debebat, ita sane fertur ordinata esse quaedam, quae ad convellendam auctoritatem nostram ordinariam, licentiamque sub speciosis quibusdam praetextibus concedendam, nec non ambitionem aliquorum exemptionibus praetensis palliandam. propriae *(s)* pertinent. Quod quidem ego cum aliis meis collegis susque deque fero, neque enim patiar unquam aliquid contra iura sacra, leges patrias consuetudinesque receptas in mea dioecesi innovari. Quae mens fuerit S-mi D. N. in ea visitatione instituenda, novimus; regularis observantiae conservandae nos tum maxime, cum commissarii ordinis negligerent, studiosos semper extitisse statuta nostra provincialia satis testantur. Verum haec et alia, quae ad officium dignitatemque nostram spectant, magis suo loco et tempore constabunt, ubi in apricum prodierint congregationis istius ordinationes, quae tantopere celantur. Nobis ea semper fuit consuetudo ad publicas reformationes publicis correctionibus ac decretis uti, nec quenquam celare, quae ad omnes aedificandos pertinent. Quamobrem, ad evitanda multa inconvenientia, quae non sine derogatione nostra rumores post se trahunt, quibus nos passim apud nobilitatem traducimur, monendam duxi R-dam P. V., ne iterato ad monasteria dioecesis meae, in quibus iam visitationem absolvit, venire cogitet, priusquam sese in dioecesi Gneznensi Cracoviensique etc. expediverit. Aequum est etenim, ut ibi prius visitationis suae extremam apponat manum, ubi prior ac potior est ordinis dignitatis antiquitatisque monasteriorum ratio. Neque sane

vellem facilitatem, aut humanitatem meam aliis praeiudicium, aut exemplum inducere debere, praesertim iis, quos me iure optimo sequi, non praeire convenit. Intellexi praeterea abbatibus dioecesis meae in hac congregatione non parem cum aliis honorem habitum esse: exclusos, ubi libuit, ubi et quando libuit, admissos, in eisdem solis maxime iurisdictionem congregationis apparuisse, de cetero in alio nemine. Proinde noverit se certo non prius ad dioecesis meae monasteria admissum iri, quam cetera omnia obiverit scrupulosque quosdam ex animis hominum exemerit, cuius rei rationes, si opus fuerit, S-mo D. N. et S. R. M-ti explicabuntur; consulitur enim simul et personae P-tis V. atque eius, quam in se gerit, dignitati. De illo alio negotio, quidquid sane cum patribus suis in congregatione egerit, experietur nunquam effecturum se et hosce omnes, ut electio legitime, secundum ius patriae ac secundum statuta provincialia per S. Sedem approbata, facta consensuque Regiae M-tis roborata, irritetur, vel in dubium revocetur; alioquin et anteriores similiter factas prius irritari et omnia sursum deorsum agitari (qua cum ipsius laude et religiosorum securitate, iudicet) oporteret. Quod vero desideratur in Domino abbate, neque me principio defuisse officio meo, neque defuturum palam fiet brevi, cognoscentque omnes illum et conscientiae suae et eius, quam modo gerit, personae et vocationis primam ac praecipuam semper habuisse et habere rationem. Bene valeat R. P. vestra. Poznaniae die 12 Iulii 1580. R-dae D. V. amicus Lucas a Kosczieliecz ep-pus Poznaniensis, manu propria.

Ad quarum litterarum praecipua capita sic respondi:

R-me Domine mihi observandissime. Culmae mihi redditae sunt litterae R-mae D. V., quas rumoribus certe potius, quam rei veritate commota, ad me scripsit. Dicam enim, cum bona eius venia, quod nunquam certis argumentis colliget rem secus a me agi, quam cum ea contuli et per litteras ex congregatione significavi, si quidem nihil in ea statuimus, quod regularem disciplinam nostram non revocet et promoveat ac in multo meliorem statum, quam antea monasteria ipsa fuerint, restituat. Nihil quoque minus egimus, quam de convellenda vestra auctoritate ordinaria, quam, salvis sacrorum conciliorum canonibus Summorumque Pontificum decretis, nostri Cisterciensis ordinis exemptiones confirmantibus, cum omni humilitate et reverentia semper agnoscemus. Sed quia R-ma D. V. quaedam contrario modo, quam in ipsa congregatione ordinata sunt, interpretatur, velim scire me eum non esse, qui auctoritate mihi commissa aut ad licentiam concedendam, aut ad ambitionem fovendam abuti velim, sicuti putat. Fecerit quidem pro suo officio, si non patiatur in sua dioecesi quicquam fieri contra sacra iura legesque patrias; sed labor ille nunquam ei, aut cuivis alteri a me (cum Dei gratia) dabitur.

Aliter de me iudicavit S-mus D. N., qui, nisi scivisset me in hac visitatione laboraturum, ut menti suae responderem, illius faciendae faculta-

tes mihi a R-mo D. generali nostro datas, expresso mandato suo non confirmasset [10]; sed si ex rumoribus de aliorum actionibus iudicandum esset, nescio, quid a quoquam recte fieri posset. Utinam vero provincialia statuta tam bene executioni, quam scriptis demandata fuissent, minus modo laborandum mihi esset, et maxime in dioecesis R-mae D. V. monasteriis, quae, ut ingenue fatear, adeo desolata sunt, ut nulla nostri ordinis in hoc Regno magis. Qui autem fuerunt antea commissarii, aliam non adferunt suae negligentiae causam, quam quod impediti fuerunt a quibusdam Rev-mis D-nis ep-pis, qui, dum visitationem monasteriorum sibi reservari voluerunt, ea ipsa in miserandum statum, in quo reperiuntur, dilabi permiserunt. Nunc autem, si ad eorum restitutionem quaecunque possum et debeo, facio, nescio, cur R-ma D. V. tantopere hoc aegre ferat, ut etiam me quodam modo iniuriis lacessere videatur, scribatque praeterea congregationis istius ordinationes celari. Credat nihil in eis esse, quod lucem fugiat et bonorum iudicium reformidet. Eas ego non celo, sed, praeterquam quod publicatae fuerunt, ubi debuerunt, abbatibus et fratribus monasteriorum (quae modo reviso) trado, et illas ab eis observari, quam diligenter possum, procuro. Sed cum ad regulares pertineant, non opus est, ut saecularibus publicentur, nec expectari debent ab eis, qui eas observare nolunt. Eius etiam naturae monasticae sunt leges, bonae praesertim reformationis religiosorum, ut simul cum eis in claustris manere debeant, ut solitariis solitaria sint omnia, ut publica publicis, praelatis et clericis. Licet autem illae nostrae in publicum prodire non deberent, prodibunt tamen, ut obmutescere faciant imprudentium hominum ora testenturque me nihil aliud praetendere, quam Divini cultus augmentum et morum reformationem. Quod autem me monet, ne iterato in suae dioecesis monasteria veniam, priusquam me in dioecesi Gneznensi et Cracoviensi expedivero, id mihi nimis esset incommodum; cuius rei maiorem, si dignabitur, habebit R-ma D. V. rationem, quam rumorum, qui, quia vani sunt, nulla inconvenientia afferre, neque ulla in re dignitati suae derogare possunt. Cumque eorum dioecesum monasteria sint aliis antiquiora, ut ab eis visitare coepi, aequum quoque est et in nostra congregatione ordinatum, ut in eisdem finem visitandi faciam, in quo non video, quod praeiudicium habitura sit R-ma D. V. quodque aliud R-mis D-nis collegis suis praebitura, quam laudabile humanitatis suae ac aequitatis exemplum. Abbatibus vero suae dioecesis si quid in nostra congregatione exhibitum non est, quod sibi deberi existimant, ibidem conqueri debuerunt: in omnibus admissi sunt, nisi cum deliberandum fuit, qua ratione error ab eis commissus contra sacra concilia et nostri ordinis praecipuum fundamentum corrigi posset. In qua deliberatione, ut cuique liberum esset suam sententiam dicere, ab ea excludi eos oportuit. Si me in suis monasteriis admit-

10. [10] *Vid. sup. N. 199 adn. 1.*

tere recusaverint, mihi non deest legitima auctoritas qua possim ad id eos cogere, nam praeterquam, quod S-mus D. N. eam mihi a R-mo generali commissam confirmavit, inhibet etiam omnibus, sub poenis in bulla sua plenius expressis, ne me in mei officii executione impediant; et Sermus Rex ad id litteras suas patentes addidit. Propterea, si quis mihi impedimentum fecerit, pontificia regiaque auctoritas illud aufferre poterit, si iniuriam viderit ille, in quos ipsa redundabit. Quod ad me attinet, bene agendo neminem metuo, nihil certe libentius sum facturus, quam S-ti S. et R. M-ti rationem officii, mihi ab eis commissi, reddere, nec mihi quoque esset optatius, quam a tantis visitandi molestiis, pariter et odiis, liberari. Verum maledictis detractionibusque non cedam, cumque magno meo dispendio ex obedientia et recta intentione periculosam hanc pro Christo legationem susceperim, humillime supplico R-mae D. V., ne facilem praebeat delatoribus aurem, nec putet me fecisse quicquam eorum, quae initio litterarum suarum scripsit.

Quod ad R-di D. Bledzoviensis electionem attinet, qualis fuerit, non disputo, sed factam esse contra provincialia statuta satis apparet libro 1° Constitutionum Synodalium ex synodo Loviciensi, et libro 3° ex antiquis statutis et ex Lanciciensi synodo, et quod maius est, contra expressum decretum concilii Tridentini, Sess. 25 canone 21, quibus omnibus statuitur nullos saeculares debere eligi in abbates, nisi religiosos, in ordine professos. Contra quae omnia decreta si S-mus D. N. electionem illam probavit eique S. R. M-tas consensum praebuit, fortasse id fecerunt certa quadam ratione, quam cum non intelligeret congregatio, negligere non potuit, quod praecipua nostri ordinis statuta et privilegia tam evidenter infringeret in ea sola electione; hactenus enim nulla alia in hoc Regno sic facta fuisse invenitur. Constituit autem, ut et illorum firmitati, simul et R-do Domino sic electo recte consuleretur, servata sua dignitate et ceteris, quae optare posset, quod intelliget, si ea de re mecum communicare voluerit. Nihil autem hoc tempore pietate sua dignius faciet, nec quod ego cum ceteris R-dis D-nis abbatibus avidius exopto, quam si re ipsa brevi praestiterit, quod de eo R-ma D. V. sperat, cui perficiendo ne desit, eam reverenter rogo. Hoc eius extabit meritum erga totum nostrum ordinem, qui in hac causa ius suum sibi restitutum cognoscet. Ego vero, si id ab eo impetravero, me sibi perpetuo devinctum habebit ac quaecunque posterо officia et libentissime semper praestabo. Cuius manus humillime exosculans, Deum Optimum precor, ut eam diutissime felicissimeque servet incolumem. Coronoviae 16 augusti 1580.

Eodem tempore Magnificus D. marsalcus, in R-mi D-ni sententiam, ad me sequentes scripsit:

R-de D-ne. Relatum est ad me, tanquam vices Regiae M-tis his in partibus gerentem pro iudiciis ordinariis quae modo exercui, non ex rumore aliquo, sed ex certa quorundam, ad quos id pertinet, scientia R. D

V-ram, praetensis quibusdam facultatibus, nunquam hic ante auditis, nedum receptis, aut aliquando in usum admissis, in derogationem auctoritatis epporum necnon iurium communium Regni, hactenus inviolabiliter nobis per cuiusque dignitatis, aut eminentiae homines servatorum, nescio quibus consultoribus, circa abbatias et abbates multa moliri nonnullaque sub praetextu visitationis ac reformationis perniciosa ac turbulenta huic reipublicae statuere. Quae res cum passim per Regnum spargatur, concursus fuit apud me non sine magna frequentia hominum nobilitatis, id ipsum mihi denuntiantis postulantisque, ne homini extero regia et cuiusvis auctoritate abuti et tranquillitatem Regni perturbari, aut iura communia convelli permitterem, praesertim cum passim quaeritantibus nobilibus non constet talia constitui, aut decerni scientibus et consentientibus R-mis Regni ep-pis, senatoribus hoc nomine in republica constitutis, ut in omni administratione non minus libertatis publicae, legibus patriae circumscriptae, quam iurium et praerogativarum suarum essent custodes ac defensores, praesertim quod eandem ob causam, nonnisi spiritualibus (inter quos abbates inclusi sunt) et saecularibus in unum consentientibus, omnia et singula iura et privilegia Regni ordinata, constituta et iurata habeantur.

Ego igitur in alienis rebus, praesertim ecclesiasticis, curiosus esse nolo, relinquens hoc ad quos ea cura pertinet, sed cum videam tumultus et seditiones inde imminere, pro officio meo S. R. M-tem certiorem facere non neglexi, cui hoc, sat scio, molestiae non parum in his bellicis occupationibus pariturum. Interea P-tem V., pro mea in exteros benevolentia, moneo, ne de cetero in Maiori Polonia ad revisenda monasteria, quae iam semel visitavit, animum non (*s*) adiiciat, et caute in huiusmodi hominum motibus hic sibi versandum putet; alioquin, si quid illi adversum contigerit, sibi ipsi inposterum imputet, nec se non praemonitum esse frustra conqueratur: neque enim, ita rebus stantibus, si pertinacior esse voluerit, existimet aliquod ab officio meo praesidium sibi adferri posse. Praeterea nolo latere P. V. R-dam abbatem Wangrovecensem [11], praeter publica scandala (pro quibus an aliquid poenae in hac congregatione sustinuerit, nondum audimus), multa in me commisisse, quae etiam ab inferioris condicionis hominibus nequaquam sufferri, aut inulta relinqui possent. Proinde daturus sum operam, idque brevi, servatis consuetudinibus patriae, salva auctoritate mea, ut melius se abs me reformatum, quam abs D. V. visitatum sentiat. Bene valeat. Datum Poznaniae die 10 Iulii 1580. R. D-nis V. amicus Andreas Opalinsky, Summus Regni marsalcus, manu propria.

Ad eundem rescripsi: Magnifice Domine mihi observandissime. Mirum certe mihi non est, quod Mag-cae D. V. nonnulli retulerunt, uti litteris suis mihi significare dignatur, me nonnulla moliri et statuere huic reipublicae periculosa: ita enim solent calumniari, qui conantur eludere ac

10. [11] *Andreas Dzierżanowski.*

pervertere, quae pie sancteque ad comprimendam vitiorum licentiam et ad bonam seriamque reformationem stabiliendam decernuntur. Eius generis esse statuta nostra brevi palam et publice constabit, in quibus nihil. nisi quae ad disciplinae nostrae monasticae restitutionem valde necessaria sunt, continetur. Falluntur autem illi, qui suggilant facultates meas inauditas esse et nondum receptas, nam qui ante me fuerunt commissarii, easdem habuerunt, quas mihi modo a R-mo generali nostro commissas, S-mus D. N. expressis suis in forma brevis ad me litteris confirmavit, et Ser-mus Rex laudavit approbavitque. Si vero iis abusus fuero, ut illi detrahunt, Mag-ca D. V. iudicabit, cum statuta illa viderit. Sed eam obnixe rogo, ne vanorum hominum rumoribus potius, quam rei per se constantis veritati, nec auditis, priusquam visis, in his praesertim, quae ad tanti momenti negotium et ad boni nominis integritatem pertinent, fidem adhibeat. Quod autem videt ex re bene peracta, sed nondum ita omnibus cognita, tumultus imminere, sane, si qui fuerint (quod Deus avertat), in eorum authores recidant; dum ego, quanta possum cum moderatione et sine cuiusquam offensione, officio meo fungor, nulla per me eorum excitandorum dabitur occasio. Quod vero ea de re Mag-ca D. V. significavit S. R. M-ti, non dubium est, quin ei permolestum fuerit, hoc maxime belli tempore, sed fortasse statuta illa praevenerunt, ex quibus intelliget modum et rationem mei progressus, nec ullas inde posse concitari seditiones. Iam me sibi plurimum suis beneficiis devinxit Mag-ca D. V. cogitoque propterea continue, quo servitiorum genere possim tantam suam erga me benevolentiam agnoscere: nunc autem, cum ad me ea scribere voluit, quae, magnopere interest, ut sciam, meque praemonere, ut mihi caveam, me sibi multo devinctiorem reddidit. Optarem quidem suis prudentissimis consiliis hac in re acquiescere, verum rem bene coeptam deserere non debeo, nec possum propter calumnias et detractiones, maxime cum meus in eo honor periclitaretur et ab iis, quibus me parere oportet, fuerim admonitus de hac monasteriorum secunda visitatione facienda, ut quae in priori visitatione fieri commode non potuerunt, in hac posteriore fiant; quod me facturum S. R. M-ti recepi, nec prius discessurum, quin meae visitationis rationem ei reddiderim. Tam vero novi Mag-cae D. V. humanitatem, simul cum insigni pietate coniunctam, ut mihi in re tam pia et salutari operam recte navanti, auctoritatis suae praesidio si opus fuerit, ipsum non sit denegatura: litteris patentibus S. R. M-tas officiariis suis omnibus mandat, ut in officii mei executione opem, favorem et auxilium mihi praestent. Verum de benevolentia et aequitate Mag-cae D. V. tantum confido, ut aliud mihi non sit requirendum, quam eius tutela et protectio, sub qua nullum impedimentum, vel adversum quicquam pertimesco. Ceterum quod non audivit abbatem Vangrovecensem pro delictis praecedentibus poenam aliquam sustinuisse, non miretur Mag-ca D. V., nam regulares regulariter, sine scitu et arbitrio saecularium, puniuntur. Huc heri sero adveni, nec

dum mihi vacavit cum eo conferre. Si qua in re privatim offendit Magcam D. V., monebo eum diligenter, ut hanc illi offensionem adimat seque iis, quibus debet, officiis gratum praebeat. Ego vero humillime supplico Mag-cae D. V., ne ex incertis sermonibus sinistram de me ullam opinionem concipiat, sed potius sibi persuadeat aliud mihi nihil esse propositum, quam ut apud Deum et superiores meos aliquam officii a me bene peracti gratiam referam, meque interim eum esse continue, quem semel ei sum pollicitus, sibi videlicet totique suae familiae addictissimum ac obsequentissimum servitorem, qualem me probabit. quandocunque dignabitur. Quod superest, servitia mea humiliter ei offero Deumque Optimum precor, ut eam diutissime felicissimeque conservet incolumem. Vangroviae die festo sancti Patris nostri Bernardi, 20 Augusti 1580.

R-mus D-nus, meis illis rationibus et supplicationi acquiescere nolens, scripsit: R-de Pater. Non rumoribus, sed certis argumentis aliorumque collegarum meorum experimentis, a quibus litteras arrogantes et superbas abbatum ad me quoque, ut ad plerosque nostri ordinis, factiosorum ac flagitiosissimorum [12], quibus suprema potestas, si diis placet, pro congrega-

10. [12] *Vid. sup. N. 282 adn. 2. De toto hoc negotio Kościelecki d. d. Posnaniae 26 Augusti 1580 ep-pum Cracoviensem certiorem fecit eiusque consilium requisivit:* Rev-me in Christo Pater et Dne *etc.* Intellexisse procul dubio existimo R mam D. V. commissarium Cisterciensium Gallum, quamvis aliter nobis polliceretur, in congregatione abbatum Wągrovecii nihil aliud tractasse, quam modos inquisivisse, quomodo enervaret iurisdictionem nostram ordinariam, et tam synodalia statuta, quam iura Regni Cisterciensium sui abbatis praetenta auctoritate convelleret. Quod cum abbatibus, libertate ac licentia inescatis, suaviter delineasset, facile persuasit eos non modo a nostra eppali ordinaria, sed a quavis ecclesiae auctoritate, solo se tanquam commissario ordinis et Cisterciensium abbate excepto, exemptos ac immunes esse. Unde quae insolentiae a nonnullis abbatibus exortae fuerint qualemque animum conceperint, satis testatum re ipsa fecerunt. Accessit et hoc, quod idem commissarius mandata Ser-mi Regis, pro sola reformatione monachorum ad regularem antiquam disciplinam restituendam sibi concessa, typis excudi mandavit, in testimonium quoddam confirmandorum suorum conatuum. Itidem porro facere velle de constitutionibus Wągrovecii conscriptis ipse fatetur *(vid. sup. p. 792)*, cum nemine nostrum ea de re prius communicata. Taceo multa, quae vel ex aliis, vel suo tempore intelliget melius R-ma D. V. Cum igitur novitate rei ac temeritate hominis exteri nobilitas permoveretur, qui ad se quoque pertinere arbitrabantur, ne iura et privilegia antiqua circa abbatias, ab ipsorum maioribus fundatas et sub iurisdictione ep-porum hactenus conservatas, aliqua ex parte infringerentur, vel in dubium vocarentur, admonitus fuit amice D. commissarius meis ac Mag-ci D. generalis capitanei litteris, ne motibus ansam praeberet, neve se periculo committeret, sed potius hoc temporis a secundaria visitatione, quam instituit, supersederet et ad adventum felicem Ser-mi Regis in Poloniam perfectionem huius negotii differret. Respondit ille se id nullatenus facturum neque inanibus rumoribus, cum neminem timeret, revocari ab instituto passurum, quinimo etiam nobis invitis continuaturum, quod coepisset et abbates auctoritate sua, si ipsi contravenirent, aut nobis potius obedire vellent, compulsurum, nobis vero pontificia ac regia, nescio quae diplomata oppositurum. Has ego ineptias hominis, et potestate sibi commissa uti nescientis, et pericula amantis, cum viderem, inhibui abbatibus dioecesis meae, ne il-

tione a R. P. V-ra commissa est, transmissas vidi, didici multo melius ita se habere, quod prius ad nobilitatis, quam ad nostras aures, quarum hoc intererat, pervenerat. Sed quoniam R. P. V-ra suam potestatem tantopere efferre, nostram deprimere pro libitu suo conatur omniaque, quae abs me amice et pro officio ep-pali ac senatorio, necessario scripta sunt, non modo nescio, quo modo interpretatur, sed etiam nihili facienda existimat, ego permitto illam sequi iudicium suum; functus etenim sum officio meo. Neque delatoribus opus est, ubi res ipsae et litterae satis manifeste loquuntur. Nolui equidem, ut periculo suo disceret, quam veri sunt rumores, qui apud Mag-cum D. marsalcum et plerosque nostrum iactitantur; faciat modo quod illi lubet. Ego ad singula etiam si possem, nolo rescribere. Erit tempus, Deo volente, de his agendi, nam tam apud S-mum D. N., quam apud Ser-mum Regem, ita sane existimamus, dabitur nobis tam facilis aditus et tanta fides quoque adhibebitur, quantum sibi de utroque persuadere audent cuiuscunque sane professionis monachi. Ego profecto, quemadmodum prius scripsi, non potiorem R. P. V-rae, quam meae propriae auctoritatis habiturus sum rationem, nec illam ad visitanda monasteria dioecesis meae [13] experimentumque auctoritatis suae in me faciendum, quod etiam

lum ad monasteria admitterent, quod si aliquid contra illos attentaret, mihi ut significarent: adhibiturum me quoque etenim debita remedia, nec intermissurum quicquam, quod ad officium non modo ep-pale, sed etiam senatorium proprie pertineat. Illi etiam denuo scripsi facile permittere me, iudicium suum ut sequatur et iudicio suo de periculo discat, verine an falsi rumores sint, qui de adversis contra illum nobilitatis studiis circumferuntur: me eo praecavendo officio meo functum esse. Ceterum animadverto ex Prussia, ubi abbates sunt et factiosi et licentiosi, necnon a nonnuliis ex dioecesi Gnesnensi, R-mo D. archiep-po auctoritatem suam per senium et imbecillitatem negligente, ad nos serpere, concitantibus fortassis et animum commissario addentibus quibusdam abbatibus. Quamobrem, posteaquam hinc quomodocunque tandem exhibitis atque expeditis, ad R-mae D. V. dioecesim recta sese conferre cogitat, haec omnia liberius ac confidenter illi significanda duxi, a quo fraterne peto, ut constanter pro auctoritate nostra ordinaria, legibus et longo usu approbata, sese opponere, neque homini extero tantam audendi licentiam permittere velit, quo intelligat nos mutuis consiliis rem nostram agere coniunctisque animis auctoritatem nostram, quam convellere conatur, defendere velle. Non deerunt, si cuipiam alteri, certe R-mae D. V. consilia, quibus audacia ac temeritas huius monachi compescatur. Interea, dum inter nos communicamus, quomodo ineptiae ipsius tam apud S. D. N., quam apud Ser-mum Regem erunt per nos detegendae, ne diverso, quam conveniat, modo aut apud utrumque, aut apud alterum istorum traducamur, respondi ego illi inter alia, cum praesumptuosius de S. D. N. et Ser-mo Rege, quae et quanta sibi contra nos polliceatur, scriberet: ita nos sane existimare non minus nobis fortassis facilem aditum ad S. D. N. patere, nec minorem fidem apud utrumque habitum iri, quam cuiuscunque professionis, aut praeeminentiae monachis. Non dubito, quin R-ma D. V. haec omnia pro prudentia sua diligenter sit consideratura et quicquid pro auctoritate nostra communi tuenda magis expedire iudicaverit, non segniter curatura et ad me primo quoque tempore, quicquid ea in re statuerit, perscriptura. Quod ut faciat, rogo meque *etc.* (Bibl. Czartor. Ms. 3074 N. 17 *cop.*).

10. [13] *Monasteria: Bledzoriense, Orenicense, Paradisense, Premetense, Obrense. Vid. inf. App. N. 11.*

nunc minitari videtur, licet e contra huiusmodi non desint debita remedia, salvis per omnia prioribus in litteris comprehensis rationibus, admittam, priusquam in dioecesi Gneznensi et Cracoviensi illam secundario expediverit. Neque etenim me latet, quod eidem ab aliis meis collegis eadem de re perscriptum sit. Cetera tempus melius declarabit et quid opus facto futurum sit, melius docebit Bene valeat. Poznaniae 22 Augusti 1580. R-dae P. V. amicus Lucas Kosczielieczky ep-pus Posnaniensis, manu propria.

Ex his licet viderem R-mum D-num in suo proposito perseverare, tamen cum eo loco et ordine suae dioecesis monasteria occurrerent visitanda, praeterire non debui, quin ad officii mei executionem me in eisdem exhiberem, idque multis de causis. Primum enim videbam praetensas impediendi me causas nullo veritatis fundamento niti: me non posse ad ea redire ex Minore Polonia, nisi maximo meo incommodo. Nec credebam abbates, contra S-mi D. N., Ser-mi Regis et generalis nostri mandata et statuta (quae ante ipsi approbaverant ac eis subsignarant), me ad visitationem admittere recusaturos. Praeterea, quia R-mus D. Poznaniensis ad me scripserat abbatibus suae dioecesis non parem cum aliis honorem habitum fuisse in nostra congregatione; denique, quia eis (qui tres sunt), quod electionem illam fecissent contra sacros canones, iniunctum fuerat in capitulo, ut electum ipsum de professione facienda monerent.

Ut ergo ex eis intelligerem, si apud ipsum R-mum de nostra congregatione conquesti fuissent et quid cum electo Bledzoviensi egissent, priusquam tentarem exequi praefatum decretum, abbates ipsos, antequam R-mum D-num, conveniendos esse existimavi, ut, si impedimentum istud tantum ab ipso R-mo proveniret, ex eorum consilio facerem, quod expediret. Ne tamen R-mus D. putaret me eo inconsulto aliquid velle facere contra praedictum electum, in suam dioecesim veniens, non sum profectus recta in Bledzoviense monasterium, quamvis propinquius et visitandum primo loco occurreret, sed in Paradizense, ut illuc vocato electo, cum eo de negotio suo amice conferrem.

Paradizensis abbas [14] hoc meum consilium mutandum esse respondit, propter prohibitionem sibi a R-mo D. Poznaniensi factam, ne me admitteret: prohibitionis vero litteras ad me mittendas famulo suo, Poznaniam eunti, dedisse.

Ipsae licet mihi non exhiberentur, ab officio meo nihilominus tamen abstinui, ne magis R-mus D. contra me conmmoveretur. Interim tamen, ne adventus meus esset inutilis, nec me ulterius impediret, R-mae D-ni Suae denuo supplicavi:

R-me D-ne mihi observandissime. Retulit mihi huc venienti R. D. abbas sibi prohibitum esse a R-ma D-ne V., ne me, nisi ut hospitem, re-

10. [14] *Stanislaus Wierzbiński.*

ciperet. Ego, etsi ad id, quod debet, eum cogere possem, cum tamen impedimentum istud tantum veniat a R-ma D. V., subsistere volui et contra calumniatores re ipsa ostendere me tantum ei deferre, ut, etsi S-mus D. N. in bulla sua inhibeat R-mis D-nis ep-pis sub certis poenis, ne me, quominus visitationes libere faciam, quovis modo impediant: malim tamen ab ipsa inhibitione, R-mae D. V-rae intimanda, nunc abstinere, quam contra eius bonam gratiam officium meum exequi. Ne tamen ipsum negligere, aut ab eo desistere propter calumnias videar, et contra superiorum meorum mandata, cum etiam non possim sine magna temporis, laborum et sumptuum iactura me in Minorem Poloniam conferre iterumque in Maiorem redire, propterea humillime supplico R-mae D. V-rae, ne me ulterius ab eiusdem officii mei executione impediat: alias, sicut nonnulli sinistre interpretantur, quae a me recte aguntur, ita certe non deerunt, qui me ab ea non usque adeo iuste impeditum fuisse iudicabunt. Sed, ut appareat rumores istos de nostris actionibus pro cuiusque affectione sparsos, vanos esse, faciet quidem rem auctoritate sua dignissimam, si meos conatus in re tam pia et salutari non retardaverit, sed iuverit potius et promoverit; cumque constiterit eam huic reformationi aliter affectam, quam nonnulli putant, multos a labiis iniquis et a lingua dolosa liberabit. Ac ut omnem male suspicandi occasionem deponat, polliceor ei bona fide me nihil in hac visitatione facturum, vel ordinaturum, quod auctoritati suae repugnare, imo etiam quod ingratum ei esse possit, aut debeat. Et si voluerit sibi communicari huius institutae reformationis articulos et me propterea ad eam venire, faciam lubens, quod iusserit, Deo iuvante etc. Ex Paradisiensi monasterio 26 Augusti 1580.

Respondit mihi sequentibus litteris:

R-de Pater. Mirari satis nequeo, quod R-dae P. V-rae veniat in mentem mihi persuadere nihil se contra auctoritatem meam moliri. Cum tamen iustis legitimisque rationibus adductis, bis abs me admonita, ne modo secundariam visitationem in mea dioecesi susciperet potiusque sibi ad alias dioeceses proficiscendum esse, priusque absolvendam ibi existimaret, sese continere noluerit, sed me uti prius, ita nunc contempto, nullaque re, quod facere potuit commode (cum illam Poznaniae expectaverim Vangroveciaque huc profecturum sperarem), mecum communicata, nihilominus ad monasteria meae dioecesis sese contulerit: video profecto parvam admodum mei dignitatisque meae apud ipsam haberi rationem. Quare non verbis mihi id probari convenit, quod scribit P. V., sed factis. Ubi vero R-mis D-nis ep-pis aliis, quos ego iure optimo sequor, persuaserit hoc ita sese habere nec quidquam contra nostram iurisdictionem auctoritatemque ordinariam Vangrovecii actum constitutumque esse, me nunquam difficilem, sed tamen non prius, quam ubi apud alios se expediverit, uti antea, ita nunc facile experietur. Proinde ego de sententia mea, antea P. V. bis significata, nihil cedo et illam iudicium suum, quantum lubet, sequi per-

mitto, posteaquam et nos et ista, quae a nobis caveri imprimis convenit, contemnenda ac levipendenda sibi esse existimat. Utinam vero omnia pro gloria Dei et aedificatione proximi cedant, quod quomodo in tanta dissensione et contemptu, postpositis communibus consiliis et subsidiis, fieri possit, ego non video. Deus ac tempus cetera revelabit eorumque, ad quos id proprie pertinebit, iudicio submittet. Bene valeat P. V. R.. Poznaniae 30 Augusti 1580. R. P. V. amicus Lucas Kosczielieczky, Dei gratia ep-pus Poznaniensis, manu propria.

Cum nullam mearum litterarum rationem haberet, ne quid tamen in contemptum eius facere viderer, ut interpretabatur, cum magnis difficultatibus et sumptibus R-mam D. suam convenire decreveram eique supplicare, ut a me impediendo desisteret. Commoditas itineris dabatur per duo monasteria in ipsa dioecesi. Primum fuit Obrense. Abbate [15] absente, aut, quod verius est, latente, nobis occlusae sunt fores, mihique protestanti me nolle visitare invito ep-po et roganti tantum pro iure hospitalitatis, responderunt famuli sibi ab abbate iniunctum fuisse, ne mihi, aut cuivis alteri aperirent. Tandem iunior religiosus egressus, a me interrogatus de abbbate, ubi ipse esset; se nescire respondit: priorem vero nobis venientibus fugisse et alios fratres, quos in priori visitatione repereram, fuisse dimissos, se vero solum esse relictum. Coram eo et aliquot famulis monasterii ad hoc vocatis, duobusque nobilibus Polonis nos comitantibus declaravi abbatem incurrisse eo ipso facto sententiam excommunicationis, per mandata Ap., illis exhibita, latam contra eas ordinis personas, qui*(s)* me recipere in monasteriis suis recusarent. Hinc sine hospitalitatis officio in proximum diversorium, rebus necessariis destitutum, nos recipere oportuit.

Haec omnia atque adeo ipsius excommunicationis sententiam abbas videtur contempsisse. De eo plura in articulo de visitatione ipsius monasterii Obrensis [16].

Alterum monasterium Premetense fuit. Abbas [17], nobis venientibus, etiam discesserat, commiserat tamen agenti suo, ut hospitalitatem nobis exhiberet, sed non permitteret nos in loca regularia intrare minusque fratribus loqui, aut visitare. Ipse propterea ecclesiae ac claustri fores, fratribus inclusis, nobis occlusit et litteras prohibitionis, D-no suo abbati per ep-pum factae, cum copia cuiusdam protestationis, contra me faciendae, mihi exhibuit, quae sequuntur:

R-de D-ne frater et amice carissime. Intellexi ex Mag-co D-no marsalco et ex multis aliis nobilibus, pro hisce iudiciis Posnaniae, R. D. commissarium ordinis vestri passim obaudire, quasi contempta auctoritate et iurisdictione ordinaria nostra, plurima machinetur contraria iuribus Regni et libertatibus publicis, et nescio, quibus praetextibus velit sub reformatio-

10. [15] *Iohannes Bolęcki.* [16] *Vid. inf. App. N. 11.*
[17] *Iohannes Węgorzewski, suffraganeus Posnaniensis.*

nis specie vel evertere hactenus per nos conservata monasteria, vel in saecularium potestatem tradere. Quam suspicionem nobilitas vel eo maximo argumento concipit, quod insciis ep-pis visitationes secundo instituit, nec quicquam cum iis habere commune vult, et secreto nimis quaedam consilia cum hominibus factiosis agitat. Quamvis igitur, quod nostri est officii et dignitatis, nos suo loco et tempore non praetermittemus ita agere, uti debemus, ut constet omnibus contra canones sacros et receptas consuetudines aliena perniciosaque praesumptio, tamen cum non parvum immineat periculum non modo tumultus, aut turbationis reipublicae, posteaquam nobilitas iura sua ac libertates convelli metuit, verum etiam personae D. commissarii, providendum est in tempore. Proinde scripsi ego ad eum, amice monens, ne iterato ad visitanda mea monasteria sese conferat, priusquam supremam visitationis suae manum in Gneznensi et Cracoviensi etc. dioecesi ponat. Et hoc ex multis, quas adieci, rationibus, sed ex ea potissimum, ne in me, aut aliquem vestrum cuderetur faba, si quid porro ei adversum, Rege praesertim a Regno absente, nobilitate securius tumultuante, in dioecesi mea (in qua propter confinia Regni et diversitatem hominum, hinc inde vagantium, facilior est, quam alibi, quidvis audendi occasio) contingeret. Quare monendum duxi R. P. V., cui etiam pro auctoritate mea ordinaria praecipio, ne omnino admittat R. D. commissarium ad suum monasterium hoc tempore, ferventibus et concitatis adeo hominum animis, donec vel abs me de admittendo admoneatur, vel securitati D. commissarii opportune, extinctis ac sublevatis istis motibus, provideatur. Nam ubi sese in aliis dioecesibus prius expediverit sufficienter et ego iudicavero idem apud me expedire et tranquille, absque periculo aliquo, perfici posse, praesertim cum mecum ea de re communicaverit, non modo non impediam, quominus ad vos accedat, quemadmodum prius feci, verum etiam ipse persona mea vel opportunis aliis provisionibus securitati ipsius ac tranquillitati publicae consulam, quantum potero, meque ipsi adiungam. Quod si, postpositis omnibus hisce rationibus meisque admonitionibus contemptis, ad aliquem vestrum nihilominus nimia sui confidentia perrexerit, pro debito officio suo R. D. V. mihi quamprimum significet, ut hoc etiam casu, quid mihi faciendum sit, pro religionis amore et S. Sedis Ap. dignitate mature dispiciam, nec quicquam intermittam, quod ad officium meum ep-pale et senatorium in dioecesi mea iure pertinere videatur. Satius etenim fore existimo, ut consilii factique mei S-mo D. N. et Ser-mo Regi, aut cui oportebit, ante casum constet ratio, quam, ubi aliquid acciderit, adhiberi debeat excusatio. Curet igitur R. D. V., ne fiat aliter, quam abs me ordinatur, nisi et contemptus auctoritatis nostrae ordinariae argui et culpam totam in sese solam reiici velit. Bene valeat [18].

10. [18] *In margine:* Data nulla erat ascripta.

R-dae D. V-rae frater et amicus Lucas Koscziel eczky episcopus Poznanien., manu propria.

Sequitur transsumptum protestationis, quam ipse abbas praefato suo agenti dederat, mihi exhibendam:

R-dus D. N. abbas, memor obedientiae ac debitae reverentiae, quam tenetur omnibus superioribus suis [praestare], protestatur nihil se facere ex temeritate, aut inobedientia erga R-dum D. commissarium, quod eum admittere secundario ad monasterium suum non audeat, cum id faciat ex inhibitione R-mi D. ep-pi Poznaniensis, loci ordinarii sui, cui hactenus ex statutis provincialibus per Sedem Ap. approbatis et iuribus Regni communibus subiectum fuisse et esse se, prout et alios Regni abbates loci ordinariis suis, novit et recognoscit, atque item ex admonitione Mag-ci D. generalis capitanei [19], qui tranquillitati publicae, in loco regio existens, ac securitati R-mi D. commissarii consulens, eundem D. commissarium admonuit, ne circa monasteria huius dioecesis, commota in ipsum quibusdam de causis nobilitate, versari hoc temporis sub absentia Ser-mi Regis praesumeret, sed in aliud tempus differret. Adductum se igitur obedientia erga R-mum D. ep-pum, loci ordinarium suum, et item reverentia S. R. M-tis ac ipsius vicegerentis, Domini generalis capitanei, haec omnia facere, quae facit, de quo iterum solenniter protestatur, eandem protestationem ad quaevis opportuna acta publica inserturus et quoties opus fuerit, coram iudicibus competentibus producturus. Et si forsan R-dus D. commissarius neque his, neque aliis instantiis, sibi de non visitandis iterato hisce monasteriis per expressum factis, locum non daret, et contra me facultatibus suis praetensis procedendum esse existimaret, in eo innocentiae ac indemnitati meae prospiciendo, ad synodum provincialem, cui semper hactenus reverenter nos omnes subiicere soliti sumus, de gravamine appellaturum, alias coniunctim cum R-mo D. ep-po, loci ordinario ac superiore nostro, consuetudine diuturna approbato, ad S. Sedem Ap. et S. D. N. Gregorium XIII Papam feliciter modernum, necnon ad Ser-mum Regem, Dominum nostrum clementissimum, in quantum secundum iura Regni, quibus et nos abbates, tanquam nobiles, obstricti tenemur, illi ad nos monasteriaque nostra supremum ius, dominium ac defensio spectat. Solenniter iterum atque iterum protestor de gravamine appellando, salvo iure addendi, minuendi et alia pro opportunitate in remedium gravaminis mei faciendi, omni meliori modo, iure et forma etc.

His acceptis, me contuli ad ipsum abbatem, qui R-mi D. Poznaniensis est suffraganeus. Ipse erat in praedio quodam cum uno ipsius R-mi notario, qui ambo asseverabant se scire R-mum ipsum et Mag-cum D. marsalcum mihi offensos esse, tantum propter supradicta illa duo capituli nostri decreta: rationes vero in supradictis eorum litteris contentas, pro-

10. [19] *Andreas Opaliński*

diisse ex officina D. Brzeznicii, ipsius Rev-mi D. cancellarii, et ab eodem sibi datam fuisse suprascriptam protestationem, quam mihi, si visitare vellem, abbas ipse faceret, qui tamen eam signare noluit propter absurda nostrisque exemptionibus contraria, quae continet.

Ad ea autem omnia excogitanda referebant ipsum Brzeznicium excitatum fuisse, quod tam diligenter prohiberem fieri alienationes, quia sperabat ipse se accepturum duas villas, sibi a duobus abbatibus promissas.

Idem ipse in priore visitatione monasteriorum ipsius dioecesis Posnaniensis, sub praetextu amicitiae et boni consultoris, me comitatus fuerat, sed fortasse, ut mearum actionum explorator esset. In capitulo postea patribus simulate et secreto quosdam contra me proposuit articulos, quibus illos revocabat a suscipienda reformatione; hoc enim ab illis mihi postea relatum est, et inter alios articulos ipsum fuisse: »Si iste commissarius voluerit vos amplius ad ista sua reformationis statuta compellere, prius vobis privilegiorum vestrorum usum curet restitui et a potestate ep-porum vos eripiat«. Abbates, qui noverant eius ingenii calliditatem, suos articulos neglexerunt, nec mihi aliter communicare voluerunt propter calumnias, quibus videbant illum inique me officiumque meum insectari et mecum fraudulenter agere, porrigendo mihi una manu panem et altera lapidem.

Tandem R-dus D. suffraganeus dicebat omnia melius successura, si non procederem ad illorum decretorum executionem inconsultis praefatis dominis; quod cum me iam antea non aliter facturum constituisse audiret, retulit Mag-co D. marsalco, qui ad me propterea scripsit sequentes:

R-de D-ne Abbas. R-dus D. suffraganeus Posnaniensis retulit mihi ea omnia, quae cum R. V. communicavit. Quale responsum a me acceperit, ipse R. V. referet, cui fidem in omnibus R. V. adhibeat. Bene valere R. V. cupio. Datum Costhini[20] 2 septembris 1580. R. V. bene*(s)* Andreas Opaliensky, S. R. marsalcus, manu propria.

Retulit ergo mihi D. suffraganeus Mag-cum D. marsalcum se acquieturum meae petitioni: nobis eundum Posnaniam ad R-mum D., ad quem ipse veniret, aut scriberet, ut istae difficultates terminarentur, nec ulterius differretur visitatio.

Posnaniam venimus. R-mus D. paulo ante adventum nostrum discesserat, ne fortasse nobis loqueretur; eum secutus est Dominus suffraganeus, qui biduo mihi, in urbe responsum aliquod ab eo expectanti, scripsit sequentes:

R-de in Christo Pater et D-ne obser-de. Recta ad R-mum D. ep-pum, Posnaniae non repertum, Cziązymum[21] contendi, quem heri mane, cum totam noctem itinere consumpsissem, ad iter se accingentem offendi. Ex-

10. [20] *Kościan (germ. Kosten), ad flumen Obra.*
[21] *Ciążeń, ad flumen Vartha, villa ep-porum Posnaniensium.*

posui omnia, quae voluit R-da D. V-ra, satis copiose. Lubenter et ipse R-mus R-dam D. V-ram audiisset, de suis rationibus disserentem, et ideo ipsam Posnaniae expectabat; cum vero discederet, commiserat D. cancellario suo, ut ab eodem omnia intelligeret et suam voluntatem explanaret. Quem quod non viderit R-da D. V., mirari visus est. Porro, cum citius non posset, constituit omnino pro futuro sabbato Posnaniam venire ibique D-nem V. expectare velle. Adero et ego ad hoc idem tempus. Praeterea voluit, ut hoc quoque R-dae D. V. significarem, permolestum sibi accidisse, quod D. abbas Vangrovicensis[22], missis ad abbatissam Ovinicensem[23] litteris, nescio, quae tandem in illo monasterio disponere ac ordinare vellet, ingerendo sese in officium et iurisdictionem Suae R-mae D-nis. Quare admonitum voluit, ut sese in dioecesi sua contineat, neque aliquid sive propria, sive alterius cuiuspiam auctoritate attentare praesumat, citra scientiam et consensum loci ordinarii, alioquin provideat, ne et sibi et monasterio illi, motus aliquos excitando, incommodet. Et haec habui rescribenda R-dae D. V-rae, quemadmodum abs me requirere visa est. Cuius benevolentiae me commendo eamque bene valere cupio. Datum Poznaniae 5 Septembris 1580. R. P. V. frater obsequens, Ioannes Wegorzewsky, ep-pus Enensis, abbas Przemetensis, manu propria.

Respondi me ad indictam diem Poznaniam reversurum: nescivisse, si quid R-mus D. suo cancellario commisisset mihi dicendum: de abbate Vangrovicensi postea nos acturos.

Itaque cum Posnaniam venissemus, per suum suffraganeum R-mus D. et Mag-cus D. marsalcus mihi exponi fecerunt velle se tempus profitendi electo Bledzoviensi[24] ad duos annos a me prorogari. Hoc a me fieri non posse respondi, sed me non processurum ad illius decreti executionem ante sex menses, quem terminum profitendi concilium Tridentinum commendatariis praescipsit[25]. Illi hoc responso non contenti, ad se accedere, quo meas rationes eis exponerem, mihi non concesserunt. Interposui R-dum P. rectorem collegii societatis patrum Posnaniensis[26]. Egit ipse, quam diligenter potuit, ea de causa cum illis, sed frustra. Tandem dederunt illi scriptum aliquod mihi reddendum, quod tale est: In hoc abductum se esse quorundam consiliis, quod ea, quae pro congregatione abbatum Wangrovicii habita, pro regulari observantia restituenda reformandaque instituisset, cum R-mis D-nis ep-pis non communicaverit et sine eorum scitu ac auctoritate illa omnia se executioni commode mandare posse existimaverit. Et quoniam inde multa apparent incommoda ac difficultates subsecutae, cum non modo rumores hinc inde sparsi sint, quasi nihil aliud in illa congregatione actum sit, quod non directe spectaret ad convellendam auctoritatem ordinariam, statutis provincialibus iuribusque Regni, necnon longa consuetudine ap-

10. [22] *Andreas Dzierżanowski.* [23] *Margaretha Herstopska.*
[24] *Andreas Kościelecki.* [25] *Sess. XXV c. 21. Vid. Schulte-Richter o. c. p. 437.*
[26] *Iohannes Konarski (Conarius) Soc. Iesu. Vid. inf.*

probatam, verum etiam nonnulli abbatum aperte significarent sibi nihil porro cum ep-pis suis commune esse debere obedientiamque, quam hactenus alias semper praestabant, iisdem renuntiarent, ad eradicandas istiusmodi opiniones velle se nunc, significet, omnia cum loci ordinariis candide communicare eorumque praesidium ad executionem reformationis institutae implorare. Expertum quin etiam se esse rumores istiusmodi ad excitandos motus, sub absentia praesertim Suae M-tis a Regno, multum invaluisse, nec vanos, aut nihili faciendos fuisse, quod nonnulli homini rerum Polonicarum inexperto persuadebant, quamvis gravissimorum hominum ac senatorum intercederent seriae admonitiones. Nunc vero, ne pium ipsius institutum effectu suo privaretur in monasteriis, R-mis D-nis ep-pis propter auctoritatis ac iurisdictionis suae defensionem contra venientibus, velle se testatum relinquere, quod et antea pollicitus erat, nihil se neque molitum esse, neque moliri in sua visitatione, quod illorum auctoritati derogare, aut statutis provincialibus ac iuribus et consuetudinibus Regni Poloniae repugnare possit, aut debeat. Quod ut manifestius etiam apud alios constet, permissurum se, ut in ista secundaria visitatione aliquis a R-mo loci ordinario deputatus sibi adsit, ac ea omnia ita sese habere, nec aliud sibi propositum esse, quam regularis observantiae restitutionem, re ipsa expertus apud omnes testimonium perhibere queat. Quia vero R-mus D. ep-pus Poznaniensis duplici de causa offensus sibi esse perhibetur: primo, quod in litteris suis D. commissarius paulo liberius sese effuderit, quam ab homine regulari, alienigena, erga ep-pum ac senatorem Regni, inter primarios quartum, convenire videbatur, in quo parvam admodum dignitatis suae, quamvis ad haec sciret summo loco huius provinciae natum, habuisse rationem, immo vix non prae ceteris eundem contempsisse videtur; deinde, quia bis ab eodem admonitus, ne dioecesis suae monasteria secundario visitaret, priusquam sese in dioecesibus Gneznensi et Cracoviensi expediret, postpositis D. ep-pi monitis, eodem invito et quasi contempto, nihilominus clam, diverso ab eo, quod antea susceperat, itinere ad monasteria dioecesis huius perrexit, in quo parum abfuit, quin et sibi periculum, et R-mo molestias multas ex adversis eventibus intulerit: quandoquidem hanc suam iniuriam cum aliis D-nis ep-pis R-mus D. communicavit, deprecandus videtur, ut appareat aliis quoque R-mum ad visitationem secundariam illum non admisisse, priusquam extinctis iis omnibus ac sopitis, quae sive persuasu aliorum, sive errore aliquo intercidissent ac huiusmodi impedimenta iniecissent.

Arbitratus hoc scriptum mihi ex parte R-mi, cum quo mihi negotium erat, datum esse, rescripsi:

Ad singulos articulos, nomine R-mi D. Poznaniensis propositos, respondet Cisterciensis ordinis commissarius.

Ad 1-m: Ita quidem existimasse, quae in congregatione Vangrovecensi pro regulari disciplina restituenda reformandisque monasteriis sta-

tuta fuerunt, se posse executioni demandare sine scitu et auctoritate R-morum D. D. ep-porum, nam sufficientem habet auctoritatem a R-mo D. generali suo sibi commissam, a Pontifice M. confirmatam et a Rege Ser-mo approbatam admissamque, abbates vero omnes sancte susceperunt se eadem statuta sub certis poenis, in eisdem contra transgressores praescriptis, servaturos: nec aliud praeterea sibi esse requirendum. Satis autem ei videbatur, si cum opportunitate de illis cum R-mis D-nis ep-pis ageret. uti, Deo iuvante, facturus est.

Ad 2-m: Nulla sibi incommoda apparuisse, nec audisse rumores ullos de eisdem statutis sparsos, seque absque ulla difficultate visitasse monasteria, quae sunt in dioecesibus Wladislaviensi et Culmensi, priusquam hoc audisset ex litteris R-mi D. Poznaniensis; scire autem rumores illos falsos esse, quod aliquid statutum fuerit ad convellendam auctoritatem ordinariam R-morum D-rum ep-porum; hoc enim nullus potest, nec debet tentare, contra quod si quid aliqui abbates fecerint, eos male et insolenter fecisse. Ut autem constet omnibus in eodem capitulo nihil tale fuisse constitutum, libenter omnia illa R-mis Dominis ep-pis communicabit et. si opus fuerit, ad ipsius reformationis executionem eorum praesidium implorabit.

Ad 3-m: Verum esse, quod a multis nobilibus sibi persuasum fuerit, rumores illos vanos fuisse, nec formidandos, praesertim cum esset sub tutela et protectione Mag-ci D. marsalci, Regis absentis vices gerentis. a quo quidem et a R-mo D. Poznaniensi fuerat admonitus, ut abstineret a visitatione; sed ne locum calumniis daret, aequitate rei et bona conscientia fretus, non potuit, quin persequeretur, quod ex officio sibi commisso debebat, cum non crederet Pontificis Regisque auctoritatem in tam salutari negotio posse contemni a religiosis.

Ad 4-m: Manifestum testatumque satis fuerit R-mo D. Posnaniensi et aliis omnibus ex ipsis statutis, quae cuicunque volet. legenda communicabit brevique publice imprimi curabit, se nihil molitum esse, nec moliri velle, quod auctoritati R-morum D-rum ep-porum. aut Regni Poloniae iuribus repugnare possit, aut debeat. Propterea ad maiorem huius rei probationem non opus est alio testimonio. Optaret quidem secum habere in hac visitatione aliquem, qui actionum suarum testis esset. sed quia sub excommunicationis latae sententiae poena, ipso facto incurrenda. visitatoribus Cisterciensis ordinis prohibitum est, ne alterum. quam eiusdem ordinis professum admittant ad visitationem faciendam, ideoque se ab hoc excusari supplicat, nisi eiusdem ordinis et alterius dioecesis sit abbas.

Ad 5-m: Quod se paulo liberius effuderit in suis ad R-mum D. ep-pum litteris, hanc quidem culpam agnoscit, pro ea humilitate. quae regularem decet; sed, nonnisi prius quam lacessitus, id fecit et ea quidem iniuria, quam, etsi regularis et alienigena sit. ferre tamen ita patienter non potuit, cum malae fidei crimen et abusus auctoritatis, qua fungitur, sibi

sine causa ascribi videret, praesertim ab ep-po et Regni senatore. Ubicumque enim et qualiscunque sit nobili loco natus, non tamen a quoquam se laedi in bono nomine patitur. Quod tamen ab eo in ea passione, quae etiam in sapientem cadit, commissum est, id ut R-mus D. Posnaniensis ei condonet, humillime supplicat, simulque credat ipsum nullo contemptu divertisse ad monasteria dioecesis eius. Hoc enim ante obortas illas difficultates se facturum constituerat cum illis abbatibus, a quibus, ut evidentius intelligeret, quaenam sibi obstarent, et si fieri posset, cum R-do D. Bledzoviensi in monasterio Paradizensi communicaret, cuius causa ex decreto capituli, non bene intellecto, omnia illa excitari sibi persuadebat, illud iter secutus est. Atque hanc ipsius commissarii intentionem fuisse R-dus D. Paradisiensis testabitur, tum etiam litterae, quas ex eodem monasterio ad R-mam D-nem S. scripsit et ex eo satis constat, quod contra mandatum eius nihil tentavit, nec abbates, sibi ut obedirent, per censuras, quibus potuit, compulit. His autem R-mo D. ep-po Poznaniensi expositis, idem commissarius officio suo se satisfecisse existimat, unde R-mam D-nem suam precatur, ne illum a praefata visitatione persequenda ulterius impediat.

Quomodo scriptum illud meum acceptum fuerit, R. P. rector mihi significavit his litteris:

Admodum R-de in Christo Pater. Gratia et pax Christi. Postquam incidi in illam aegritudinem, R-mum nec vidi, nec sum allocutus. Mag-co D. marschalco per Patrem Martinum miseram R. P. V. scriptum. Ille nihil aliud respondit, quam haec verba: »Siquidem acquiescere condicionibus noluit, valeat« Ex quibus verbis colligitur apud homines nos oleum et operam perdidisse, apud Deum nequaquam. Habet enim R. P. V. sine dubio meritum laboris, sollicitudinis et longanimitatis cum patientia coniunctae. Ego vero quicquid feci, non me poenitet, licet hominum quorundam offensam incurrerim: promovendi enim cultus Divini animus fuit. Itaque R. P. V. non est, quod expectet; sua idola ab hominibus coluntur et desideriis propriis satisfieri volunt, quod ni *(s)* fiat, humana prudentia praevalebit ad tempus, quam et homines talia machinantes Deus perdet. Non dubito ego alibi R. P-ti V. omnia cessura melius, quod ut per Dei gratiam fiat, quantum poterimus, indignis orationibus iuvare contendemus etc. Poznaniae 17 septembris 1580. R. P. V. indignus in Christo servitor, Ioannes Conarius.

Accepto illo consilio, cum quatuor dies in sollicitudine inaniter transegissem Poznaniae, non sine magnis sumptibus, malui violentiae cedere, quam contra officium meum aliquid agere. Postea vero responso illo meo sinistre intellecto, ad me remissum est istud rescriptum:

Ostenditur falsa esse, quae in suo scripto commissarius Cisterciensis affirmat.

Nomine R-mi D. Poznaniensis articulos, ad quos respondere se prin-

cipio scripti significat propositos esse, falso adscriptum est. neque etenim nomine R-mi quisquam cum illo egit, multo minus articulos dedit. Sed cum D. commissarius per R. P. rectorem collegii Societatis Iesu cum Mag-co D. marsalco quaedam tractaret, quaesita sunt a nonnullis media, quomodo, salva R-mi dignitate et auctoritate, in hoc satisfieri D. commissario posset, ut ad secundariam visitationem huius dioecesis monasteriorum admitteretur et per eundem P. rectorem illi proposita.

Propria auctoritate, sine scitu et auctoritate ep-porum, sibi quidem fas esse omnia praedicat statuere; eventus id tandem declarabit. Secus decreta concilii praescribunt et anteriora saecula re ipsa ac facto indicaverunt. Quia vero pro libitu suo de iis, quae statuit, cum R-mis D-nis eppis agere vult D. commissarius, pro libitu etiam D-norum ep-porum auditum, aut admissum se iri, prout par est, experietur. An vero S. Pontifex, aut Ser-mus Rex eidem concesserit facultatem ordinarios in sua auctoritate et iurisdictione turbandi, quam per statuta provincialia, per iura Regni, per consuetudines longo usu approbatas hactenus firmiter conservarunt (quod ipsum studiose in omnibus suis scriptis praeterit ac dissimulat se nescire D. commissarius), constabit suo tempore palam, ubi ad rem ventum fuerit.

Scribit nulla incommoda sibi apparuisse, nec audisse rumores aliquos. Quam hoc cum conscientia ipsius et veritate rei consentiat, testantur litterae D. abbatis Paradisiensis [27], qui D. commissarium vix Silesiorum manus effugisse scribit, ac nisi illum in monasterium recepisset, etiam a rusticis ipsis periculum vitae illi imminebat. Idem attestatur Nobilis D. Peregrinus Cursky, qui securitatis causa commissarium trepidantem et subinde quaeritantem in transitu de villis nobilium claraque voce significantem se metuere, ne illum irruerent, per aliquot miliaria comitatus est. Quorsum praeterea adiungi sibi petiit ab abbate Wangrovicensi Dominum Zebrzidowsky cum, nescio, quot equitibus, si nihil metuebat? Quorsum praeterea et illud, quod tam instructus bombardis, non sicuti prius huc et illuc proficisci consueverat, nunc esse conspicitur?

De praesidio ac protectione D. marsalci quid sibi in ea insolentia et temeritate, quam praeseferebat, polliceri posset, aut deberet, satis cognovit ex litteris eiusdem, quae quomodo cum verbis illius hoc scripto conveniant, iudicium eius esto, qui viderit.

Nihil se molitum contra auctoritatem ordinariorum posteaquam negat, quamvis litterae abbatum et facta ipsiusmet aliud testentur, tempus et occasio veritatem regularem, quomodo sibi constet, declarabunt. Lacessitum se, scripsisse liberius ad R-mum D. ep-pum Posnaniensem testatur condonarique sibi supplicat, et in hoc spiritum suum, quo plus nimio effertur, satis demonstrat. Nimirum ad hoc venit in Poloniam, ut alios ad sese,

---

10. [27] *Stanislaus Wierzbiński.*

lacessendum praesumptione regulari, omni humilitate postposita, provocaret! Nihil sibi est adscriptum a R-mo D., quod probari publice et privatim quovis loco facillime non possit. Certe, nisi R-mus respectum habuisset personae ipsius, quod alienigena esset et quod monachus, praeterea Gallus, moribus suis tamquam sorex se prodens, nequaquam tam licentiose scribendi et dignitatem suam ep-palem, aut senatoriam cuiusvis praesumptione liberius debachanando *(s)* tangendi passus fuisset concedi facultatem.

Hoc visum fuit nimis scurrile, nec propterea respondi, quamvis ad singula eius capita commode respondere potuissem.

Primum enim illud nimis aspere dictum: »falsum esse articulos priores R-mi D. Posnaniensis nomine mihi fuisse propositos«. Nam si non ab ipso, saltem pro eo fuerunt et per illum mihi dati, qui pro me apud eum agebat.

Nec dixeram mihi fas esse, sed existimasse, et quod satis videbatur mihi, auctoritate sufficienti munito, si cum opportunitate de statutis nostris agerem cum R-mis D-nis ep-pis. Secus decreta concilii Tridentini non praescribunt, ut apparet cap. vicesimo sessionis 25 eiusdem.

Studiose vero non praetereo, an mihi concessa sit facultas turbandi ordinarios in iurisdictione sua, quia de eo nunquam cogitavi, nec debeo, nec possum.

Mihi nulla apparuisse incommoda, non scripseram, sed de rumoribus nihil audisse ante acceptas R-mi D-ni litteras.

Et verum est, quod nullum nobis apparuit incommodum, sed potius multi nobiles mihi, verba illa timenti, animum ad institutum nostrum prosequendum addebant. Soli consanguinei electi Bledzoviensis et abatissae Ovinicensis offendi audiebantur.

Arma nulla habuimus, quam quae famuli nostri, ut alii viatores, gestare solent. Nobiles aliquot nobis adiunxerat Vangrovicensis abbas [28] contra rumores, ne offensis illis, per quos ipsi spargebantur, nimium fideremus.

Cetera, praesertim quod supplicationem meam humilem carpit ac ridet, quodque mihi monacho monachus ipse pepercerit, eorum iudicio committo, quorum caritas non congaudet iniquitati, suffert autem, si quid in aliorum moribus imperfectionis est, ut ego in meis multum esse agnosco et erubesco.

Sed unum praeterire non possum, quod videlicet scriptum fuerit me Silesiorum manus vix effugisse; hoc enim verisimile non est Silesios (nulla in parte a me laesos vel offensos) voluisse me intercipere, et excurrisse usque in Poloniam ad tale facinus perpetrandum, contra confoederationis patriae leges, quarum infractoribus gravissima supplicia decreta sunt.

Quod si hoc scripserit abbas Paradisiensis, ideo forsitan scripsit, ut

10. [28] *Andreas Dzierżanowski.*

fulcrum aliquod adderet excogitatis terriculamentis, aut quasi probare vellet me male fecisse iniungendo ei, ut ministros, seu contionatores haereticos ex villis sui monasterii eiiceret ac subditos ad fidem compelleret, uti paulo ante fecerat Bledzoviensis electus; ex quo forsitan mandato Silesii contra me tantopere commoti essent, ut etiam in me vellent irruere.

Non sane tanto zelo illi fervent, quin potius iam (sicut eorum vicini nuper conversi) lassati in via iniquitatis. ad cor redirent, si ep-pus et abbas officio suo fungerentur.

Magis nobis metuendum fuit ab insidiis, quas per aliquot equites nobis, ex Posnania Wangroviam redeuntibus, bis parari fecerat R-mus D. Posnaniensis, cupiens re ipsa probare praesumptum suum de nobilitate commota, ad quam tamen nihil attinet, nec tantopere curat eiusmodi visitationis negotium. In illas insidias incidissemus, nisi Deus nos paratae decipulae ignaros, per alia itinera deduxisset.

Hoc relatum fuit abbati Landensi [29] a quibusdam nobilibus, vicinis suis, qui eum pariter monuerant, ut nobis. e suo monasterio discedentibus. caveret. Unde nos per tres alios dies, quam constitueramus, retinere et ipsemet cum aliquot nobilium praesidio ad aliud monasterium, extra periculum deducere coactus fuit.

Idem fortasse, aut etiam peius aliquid mihi accidisset, quod priori Vangrovicensi [30]. Ipse enim a me Posnaniam missus. ut pro more regionis salvum conductum, mihi a S. R. M-te concessum, publicari curaret, incidit in eum casum, qui ex instrumento sequenti patebit:

In nomine Domini. Amen. Noverint universi, praesentis publici instrumenti seriem inspecturi, lecturi et audituri, quod anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, indictione octava. pontificatus S-mi in Christo Patris et D. N. D. Gregorii divina providentia Papae tredecimi, anno ipsius octavo, die vero Lunae. vigesima nona mensis Augusti. hora tertiarum vel quasi, in coenobio conventus Wangrovicensis, in vaporario superiori dormitorii eiusdem conventus, versus septemtrionem siti. in mei notarii publici testiumque infrascriptorum praesentia constitutus personaliter R-dus ac religiosus P. D. Gregorius Ostrowsky S. theologiae baccalaureus, prior conventus monasterii Vangrovecensis. praepositus parochialis Tarnoviensis, publice recognovit et protestatus est. Quia dum ille (ut ipse asserit) feria quarta, in festo S. Bartholomaei Apostoli [31] non ita pridem praeterito, ex mandato R-mi D Edmundi a Cruce S. theologiae in Sorbona Parisiensi doctoris, abbatis Castellionis, commissarii ordinis Cisterciensis per Poloniam et R-mi D. abbatis Cisterciensis vicarii generalis, Posnaniam iret, ut litteras S. R. M-tis salvi conductus, eidem R-do D. commissario per S. R. M-tem concessas, ad acta castrensia Posnaniensia nomine Suae P-tis insereret et inscribi peteret ac illas per ministerialem pro.

10. [29] *Matthaeus Borzewski.* [30] *Gregorius Ostrowski.* [31] *D. 24 Augusti.*

clamari ad notitiam omnium et singulorum faceret, ex tunc Posnaniae existens, postridie praefati festi sancti Bartholomaei, mane circa horam decimam R-mus D. Ioannes Wegorzewsky, Dei gratia ep-pus Enensis, abbas Premetensis ordinis Cisterciensis, suffraganeus Posnaniensis, pro praefato D. priore Venerabilem D. Melchiorem, cathedralis Posnaniensis poenitentiarium, suum capellanum, ad hospitium ipsius, videlicet in domum Famati Iacobi Treteri, librorum glutinatoris, civis Chwalisoviensis, rogatum misit, ut Suam Paternitatem conveniat. Eundo ergo dictus prior ad R-mum D. suffraganeum, primum ad R-dum D. Iacobum Brzezinsky [32], canonicum Poznaniensem, descendit, cum quo aliqua miscens colloquia et maxime de praefato R-mo D. commissario, inter cetera haec ex ore eius audivit: »Gorzy themu będzie, kogo ułapią na kokoszy«, hoc est: Peius huic erit, qui super gallinam capietur. Interea memoratus D. suffraganeus ad domum dicti D. Brzezinsky *(s)* advenit, petens eundem D. priorem, ut etiam ad suam descendat domum, quod etiam fecit. Ibique secum existens, de supramemorati R-mi D. commissarii negotiis tractando, talia illi narrabat: »Quod heri, posteaquam R-mus D. ep-pus didicit te huc advenisse, vocavit me ad se, quaerens ex me causam tui adventus. Ego Suae Paternitati R-dae: te in quibusdam negotiis venisse. R-mus D. ep-pus ad haec dixit: Łżec, na spiegie thu prziiechał, hoc est: Mentitur, explorator huc venit«. Postmodum quoque R-mus D. suffraganeus subiunxit: »Mıły Braczie, miłuię czie, radzę: ostrzegay sie od tey thu xssieni Owienskiey, hoc est: Mi frater, amo te, consulo tibi: cave tibi ab ista Ovinicensi abbatissa. Interea venit quidam iuvenis, Italico vestitu indutus, qui nomine R-mi D. ep-pi Posnaniensis ex praefato R-mo D. suffraganeo quaerebat his verbis: »Jesli thu yest u W. M. X. Ostrowsky, albo rychłoli będzie«, hoc est: Num hic iam adsit apud D. Tuam sacerdos Ostrowsky, aut citone aderit? Ipse vero R-mus D. suffraganeus negavit primum eum apud se adesse, neque adhuc venisse, sed brevi venturum sperare, »nam, inquit, vocavi eum«. Quod responsum D. prior miratus, haec audiens, post discessum eiusdem iuvenis cum R-mo D. suffraganeo disertis verbis egit, cur se negaret; tandem vero ex fenestra post illum iuvenem idem R-mus D. suffraganeus clamavit, iam apud se adesse D. Ostrowsky.

Cum autem praefatus D. prior vellet a R-mo D. suffraganeo abire, eundem saepius, quoquo modo potuit, retinebat. Iam tandem exeundo ex curia dicti D. suffraganei, nominatus prior obvium sibi habuit alterum famulum in porta in albo vestitu, quem ex superiori contignatione sua R-mus D. suffraganeus vidit et est allocutus. At ille sub silentio cum quodam famulo dicti suffraganei interim colloquebatur et statim, quantum idem D. prior certis signis persenserat, eundem, quoquo se vertat, observabat; atque idem famulus ex eadem porta revertens, illum insecutus est. Cum-

10. [32] *Brzeźnicki.*

que idem D. prior ad hospitium suum praedictum a cathedrali in civitatem Chwałisewo secure et solus et nullas insidias sperando [pergeret], in via publica et platea, ante Ptochodochium S. Barbarae, a tergo illius quidam laici sex supervenientes et illum insequentes, a quopiam subordinati et submissi, coeperunt eundem ibidem in platea et loco praefato fustibus sive perticis verberare, qui illorum vim et violentiam declinare volens, in domum, quam vidit apertum hostium habere, cuiusdam seraefabri, e regione fere domus praedictae pauperum, profugit; qui post illum domum eandem irruentes, ibidem denuo in eadem domo eundem fustigabant ac pro arbitrio suo verberabant. Quibus superveniens quidam famulus aulicus, ad praefatum D. priorem accedens, collo ipsius apprehenso, eundem ipsis fustigatoribus tenebat et caput illi ad terram premebat; sicque iuxta voluntatem suam ipso verberato, abierunt. Cum autem isti discessi essent, praefatus D. prior, ut ipse asserit, ex populo, qui multus ad hoc spectaculum concurrerat, quaerebat, an quispiam illi indicare possit, qui et cuiusnam isti essent; ex tunc idem seraefaber, in cuius domum profugerat, dicebat eundem famulum aulicum esse R-mi D. Lucae a Koszczieliec, Dei gratia ep-pi Posnaniensis, Jadamek nominatum, illum in albo vestitu, atque etiam illos cum fustibus percussores laicos, aurigas, agasones, seu equisones praefati Rev-mi D-ni ep-pi esse, habitu tamen vestium aliquo modo mutato. Idem ceteri diversi sexus homines referebant. In crastino scripsit litteras idem prior ad eundem R-mum D. ep-pum, ut ipse asserit, in eum sensum: quod cum intellexisset ex illa hesterna per famulum ipsius R-mae P-tis Suae interrogatione et perquisitione illum se opus habere velle, libenter ipsum adiret, nisi dolor, ex illa eadem percussione susceptus, ei obstitisset. Sed eas litteras R-mus D. ep-pus recipere noluit. Et quoniam alias addiderat tunc litteras idem D. prior ad R-dum D. Gninsky, custodem Posnaniensem, capitaneum curiae ipsius R-mi D. ep-pi, eadem de causa et administratione iustitiae cum supradictis percussoribus facienda, rescripsit ei idem D. custos litteras, quas obtulit et hic pro insertis habere idem D. prior voluit, in haec verba: »Żałowałem y żałuię niepomału takiego przipadku na W. M. przisłego y w thym, o czos mie W. M. żądać racził, ochotnie cheziałem sprawić y kusiłem tho zarasz opowiedzieć Jego M. Zaczym roskazał mi lyst moy sobie pokazać, s ktorego wyrozumiawszy powiedziec mi racził, że ani o tym wie, ani o tym mislił, ani z W. M. nigdi niiakiey sprawy miał, yako y teras nie ma. Przeto lysth od W. M. przysłany zasie W. M. odsyłam, a przytym łasczo sie zalieczam. Dan z dworu Jego M. X. Biskupa Poznan. dzisia«. Hoc est.: Indolui et doleo non mediocriter eum casum D-ni Tuae illatum et id, quod a me D. Tua petiit, accurate exequi volui, quodque illico conatus sum R-mo D. denuntiare; et exinde is litteras ad me scriptas, sibi a me ostendi praecepit, quibus intellectis, narrare mihi dignatus est: quod neque id sciat, neque id cogitavit, neque cum D-ne Tua unquam aliquid negotii habuit, quemadmodum quoque nunc habeat minus.

Itaque epistolam a D-ne Tua missam, rursum D-ni Tuae remitto. Ad haec, gratiae ipsius me commendo. Datum ex aula R-mi D ep-pi Posnaniensis, hodie. Joannes Gninsky, custos, canonicus Posnaniensis[83], scripsit.

Verificando ergo eandem suam narrationem, praefatus D. prior mihi notario publico et testibus infrapositis ostendit ac protestatus est hodierna die septem vulnera: tria in brachio sinistrae manus, ab humero usque ad cubitum, livida et sub pelle sanguine rubicunda in superiori parte manus, quartum vulnus in vertebra humeri ad scapulam, lividum et maxime tumidum in eadem manu, quintum sub scapula dextrae manus lividum, sextum in brachio eiusdem dextrae manus lividum, et septimum ante vertebram palmae eiusdem in lacerto tumidum. Quae quidem vulnera ego notarius una cum testibus infrapositis conspexi et vidi. Super quibus omnibus et singulis idem D. prior petiit a me notario unum, vel plura, publicum, seu publica, instrumentum, seu instrumenta confici et confecta extradi. Acta sunt haec anno, indictione, pontificatu, die, mense, hora et loco, quibus supra, praesentibus Venerabilibus ac religioso Patre Kristophero Pangroco, subpriore coenobii supranominati, et Bartholomeo a Pangrodz, parocho Vangrovecensi, notario publico, Nobilibus D-nis Matthia Adamczewski, curiae abbatialis eiusdem monasterii praefecto, Nicolao Krzczonowsky, in Bukowie factore.

Et me Iacobo Strzalcowio olim Aegidii a Caliss, clerico dioecesis Gneznensis, sacra auctoritate Ap. notario publico. Quia praemissis omnibus et singulis una cum supranominatis testibus praesens interfui eaque sic fieri vidi et audivi ac in notam sumpsi, ideo hoc praesens instrumentum publicum, manu mea propria scriptum, exinde confeci signoque ac nomine meis solitis et consuetis consignavi et communivi, rogatus et requisitus. I. S.

Praeterea abbati Vangrovicensi, uti viciniori, commissa fuerat in capitulo nostro cura ipsius monasterii Ovinicensis. Ideo ipse monuerat abbatissam, ut maiori cum caritate suas moniales tractaret, ad iurgia vero, quae inter ipsas et illam erant, componenda, si opus esset, mitteret duos ex suis religiosis, quos habet in theologia baccalaureos.

R-mus D. Posnaniensis, hoc cum audisset ex abbatissa, aliter abbatis litteras interpretante, ad me scripsit sequentes:

R-de Pater. Delatae sunt ad me litterae abbatis Vangrovicensis, hominis illius, qui potius leno, quam abbas appellandus esset, quas ad abbatissam dioecesis meae, Ovinicensem, scripsit, plenas fastus et tumoris, quibus ille inter cetera sua flagitia plurimum abundat. Vult autem iste bonus vir aliquam praerogativam, nescio, a quo illi concessam, neque hactenus unquam auditam sibi usurpando, hoc et illud inter abbatissam et mo-

10. [83] *Vid. sup. N. 73 P. S.*

niales, quae longum esset enumerare, statuere, et illa posse facere auctoritate sua, quam sibi et priori suo dicit esse amplissimam, quae ad bonum ordinem illius monasterii pertinere videntur. Ego certe, istius hominis arrogantis animum satis mirari non possum. Scirem equidem hac in re, quid mihi faciendum esset facileque ille animadverteret, quomodo me illa movent, nisi mei ipsius rationem haberem. D-ni V. autem R-dae id significare volui, cum sciam illic eam commorari, optans, ut R. D. V. pro auctoritate sua, si quam erga illum praetendit se habere, illi inhibeat; sin vero minus, amice moneat, ne tale aliquid attentare postea velit, vel audeat, alioquin me his omnibus remedium inventurum. Bene valeat D. V. In Cziązin 5 Septembris anno D. 1580. R-dae P-tis V. amicus Lucas a Koszczieliec, ep-pus Posnaniensis, manu propria.

Quid vero abbatissa ipsa egerit, ut contra me se tueretur auctoritate R-mi D., publica sunt ea Posnaniae, de quibus ad me P. confessarius illius monasterii scripsit sequentibus litteris:

R-me D-ne ac fautor observ-me. Pax Christi etc.

De statu monasterii Ovinicensis non opus est, ut R-dae C-ni V. pluribus scribam, satis enim bene in visitatione mores omnium et animi perspecti sunt Nihil autem in melius mutatum esse sciat, imo odia crescere in dies magis ac magis, non est, quod dubitet. D-na abbatissa omnes conatus suos in hoc unum conferre videtur, ut non subsit amplius visitationi et potestati R-dae C-nis V. et iam quasi secura esse videtur. Saepius enim ad ep-pum in hoc negotio mittit et prius dono dedit illi 400 florenos, nunc autem ante aliquot dies duos equos, 85 florenis emptos Gneznae pro festo sancti Bartholomaei, misit eidem. Nimis astuta sibi videtur esse et quandoque fingere devotionem potest. Meo certe iudicio, in melius status monasterii huius induci non poterit, nisi deposita abbatissa ac in aliud monasterium remissa, et e Culmensi vel ex Olobocensi monasterio aliqua constituta, sed in his consilium apud me nullum est etc. Datum ex monasterio Ovinicensi 7 Idus Septembris [34] 1580. R. P. V. servitorum infimus, Martinus Janicius Smilovitanus.

Dum haec facit R-mus D. Posnaniensis, scribit me multa ordinare ad convellendam auctoritatem suam ordinariam etc., contra sacra iura legesque patrias. Si quid tale in nostris statutis ordinatum est, ex ipsorum lectione intelligetur.

Haec omnia suprascripta vera esse ego subsignatus Cisterciensis commissarius fidem facio ac super iisdem consilium et auxilium requiro.

Frater Edmundus a Cruce, A. Castellionis,
Cisterciensis commissarius,
manu propria.

---

10. [34] *D. 7 Septembris.*

Ego quoque Stanislaus Domańsky, sacra auctoritate Ap. publicus notarius, praefatum R-dum D. commissarium comitatus, his omnibus actis interfui, fieri vidi et suprascripta omnia, praesertim vero praedictorum, R-mi D. ep-pi Posnaniensis ac eius suffraganei, Mag-ci D. marsalci, P. rectoris collegii patrum Societatis Posnaniensis, et confessarii Ovinicensis litteras omnes atque articulos, instrumentum etiam publicum super enormi percussione prioris Vangrovicensis factum, manu propria ex ipsis originalibus transcripsi, eaque cum eisdem per omnia convenire ac concordare testor sigillo meo manuali. *L. S*

11. *Fr. Edmundus a Cruce, commissarius Cisterc.* *M. Octobre 1580.*

De visitatione monasteriorum Cisterciensium, in Polonia exsistentium, a se peracta [1].

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 f. 281 sq. *orig. man. pr; a tergo a Calig. inscr.:* Visitatio monasteriorum Cisterciensium in Polonia. Commissarius illius ordinis.

Quis sit fructus et utilitas visitationis monasteriorum nostri Cisterciensis ordinis factae 1580 in Polonia, primum ex generali collatione praeteriti status eorum cum praesenti apparebit.

In priore visitatione eorundem monasteriorum comperta fuerunt communia fere omnibus, quae sequuntur: vix ulla nostrae professionis nota exterior; alius et diversus in aliis atque aliis habitus, diversae, vel potius nullae regulares observantiae; divinum officium negligenter celebratum, eius ritus, cantus, caeremoniae et similia, mixta, confusa et saepe saecularia, et pauci et quandoque nulli ad illud, secundum nostri ordinis usum celebrandum, libri. Loca regularia in aliis imperfecta, in aliis ruinosa, in aliis etiam aut nulla, aut fere ex integro diruta, in paucis sarta tecta; ecclesiae plures sacra suppellectili indigebant. Abbates raro in divino officio, rarissime celebrabant, chorum non ingrediebantur, sed extra, tamquam ep-pi vel saeculares domini, sedem suam habebant; nunquam cum fratribus, quibus nec loqui dignabantur, dumque comessationibus et compotationibus cum amicis vacabant, illis ad victum vestitumque necessaria parcissime ministrabant.

Hinc tam pauci religiosi, et eorum multi licentiosi, vagabundi, sine clausura regulari, sine ordine et honestate, rudes et ignari regulae, in disciplina morum suis abbatibus non dissimiles. Supersunt tamen in quibusdam nonnulli senes, veteris disciplinae cultores, qui eam, uti possunt, retinent.

Regimen temporale multi satis diligenter curant, sed ad explendas suas libidines, pauci ad monasteriorum utilitatem. Praedia, villasque alia bona

11. [1] *Vid. sup. N. 282 adn. 2.*

multa alii amicis et parentibus gratis ad eorum vitam, alii, si ad maiora promoverentur, suis fautoribus, alii aliis modis dederunt, distraxerunt, vendiderunt. Nihil per religiosos, omnia per saeculares ministros et quandoque haereticos, procurant, unde ipsi religiosi contempti, quasi mancipia reputabantur.

Nihil refero de luxu, fastu, famulitio nimio, nihil denique de incontinentia, spurcitiis spuriisque quorundam abbatum (sunt enim. qui caste vivunt), sed ea neque ab aliis legi, neque a me referri sine pudore possent.

Serenissimus Rex officii mei me monens, inter cetera de vitiosis loquens, mihi dixit haec verba: »Quae in veteri libro scripta sunt, deleantur, et novus liber fiat; sed qui deinceps non religiosius, quam antea, vixerit, puniatur severius«. Quia ergo S. R. M. pro gratia sua regia, praeterita illa eis condonari voluit, nihil peculiarius de illis recensebo. Omnes peccaverunt et ea gratia indigebant; me quoque oportuit ea omnia divinae misericordiae et poenitentium contritioni committere.

Haec fuerunt communia et crassiora mala, quibus in priore visitatione quaedam remedia, unicuique propria, adhibui, quae, in statutis capituli generaliter complexa, non repeto.

In posteriore vero visitatione, etsi tam cito a contrario ad contrarium fieri nequeat perfecta mutatio, coepit tamen satis feliciter. Nam divinum officium celebratur multo diligentius ac devotius, quam antea, secundum nostri ordinis usum et caeremonias sacras, prout verbo et exemplo religiosos in unoquoque monasterio per multos dies docuimus. Resumpserunt uniformitatem tam in habitu, quam in ceteris observantiis regularibus: frequentius sacerdotes celebrant, iuniores confitentur et communicant. Melius eis de victu et vestitu aliisque rebus necessariis providetur; non amplius excurrunt, nec vagantur extra monasteria, ut solebant; numerus eorum augetur in dies, et quousque sint religiosi ad docendum capaces, in unoquoque monasterio conductus est saecularis baccalaureus artium, qui iuvenes instruit; ecclesiae paulatim vasis et ornamentis instrui, aedificia reparari, alienata bona recuperari incipiunt. Vitia priora bonis legibus ac poenis, contra transgressiones statutis, comprimuntur.

Haec bene coepta sunt in monasteriis, quae secundo visitavi. Ad ea et ad meliorem suae dignitatis officiique sui functionem adducti sunt abbates, si non virtutis amore, saltem formidine poenae. Ad obediendum satis sunt faciles, modo non sint ad relabendum. Sed si qui ad vomitum redierint, poterunt modo compesci punirique, prout tamen fert iniqua haec temporum condicio.

Ut illa evidentius pateant, ex multis perstringam pauca, quae, qualis fuerit particularis status monasterii cuiusque antea, et qualis nunc sit, designabunt secundum ordinem monasteriorum, quem secundo visitando, sum secutus.

In diocesi Wladislaviensi.

Olivense monasterium, olim omnium ipsius ordinis in hoc Regno amplissimum, locis regularibus aliisque elegantibus aedificiis ad religionem monasticam aptissimum. A quatuor annis per haereticos Gedanenses devastatum [2]; ipsi proinde coacti, conferunt viginti florenorum milia ad illius reparationem. His adiutus abbas, iam plus quam mediam ecclesiae partem, dormitorium et claustrum restauravit, intra annum, Deo iuvante, perficiet. A viginti et aliquot annis est abbas, erant cum eo quatuor sacerdotes religiosi, alii quatuor desolationis illius tempore in Germaniae monasteria transierunt, revocati, nunc redire debent. Sex novitios nuper accepit, et diebus festivis ipse eiusque sacerdotes non ignari contionantur populo catholico, qui in ea regione, fere ab haereticis occupata, locum alium, in quem ad sacra confugiant, non habent, atque ita in fide catholica retinentur. Fuerat ipse abbas expulsus a quodam canonico, intruso, qui multa interdum bona monasterii alienavit [3], sed restitutus eo mortuo, pro recuperandis bonis illius continuo litigavit, et iam duas villas et unum praedium recepit.

Zarnoviensis prioratus monialium [4], Olivensi monasterio unitus; loca eius regularia pulchre extructa, multae in eis erant ruinae et in regulari clausura. Priorissa est a triginta annis, tres tantum cum ea moniales; bonorum mala dispensatio; provisum est, ut sit melior; ruinae reparantur, muri clausurae iam restaurati sunt, ipsa clausura ordinata, tres assumptae novitiae. Abbas Olivensis curare debet cetera fieri et observari.

Peplinense [5], in aedificiis regularibus Olivensi aequale; ecclesia egregia, sed in multis corrupta erat, fenestrae eius altae et latae vitreae, vento disiectae; in partibus tam ipsius ecclesiae, quam claustri contiguis fornices collapsae. Abbas [6] est a septemdecim annis, cum eo sex religiosi, tres eorum sacerdotes, duo ex aliis monasteriis; antea duo, in ipso professi, in alia transierunt. Hoc anno abbas fornices illas reparavit, fenestras ante hiemem claudere, aliquot ornamenta ecclesiae comparare ac dormitorium restaurare debet, ut fratres in eo suas cellas habeant. Accepit quatuor novitios et conversum unum, qui fratribus ministrat. Eius praedecessor [7] impignoraverat quoddam praedium pro mille aureis, ad contributionem regiam conferendis; hos cum praesens abbas restituere non posset cum eorum interesse, dederat ipsum praedium contractu perpetuo, quem modo me praesente rescindit, et cum bonis condicionibus ad monasterii utilitatem advitalitium fecit.

11. [2] *A. 1576 excordiente bello, quod Stephanus Rex contra Gedanenses, obedientiam excutientes, suscepit. Vid. Protestationem Casparis Geschkau, abbatis Olivensis, d. d. Thorunii 1 Decembris 1576 (Pawiński, Źródła Dziej. III p. 8 sq.).*

[3] *A Nicolao Locka, canonico Varmiensi, qui a. 1569 mortuus est.*

[4] *Żarnowiec (germanice Zarnowitz), in distr. Pucensi, in Prussia Occid.*

[5] *Pelplin, in distr. Starogardensi, in Prussia Occid.*

[6] *Leonardus Remborski (1563—1590). Vid. S. Kujot, Opactwo Pelplińskie p. 248 sq.*

[7] *Stanislaus Żelisławski.*

Coronoviense [8]: ecclesia, dormitorium et refectorium, integra; claustrum nullum est, cetera paucis reparationibus indigebant. Abbas [9] est a quatuordecim annis, cum eo octodecim religiosi, tredecim eorum sacerdotes; prior et alii aliquot probi senes, disciplinae regularis adhuc custodes. Abbas accepit duos novitios, ut numerum viginti praefixum compleat; iam ligna ceteraque necessaria parat ad aedificandum claustrum aliaque reparanda; ecclesiam sacra suppellectile melius debet instruere. Eius antecessor, ut fieret suffraganeus [10], suo fautori concesserat ad tres vitalitatos quinque villas, quas ut recuperet, litem intendit, cuius decisionem diligenter persequitur.

In diocesi Gnesnensi.

Vangrovicense [11], ubi capitulum nostrum celebravimus: loca regularia, integra, commoda et bene reparata; ecclesiae pars fere media ab initio relicta est imperfecta. Abbas [12] est a viginti quinque annis, cum eo tredecim religiosi, decem eorum sacerdotes, duo ex altero monasterio. sicut et duo ex ipso in aliud abierant. Prior et alter, baccalaurei in theologia, boni contionatores; in nullo alio monasterio sunt graduati. Abbas paulo ante capitulum clausuram regularem conventus (priore non satis apta) de novo aedificavit, item bibliothecam, quam etiam bonis authoribus locupletavit, et aliqua aedificia necessaria extruxit, ecclesiae suppellectilem plurimis ornamentis et aliquot vasis argenteis auxit, quatuor novitios accepit: fratri suo germano ad vitam eius villam unam concesserat, quam nisi amanter restituerit, brevi, uti cum eo, me praesente, egit, ipsum iure compellet ad eam restituendam.

Landense [13]: loca regularia. omnia; ecclesiae et claustri fornices relictae ab initio imperfectae, multa in aedificiis reparanda. Abbas [14] est a quinqe annis, cum eo quatuordecim religiosi, undecim eorum sacerdotes; prior et aliquot alii senes, probi religiosi, duo ex aliis monasteriis. Abbas nuper Roma rediit, tres accepit novitios, pro ecclesia aliquot ornamenta comparavit, reparationes necessarias incepit. Quatuor villas a praedecessore suo ad vitalitatem datas, satagit, ut recuperet.

Olobocense [15] monialium: loca regularia, integra, satis in bono statu, excepta clausura. Abbatissa, plusquam a viginti quinque annis, cum ea duodecim moniales; sacerdos saecularis earum confessarius erat cum uno

---

11. [8] *Koronowo (germ. Krone), in distr. Bidgostiensi, in M. Duc. Posnaniensi.*

[9] *Laurentius Żaliński.*

[10] *Ad preces Nicolai Wolski, ep-pi Vladislaviensis, Adam Merchonuski (?) abbas Coronoviensis, 13 Aprilis 1565 ep-pus Margaritensis et suffraganeus ep-pi Vladislaviensis factus est (Korzeniowski, Analecta Romana p. 112 N. 180).*

[11] *Wągrowiec (Vangrovecia), ad flumen Welna, in M. Duc. Posnaniensi.*

[12] *Andreas Dzierżanowski.*

[13] *Ląd (Lenda), ad flumen Wartha, in distr. Slupecensi, in Regno Poloniae.*

[14] *Matthaeus Borzewski.*

[15] *Ołobok, ad flumen Prosna, in distr. Odolanoviensi, in M. D. Posnaniensi.*

altero. Nunc assumptae sunt quatuor novitiae; unus ex senioribus Landensis monasterii praedicti, loco saecularis, pater confessarius; ad regularem clausuram et ad meliorem temporalis regiminis administrationem ordinata sunt necessaria; nihil est alienatum.

Suleioviense[16]: reparationibus indigebant tam regularia, quam alia aedificia, et ecclesia conventusque necessaria suppellectile. Abbas, a triginta annis; interfuit Tridentino concilio nomine cleri Poloniae, commissarius ordinis erat, Gnesnensis est suffraganeus[17]; decem cum eo religiosi, septem eorum sacerdotes Accepit modo quatuor novitios, multas reparationes fecit, et ornamenta ecclesiastica comparavit, et conventui de necessariis providit. Dederat cuidam amico duas villas, quae eo his annis mortuo, monasterio restitutae sunt.

In Culmensi diocesi.

Duo tantum sunt monialium monasteria. Primum, in civitate Culmae[18], quod antea desertum erat A quinque annis speciali quadam vocatione, quae nunc ex illustri familia est, facta monialis et abbatissa, monasterium ex integro restituit; habet secum viginti moniales, accepit quatuor novitias, numerum triginta monialium brevi completura; continuo reparat aedificia, multa bona alienata recuperavit, et accurate regularem observantiam servat. Unus ex senioribus praedicti monasterii Coronoviensis est pater confessarius, et alter sacerdos pro celebrandis missis.

Alterum est Thorunense[19], prope muros civitatis, quae haeretica est; monialibus deficientibus per mortem, conversa, quae sola remanserat, facta est abbatissa; a septem annis accepit quinque moniales. Documenta omnia et bona monasterii magistratus civitatis haereticus occupat; in una monasterii parte constituit xenodochium pro pauperibus, alteram monialibus reliquit. eisdem singulo quoque mense aliquam pecuniae summam ministrat et catholicum sacerdotem fovet. Non permisit me visitare; cum S. R. M-te agendum erit de monasterio illo ab ipsorum haereticorum manibus eripiendo.

In diocesi Cracoviensi

nondum secundo visitavi, sed monasteriorum status talis primo erat:

Andreoviense[20] omnium est antiquius: sine clausura, multae ruinae in aedificiis regularibus, praesertim in dormitorio. Abbas[21] est a decem annis, cum eo octo fratres, quinque eorum sacerdotes; aliquot alii in alia monasteria transierant. Ecclesia suppellectile indigebat; quinque villae et praedium ad vitalitatem datae.

11. [16] *Sulejów (Suleioria). ad flumen Pilica, in distr. Petricoviensi, in Regno Poloniae.*
[17] *Stanislaus Falencki, ep-pus Theodosiensis. A. 1561 a clero Poloniae ad concilium Tridentinum deputatus fuit. Praeterea vid. sup. N. 34.*
[18] *Chełmno (germ. Culm).* [19] *Toruń (germ. Thorn).*
[20] *Jędrzejów, in distr. Kielcensi, in Regno Poloniae.*
[21] *Stanislaus Białobrzeski.*

Vanchocense[22]: aedificia omnia, in bono decentique statu. Abbas[23], a viginti et amplius annis, cum eo sex sacerdotes et duo novitii; aliquot professi in alia monasteria transierant; abbas concesserat usumfructum unius praedii et duarum villarum cuidam amico pro aliquot annis, quibus expletis, eas restituere recusabat; petiit a me mandatum, ut eum ad id iure compelleret.

Pokryvnicense[24], ad summam inopiam redactum per praecedentes abbates, qui tres fuerunt spatio decem annorum; ab eis triginta quatuor villae et novem praedia diversis modis distracta sunt. Abbas[25], a tribus annis, cum eo septem religiosi, quatuor eorum sacerdotes, quinque sunt ex aliis monasteriis; multae ruinae, in ecclesia aliisque locis regularibus, ab eis reparandis se excusabat abbas, prae inopia.

Palatinus Cracoviensis, haereticorum caput[26], earum villarum quatuordecim et aliquot praedia ad vitam habebat; eo nuper mortuo, illae restitui monasterio debuerunt.

Mogilense[27], sive de Claratumba, prope Cracoviam: abbas, factus Camenecensis episcopus, Romam profectus erat[28]; a viginti annis et amplius huic monasterio praeest, quatuordecim habet religiosos, undecim eorum sacerdotes, duo erant ex aliis monasteriis et duo ex ipso in alia migraverant; ecclesia, bene instructa et ornata; loca regularia paucis reparationibus indigebant. Praefatus palatinus[29] sex villas ipsius monasterii tenebat ad vitam suam. Notandum, quod tres, qui multa bona monasteriorum occupabant, mortui sunt.

Scericense: aedificia eius omnia lignea et vetusta, exceptis ecclesiae muris. Abbas[30], a quindecim annis, quinque cum eo religiosi, tres eorum sacerdotes, duo ex aliis monasteriis; ecclesia et conventus necessaria suppellectile indigebant. Pro recuperandis duabus villis litigabat abbas.

In singulis reliqueram ordinationes de iis, quae reparanda agendaque erant.

In diocesi Posnaniensi

secundo non visitavi, sed duobus monasteriis praeteritis, per alia tria transivi.

Bledzoviense[31]: hac vice praeterii; in prima aderat electus[32], quem coram conventu de professione facienda monueram, ac de locis regulari-

---

11. [22] *Wąchock, ad flumen Kamionna, in distr. Ilzensi, in Regno Poloniae.*

[23] *Andreas Karwicki.* [24] *Koprzywnica (Pocrivnicia), in distr. Sandomiriensi.*

[25] *Nicolaus Luboracki, qui a Stephano Rege d. d. Brodniciae 6 Maii 1577 conventui monasterii Coprziwnicensis commendatus fuit (Pawiński, Źródła Dziej IV p. 119).*

[26] *Petrus Zborowski.* [27] *Mogiła, in distr. Cracoviensi.*

[28] *Martinus Białobrzeski. Vid. sup. N. 237.* [29] *Cracoviensis, Petrus Zborowski.*

[30] *Szczyrzyc (Czyrzyc), in distr. Limanoviensi, in Galicia. Abbas, Petrus Borowski.*

[31] *Bledzew (germanice Blesen), ad flumen Obra, in distr. Miedzichodzensi (M. D. Posnaniensis).*

[32] *Andreas Kościelecki.*

bus extruendis, quia nulla sunt, nec claustrum, nec capitulum, nec dormitorium; quinque erant religiosi, quorum tres sacerdotes, duo ex aliis monasteriis, aliqui etiam ex ipso in alia transierant.

Oveniscense monialium: a tribus annis abbatissa[33] praesens seniori subrogata est. Moniales in priore visitatione conquerebantur hoc factum fuisse cum iniuria senioris, quia R-mo D-no Posnaniensi monasterium ipsum visitanti et iniungenti ei, ut aliquos sumptus faceret, et se non posse facere cum respondisset, malleque cedere, quam tantopere vexari, praesertim, quae multum non ita pridem impendisset in prosecutione litis, quam contra praefatum palatinum Cracoviensem obtinuerat in magnum monasterii commodum, eam a suo officio excusavit ipse R-mus et praesentem eis eligendam proposuit, quam ne R-mum offenderent, acceptarunt[34]. Affirmabant ipsam, ut ad hoc perveniret, dedisse duas villas ad vitam suis fautoribus, aedes monasterii lapideas Posnaniae et multa munera, ipso iubente ep-po (quod per interpretem ipsa mihi in examine confessa est), et abbas Premetensis, R-mi D-ni suffraganeus[35], qui tali electioni, tanquam ordinis commissarius, praefuit, in capituli congregatione coram omnibus retulit et moniales scripserunt. Conquerebantur praeterea se ab illa male tractari, suis vero parentibus in monasterio, cum illarum magna molestia, residentibus, largiri omnia et per eos administrari. De iis omnibus illam monueram statueramque, quae necessaria fuerant, tum etiam, ut clausura, quae nulla erat, fieret et servaretur, aedificia, quae ruinosa erant, reficerentur, et concessa bona repeterentur; quod opportunius erat remedium, capituli statuto provisum, impediente episcopo, executioni demandari non potuit. Cum moderna et seniore abbatissa erant novem moniales.

Paradisense[36]: loca regularia eius omnia pulchre extructa fuerunt, nunc autem multis ruinis affecta; ecclesia, suppellectile necessaria destituta, eius fenestrae, corruptae. Abbas[37], ab octodecim annis; quinque erant religiosi, tres eorum sacerdotes, duo ex aliis monasteriis; secundo non visitavi, sed vidi reparationes fieri, campanile de novo erigi, quatuor novitios assumptos; nihil est alienatum. Hoc monasterium est in confinio Silesiae; ecclesiae villarum ipsius occupatae fuerunt ab haereticis ministris, qui plebem seduxerunt negligentibus iis, qui lupos illos abigere debuerant. Quod ut faciat abbas in villis, quae sunt in Polonia, exemplo eorum, qui idem fecerunt, quod in capitulo ea de re statutum est, servare debet.

Premetense[38]: excepta ecclesia, aedificia regularia lignea sunt, et prae

---

11. [33] *Owińska, ad flumen Wartha, in distr. Posnaniensi. Abbatissa, Margaretha Herstopska.*

[34] *Vid. sup. App. N. 10.* [35] *Iohannes Węgorzewski.*

[36] *Paradyż (germanice Paradies), in distr. Miedzirzecensi, in M. Duc. Posn.*

[37] *Stanislaus Wierzbiński.*

[38] *Przemęt (germanice Priment), ad flumen Obra, in distr. Babimostensi (M. D. Posn.).*

vetustate ruinae proxima, dormitorium fulcris sustentatur, ne corruat. Abbas[39] proximo quoque tempore debet nova aedificia illorum loco extruere, si ordinationibus ea de re factis paruerit; praeest huic monasterio plusquam a viginti annis, habet quinque religiosos, tres eorum sacerdotes, duo in alia monasteria transierunt. Idem abbas est Posnaniensis suffraganeus; duas villas magnas et opulentas pro duabus tenuibus D. marsalco [commutavit], qui, commutationem hanc nimis inaequalem et monasterio damnosam quia non approbavi, mihi offensus, se in me impediendo R-mo D. Posnaniensi adiunxit[40]. Hac secunda vice abbas erat absens, nec fui admissus in locis regularibus, nec ad loquendum fratribus, ideo non vidi, si quid prima visitatio profuit.

Obrense[41], desolationi proximum; iam claustrum corruit, dormitorium multis in partibus corruptum, ruinosa ecclesia, quae, ut cetera aedificia, lignea est, excepto choro. Abbas[42] a quindecim annis est, nec quicquam reparavit, aut aedificavit in monasterio, nisi domum sibi, procul a regularibus locis remotam. Is est, qui secundo, nec in necessitate, hospitalitatem exhibere voluit; tantum abest, ut me admiserit et aliquid eorum, quae in priore visitatione ordinaveram, fecerit. Fueram ei comminatus me contra eum processurum ex vigore statutorum ordinis, nisi concubinam spuriosque, quos ad minus octo retinet in monasterio, eiiceret, novitios vero assumeret et aedificia repararet ac necessaria de novo aedificaret. Haec monita mea contempsit, potius religiosos eiecit; primum enim erant quatuor, duos nunc tantum retinet: iuniorem nuper professum, necdum ordinatum, et priorem, alterius monasterii professum et fugitivum, abbati ipsi in moribus non dissimilem, qui cum plebaniae vicinae inserviat, in ipso monasterio divinum officium deseritur. Istud monasterium satis est opulentum; taxatum est in capitulo ad duodecim religiosorum numerum. Relatum mihi est ipsum abbatem durante capitulo dixisse coram aliquot abbatibus: »Si iste commissarius me tentaret deponere, deponerem illum prius per amicos«, quasi innueret, quod idem mihi fieri procuraret, quod olim cuidam alteri commissario ex Gallia misso, quem quidam abbas ab eo depositus, per amicos curavit interfici. Idem non vacat suspicione haereticae pravitatis, nam mihi fuerat accusatus, quod continuo versaretur cum haereticis, nunquam, aut rarissime, celebraret, et in tam miserabili statu monasterium relinqueret; et nunc etiam commissam mihi auctoritatem atque adeo excommunicationem contemnere videtur.

Ex his paucis apparet fructus praedictae visitationis monasteriorum Cisterciensis ordinis, qui si non sit tantus, quantus expectari potuisset, id malignitati temporis ac obiectis difficultatibus potius, quam mihi, precor, ut imputetur. Nam, si non quantum debui, saltem quantum potui, feci

11. [39] *Iohannes Węgorzewski, ep-pus Enensis i. p. i.* [40] *Vid. sup. App. N. 10.*
[41] *Obra, ad flumen Obra, in distr. Babimostensi (M. D. Posn.).*
[42] *Iohannes Bolęcki.*

facturusque sum imposterum, Deo iuvante impedimentisque cessantibus, quidquid mihi melius consultum fuerit.

Haec omnia ita esse pro officio meo bona fide refero.

Frater Edmundus a Cruce,
A. Castellionis, Cisterciensis commissarius.

12. *Exeunte anno 1580.*

Numerus eorum, qui sunt conversi ad fidem catholicam in tractu Premisliensi.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 *inter* f. 23 *et* 24 *schedula, epist. Ben. Herbesti (vid. sup. N. 274 adn. 4) adiuncta; a Caligario inscr. u. s., qui postremum versum manu propria addidit.*

Nobilis Anna Podolska, Lutherana.
Nobilis Martinus Zowelsky, Arianus.
Nobilis Stanislaus Marczinowsky, Lutheranus.
Generosus Stanislaus Godzissewsky una cum coniuge, Calvini.
Generosus Petrus Rudowski, Lutheranus.
Nob. Anna Gotkowska, Lutherana.
Stanislaus sartor.
Albertus pellifex.
Septem mulieres in Tunaje *(s)* quoque a Iesuitis proxima Nativitate Domini sunt conversae.

13. *Varsoviae 18 Ianuarii 1581.*

Gratulatio R-mi D. Nuntii Ap. ad Ser-mum Regem Poloniae, Varsaviam e proelio victorem revertentem.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 380 sq. *a tergo inscr. u. s.* 1581. — Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 361 sq. — Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 93v sq. *inscr.:* Oratio habita coram Rege Poloniae, redeunte cum secunda victoria 18 Ianuarii 1581[1].

Optatissima nobis hodierna dies illuxit (Serenissime atque Invictissime Rex), qua anni unius, aut eo plus paulo vix evoluto spatio, summa animi nostri laetitia et exultatione, victori Tibi e proelio revertenti iterum obviam prodimus, iterum de superbissimo hoste relata spolia partasque victorias et gratulamur et admiramur. Ad gratulationem quidem nos ardens, quo in S. R. M. Tuam ferimur, studium inducit; in admirationem vero rerum per te tam brevi temporis spatio gestarum et amplitudo et felicitas pertrahit. Quis enim non admiretur, quod M-tas T. princeps Regum omnium Polonorum eo victricibus *(s)* armis penetrarit, quo

13. [1] *Vid. sup. N. 305.*

neque Boleslaus ille, Rex omnium bellicosissimus, neque alius quispiam unquam deinceps pervenerit, exercitum M-tas Tua ad infestissimam Moscoviae partem non modo salvum et integrum, sed etiam victorem adduxerit, et eo adduxerit, ubi nulla unquam hominum memoria Polonorum arma visa sint? Sed quod omnium admirationem superat, neque M-tem Tuam oppositae et instructae hostiles acies, neque barbaricae telluris facies et aspectus, non densissimarum silvarum inextricabilis error, non coenosa vastissimarum paludum vada et anfractus a generoso animi proposito deterruerint, non labores assidui, non militares vigiliae, non munitissimae adversae arces erecta M-tis Tuae ad veram gloriam praeclara studia atque conatus retardaverint, non imminentia instantis mortis pericula susceptorum consiliorum constantiam fregerint, non denique calidissimi hostis invidiosae legationes animi tui prudentiam deceperint. Quibus quidem in rebus, quae et amplissimae sunt, et militaris gloriae plenissimae, cum fortissimi imperatoris et sapientissimi Regis officia et munera M-tas T. impleverit, merito nos, ac iure quidem, iterum et saepius et gratulamur et admiramur.

Ceterum haec gratulatio nostra non eo tantum pertinet, ut Regi solummodo, sed etiam ut Regno et Reipublicae laetemur. Hinc enim nobilissimae gentis Polonae militaris virtus, vitio temporum pene intermortua, haud ita longo intervallo, M-te Tua duce repetita, clarior multo et illustrior evasit; hinc ad imperium Polonicum eam accessionem factam esse videmus, ut opulentissima civitas, immensus et ferax ager, munitissimae complures arces, ex ipsis Moscoviae visceribus bellica virtute ereptae, armis vestris cesserint; hinc quasi quidam et magnus quippe gradus non modo ad oppugnandum, verum etiam ad evertendum Moscoviticum imperium factus. Gratulor quoque, praestantissime Rex, fortissimis militibus, quorum opera eximia in rebus gerendis M-tas T. usa est, quique robore corporum et animi atque consilii magnitudine ad omnia belli pericula praesto fuerunt, utque sua studia et in patriam officia Regi et Reipublicae vehementius probarent, solito frequentiores hoc anno ad arma cucurrerunt, fortissime, ubi opus fuit, depugnarunt, et summa cum laude unacum M-te T. vicerunt. Felix itaque faustusque sit omnium vestrum adventus, fortunata in patriam reversio, et clarissimae nationi Polonae perpetuo salutaris, sempiternaque gratulatione dignissima. Hoc enim et S. D. N. Gregorius XIII Pont. M. omnibus votis exoptat, et divino quodam consilio S-tas S. permota, M-tem T. paulo ante in bellum proficiscentem, gladio et galea, armis fere coelestibus (solenni quidem certe ritu ac precatione eius ipsius Christi Vicarii ore consecratis), ad certissimam victoriam manibus propemodum suis accinxit et armavit, atque pro sua in M-tem T. atque in hoc amplissimum ac nobilissimum Regnum paterna caritate et cura, pro vestra omnium salute et incolumitate Deum orare nunquam intermittit. Hoc idem boni omnes precantur et expetunt, hoc ego ipse, qui studio atque

observantia in M-tem T. clarissimamque hanc provinciam nemini concedo, perpetua sacrarum precum et supplicationum continuatione et serie ab Immortali Deo petere non desino. Quod quidem profecto fiet, si vos tot tantorumque beneficiorum non immemores, hanc felicitatem non armis vestris, non viribus, non bellicae virtuti ascripseritis, sed illi ipsi Immortali Deo, D-no et Deo exercituum, qui omnium victoriarum dator et largitor est, totius istius feliciter depugnati belli gloriam gratiamque retuleritis. Hoc enim et vos facere docet magnus ille bellator, idem Rex, idem propheta sapientissimus, dum ait: Afferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam et honorem, qui docet manus vestras ad proelium et digitos vestros ad bellum [2]. Dixi.

14. *Stephanus Rex Gregorio XIII P. M.* *Varsoviae 2 Februarii 1581.*

De revocatione oratoris sui.

Bibl. Vat. Barb. Lat. Ms. 5742 f. 432 *cop.*

Orator meus, R-dus Petrus Dunin Volski, ep-pus Plocensis, quem ad S-tem V. testificandae meae erga S-tem V. et Sedem S. Ap. observantiae et benevolentiae causa miseram, functus est, ut opinor, hoc officio suo, quod S-ti V. planum fecerit; et S-tas V. hoc idem sibi persuadeat eo me animo et voluntate esse erga S-tem V., ea item erga Sedem S. Ap. propensione et benevolentia, ut principi nulli, re ipsa id declarare cupienti, primas concedere velim. Quoniam vero eundem oratorem meum ad ecclesiae Dei et reipublicae munia obeunda leges Regni mei vocent, revocandum illum ipse quoque statui: est enim primarius Regni mei consiliarius, habens etiam ep-patum, praesentiam ipsius maxime requirentem, hoc potissimum tempore, quo sit opus advigilare, ne gregem D-ni lupi invadant et dissipent, quod ne fiat, mei est sive officii, sive pietatis diligenter etiam providere. Hunc igitur a me revocatum S-tas V. benigne dimittat ipsique, de rebus meis et Regni mei quaedam etiam nunc referenti, fidem adhibebit [1]. Opto S-tem V. bene ac feliciter valere — —

15. *In monasterio Suleioviensi 29 Martii 1581.*

Electio Rev-di D. Stanislai Ostrowski in abbatem Suleioviensem.

Arch. Vat Nunz. Polon. Vol. 18 f. 39 sq. *cop. ex cancell. Bolognetti, inscr. u. s. A tergo:* Copia collationata cum originali.

13. [2] *Ps. 29; 1 et Ps. 143; 1.*

14. [1] *Vid. sup. N. 309 et N. 372 adn. 1.*

In nomine Domini. Amen. Frater Edmundus a Cruce, humilis abbas monasterii Beatae Mariae Castellionis, Cisterciensis ordinis in dioecesi Virdunensi, Parisiensis doctor theologus, Rev-mi in Christo P. et D. Nicolai Boucheratii, abbatis Cisterciensis et eiusdem ordinis superioris generalis, vicarius cum expresso S. D. N. D. Gregorii PP. XIII mandato, universis praesentes inspecturis, salutem in Domino.

Notum facimus, quod vacante monasterio Beatae Mariae Suleioviensi nostri Cisterciensis ordinis in dioecesi Gnesnensi, per obitum bonae memoriae Rev-di in Christo P. D. Stanislai Falenski abbatis, nonnulli ipsius monasterii fratres, nobis (uti de iure conveniebat) minime vocatis, nec servatis aliis requisitis sollemnitatibus, nec etiam concordibus omnium votis, ad quandam novi abbatis electionem processerant. quod, quia ab eis attentatum erat contra sacros canones, ordinis nostri statuta et R-mi D. generalis nostri auctoritatem, qua licet indigni fungimur, tolerare non potuimus, nec debuimus. Itaque huic malo ut provideremus, in ipsum monasterium venimus et cum de causis huius praesumptae electionis inquireremus, ipsi fratres nobis exposuerunt alias non fuisse. quam praedictorum canonum et statutorum ordinis, quae nondum illis fuerant tradita. ignorantiam, praeterea opinione ductos fuisse, quod ea ratione bonorum monasterii direptionibus, quae fiebant, maturius providerent; proindeque nobis supplicabant, ut hanc culpam eis condonaremus. cumque tentata illa per eos electio non esset legitime, nec ex votis omnium facta. ad novam procederemus.

Quapropter praefixa illis per nos ad eam faciendam die vicesima secunda mensis Martii praesentis anni millesimi quingentesimi octuagesimi primi, celebrata missa de Spiritu Sancto, confessis et communicatis singulis fratribus, facta etiam protestatione, quod absentia duorum abbatum ordinis, qui iuxta statuta ipsius ordinis eidem electioni tanquam testes interesse debuissent, effectum ipsius electionis non impediret, quandoquidem. Ser-mo Poloniae Rege Stephano ita iubente, diutius differri non poterat. congregatis ad sonum maioris campanae in capitulo ipsius monasterii fratribus, primum praetensam illam electionem illegitimam. fratre Petro Crussoski eidem, de se sic nulliter factae, cedente, irritavimus irritamque ac nullam esse declaravimus, deinde vero ad electionem aliam in nomine Domini procedendo, ipsos fratres a censuris, quas forte propter attentatam illam, aut quomodocumque incurrerant, absolvimus, ad eligendum habiles fecimus et hortati sumus, ut eum in abbatem eligerent, qui sciret, vellet et posset ipsum monasterium fideliter regere ad Dei gloriam. animarum salutem et populi aedificationem. Non potuimus, quin eis proponeremus, ac quantum in nobis fuit, commendaremus eum, quem R. M-tas nobis et totis fratribus eo fine commendaverat; verum pater prior et singillatim ceteri fratres, ab eligendo, aut postulando sibi a R. M-te commendato multis de causis se excusantes, in secreto votorum scrutinio un-

animiter, nemine discrepante, nominarunt et elegerunt in abbatem suum Ven-lem in Christo P. D. Stanislaum Ostrowski, Beatae Mariae Vangrovecensis religiosum, expresse professum, sacerdotem, sacrae theologiae baccalaureum, de legitimo matrimonio procreatum, quem disciplinae monasticae semper studiosum extitisse et paulo ante prioris officio in hoc ipso Suleioviensi monasterio per aliquot annos diligenter et sine reprehensione fungentem, multa magnaque pietatis, eruditionis ac prudentiae suae dedisse testimonia referebantur, et qui huic monasterio [si] praeficeretur, valde utilem asseverabant, etiam interposito iuramento, quod nullis sollicitationibus, aut donis corrupti, sed solius conscientiae testimonio, propter ipsius monasterii commodum, ad eligendum illum adducerentur; supplicabantque, ut electionem ipsam concluderemus et approbaremus, quod certis de causis distulimus in sequentem diem. Quo die, ipsis fratribus magis ac magis urgentibus et ad illam, sic concordibus omnium suffragiis factam, concludendam nos ex officio nostro teneri et sacrorum canonum et statutorum ordinis poenis cogi nobis exponentibus, tandem assensum praebuimus electionemque ipsam de persona ipsius Ven-lis P. Stanislai legitime factam conclusimus.

Postea vero, vicesima nona eiusdem mensis et anni, accersitum electum suum nobis obtulerunt, instanter supplicantes, ut electionem de ipso, ut praefertur, celebratam confirmaremus eumque in realem et actualem ipsius monasterii possessionem induceremus et installaremus, secundum facultates nobis a R-mo D. generali nostro Cisterciensi commissas, a S. Sede approbatas et a Ser-mo Rege admissas, tum etiam secundum ius liberae electionis, quod inviolabiliter semper in hoc monasterio non modo iuxta communia ordinis, sed etiam peculiaria huius monasterii privilegia retentum fuisse probabant, denique secundum consuetudinem hactenus in Regni huius monasteriis omnibus servatam, qua legitime electus ad possessionem admittitur. Nos itaque, consideratis eorum rationibus, ne Spiritui S. resistere et electionem legitimam impedire velle videremur, contra officium nostrum et institutam per nos horum monasteriorum reformationem, quae non mediocriter iuvaretur, si non aliae, quam regulares et idoneae personae in abbates eligerentur et electiones de talibus factae effectum suum sortirentur, qualis cum ipsa sit, ac de ipsius electi moribus non ita pridem in ipsius monasterii visitatione bonum testimonium habuerimus, ac per diligentem inquisitionem comperiamus eum a multis propter vitae probitatem simul et doctrinam plurimum commendari eoque nomine toti viciniae gratum esse et optatum, ipsi in capitulo coram nobis existenti huius muneris difficultates et pericula explicavimus, ac si ipsum subire et electioni de se factae consentire vellet ab eo quaesivimus. Ipse vero post aliqua verba, quibus et oneris huius magnitudinem et suarum virium imbecillitatem humiliter agnoscebat, tandem de divino auxilio confisus, ipsi electioni consensit eamque acceptavit. Quibus omnibus rite peractis, ipsum

Rev-dum Stanislaum Ostrowski in verum et legitimum ipsius monasterii abbatem, patrem et pastorem pronuntiavimus et, recepto ab eo sollemni et solito de fidelitate regiminis deque ceteris servandis iuramento ac adhibitis omnibus secundum Apostolica et ordinis nostri instituta requisitis in talibus actibus, eundem in actualem et realem ipsius monasterii possessionem induximus, et per traditionem regulae et sigillorum curam et administrationem eiusdem monasterii tam in spiritualibus, quam in temporalibus commisimus, dantes ei potestatem exercendi regularem ordinis nostri iurisdictionem in omnes ipsius monasterii personas regulares, priorem, subpriorem ceterosque tam claustrales, quam alios officiarios instituendi· eosdem etiam, si opus fuerit, destituendi, religiosos suos omnes et singulos in officio debitaque obedientia continendi iuxtaque suorum exigentiam demeritorum per censuras ecclesiasticas et regulares poenas corrigendi ac puniendi, a peccatis suis, quoties opus fuerit, in foro poenitentiae absolvendi, vel aliis capacibus et idoneis, qui eos cum poenitentia salutari absolvant, committendi, ceteraque omnia agendi, faciendi et exercendi in spirituali temporalique ipsius monasterii regimine, quaecumque verus et legitimus abbas secundum ecclesiae canones, regulam nostram et ordinis nostri statuta agere, facere et exercere potest et debet. Tum prior ceterique professi, tam sacerdotes, quam alii, eundem in abbatem suum recipientes, professionem ei fecerunt in praesentia nostra, regularem obedientiam usque ad mortem promittentes. In signum vero laudis et iubili Te Deum laudamus, modulantibus organis et campanis pulsantibus, cantari fecimus, confidentes, quod, divina gratia eidem electo nostro assistente, sub eius fideli administratione monasterium ipsum salutaria in omni pietate accipiet incrementa. Quoniam autem divus legislator noster Benedictus admonet eum, qui in abbatem electus est et animas suscipit regendas, ut agnoscat, quod pro certo in die iudicii ipsarum animarum omnium est redditurus Domino rationem, ideoque Rev-dum ipsum electum hortati sumus hortamurque continuo, ut timore futurae illius discussionis perterritus, in religiosorum sibi commissorum cura vigil sit et sollicitus, et sicut est maior illis dignitate, auctoritate et honore, ita pietatis devotione, virtutum perfectione, nostrae regularis disciplinae observantia studeat esse superior, se ipsum factis praestet, quod dicitur abbas, pater et pastor, abbatiali potestate iusta et licita religiosis suis praecipiat, paterna caritate eos instruat, amet et diligat, pastorali sollicitudine eos exemplo vitae, verbo doctrinae et rerum necessariarum liberali subventione pascat, foveat et ad divini cultus augmentum multiplicet, indisciplinatos, negligentes et contemnentes arguat, increpet et corripiat, obedientes vero, mites et patientes obsecret, ut de virtute in virtutem proficiant, talem denique se praebeat, ut cum suae villicationis rationem reddiderit D. Deo de fideli ac prudenti sua dispensatione, laudetur, qui vero eum in praelatum suum elegerunt quique eius electioni consenserunt, propterea consolentur, quia

sicut, si negligens fuerit, peccatorum suorum, ita et bonorum eius operum erunt participes, si diligens fuerit et irreprehensibilis; et quoniam eius promotio reformationis huius tempore contigit, eo magis adnitatur, ut in hoc monasterio certum reformationis ipsius initium sit et exemplar, quod religiosi sui intuentes, ad ipsius formam se reforment, in regulari habitu, religiosa conversatione aliisque omnibus, ad professionem nostram pertinentibus, sit forma factus gregis. Vicissim vero ipsos religiosos fratres monuimus et monemus eisdemque in virtute salutaris obedientiae praecipimus, ut ipsum Rev-dum abbatem suum colant, revereantur et honorent, eius mandatis pareant, nunquam proterve intus vel foris cum eo contendant, nonnisi cum humilitate et reverentia eum conveniant, aut ei loquantur, non timore poenae, sed virtutis amore in omnibus ei obtemperent, et obedientiam ei sollemniter promissam sancteque iuratam, eidem in huius legitimae electionis fraudem et praeiudicium denegare et alteri promittere nunquam praesumant, alias exnunc, prout extunc eos detestandi periurii reos esse et excommunicationis sententiam contra tales latam, hoc facto incurrisse atque ad eligendum de novo incapaces et inhabiles esse declaramus. Rev-mo D. generali nostro Cisterciensi eorum ab his poenis absolutionem reservantes. Si vero cum alacritate et gaudio ipsi abbati suo obedire perseveraverint, tanto amplius eos illi commendamus, quanto cum maiore declaratione suae erga eum voluntatis eum elegerunt, cui pro Dei amore in omni obedientia subiacerent, quod nos auctoritate nobis commissa, Ap. mandato comprobata, ratificavimus, confirmavimus et corroboravimus tenoreque praesentium ratificamus, confirmamus et corroboramus hoc decreto nostro, quod, ut coram quibuscunque plenam fidem, vim et robur habeat, signo manuali et sigillo nostris munivimus.

In ipso monasterio Suleioviensi predicta die 29 Martii anni 1581.

Frater Edmundus a Cruce abbas Castellionis,
Cisterciensis commissarius, manu propria.

16. *Paulus Boxa S. I.*[1] *Caligario.* *Cracoviae 31 Martii 1581.*

Elenchus conversionum et nova quaedam transmittuntur.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 88 *orig., a Calig. inscr.:* Haeretici Cracoviae conversi.

Non m'occorendo altro per adesso, ho voluto solamente sodisfare al commandamento di S. S-ria R. con darli la nota di quelli che hanno abiurato l'heresia inanzi a me. L'uno, è stato Stanislao Gromek cittadino Vislicense, di più Agnese Koziareczka gentildonna honorata, Anna Komperowna et un altra per nome Regina; et anche un altra gentildonna ha lasciata l'utraque spetie. Sono stati alcuni altri assoluti dal mio compagnio, li nomi de quali non so.

16. [1] *Postea viceprovincialis S. I. in Polonia.*

Mando all'Ill-ma et R-ma S. V. certe nuove d'Ingelterra, scrittemi da un padre nostro in Vienna, le quali credo che S. S-ria R. non leggerà senza qualche consolatione nel Signore, et anche una lista delli nostri padri, che sono adesso in Roma nella congregazione generale.

17. *Caligarius Statuta societatis S. Annae confirmat. Varsov. 11 Apr. 1581*

Cracoviae, Bibl. Czartor. Ms. 1619 f. 179 sq. *cop., a Ioh. Demetrio Solikowski nominato ac electo archiep-po Leopoliensi (1582) corroborata* [1]. *A tergo manu Cromeri:* S. Annae societas.

In nomine S-mae et individuae Trinitatis. Amen. Ioannes Andreas Dei et Ap. Sedis gratia ep-pus Brittonoriensis et comes, S-mi in Christo Patris et D. N. D. Gregorii divina providentia PP. XIII in utraque signatura referendarius et praelatus domesticus, eiusque ac S. Sedis Ap. ad Ser-mum principem Stephanum Poloniae Regem eiusque Poloniae Regnum omniaque alia dominia et loca eidem Regi quomodolibet subiecta, cum potestate legati de latere nuntius, universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem et sinceram in D-no caritatem. His, quae pro omnipotentis Dei intemerataeque eius Genitricis Virginis Mariae et Sanctae Annae, ipsius Deiparae matris, laude et gloria ac pro animarum salute meritoriisque operibus exercendis pia et provida fidelium ordinavit devotio, ut firma, perpetua et illibata consistant, libenter cum a nobis petitur, Ap. muniminis adiicimus firmitatem. Illa etiam, per quae laus, gloria et animarum salus huiusmodi ac populi devotio amplius possit procurari, favorabiliter concedimus, prout conspicimus in D-no salubriter expedire. Sane exponi nobis nuper fecerunt dilecti in Christo confratres infrascriptae confraternitatis, quod alias ipsi, seu eorum praedecessores, pia in Deum et S. Annam B. V. Mariae matrem devotione ducti, unam utriusque sexus ac etiam tam saecularis condicionis, quam ecclesiastici ordinis Christi fidelium confraternitatem sub ipsius S. Annae invocatione apud diversa huius incliti Regni et M. Ducatus Lithuaniae loca, nostrae legationi subiecta, instituerunt, sub certis constitutionibus et ordinationibus a ipsa confraternitate et confratribus observandis, quas nobis in scriptis exhibuerunt, huiusmodi sub tenore videlicet:

Societas S. Annae, ad gloriam et laudem Dei omnipotentis et ad consolationem fidelium christianorum eorumque fidei, spei et caritatis incrementum, et communem utilitatem per Poloniam instituta et suscepta.

Fructus caritatis salus. Psalm. LXI. Confidite in Deo, omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor vester in aeternum.

---

17. [1] *Vid. sup. N. 290 adn. 3.*

Fraternitas seu societas B. Annae, matris Deiparae Virginis Mariae, ut maiore devotione, reverentia et utilitate, ad honorem et gloriam unius veri Dei in Trinitate S. adorandi et ad diligentiorem beneficiorum Dei, nobis per B. Annam, pretiosum Dei donarium, et filiam eius intemeratam Virginem in generatione Salvatoris nostri nobis exhibitorum, commemorationem suscipiatur, crescat et debita incrementa sumat, haec capita generalia nos, eius societatis fratres, bono studio conscripsimus, ad quae servanda et auxilio divino implenda atque nunquam transgredienda nos ipsos et qui eam societatem suscepturi deinceps erunt, bona et christiana sponsione, sponte et alacriter obligavimus.

I.

Unusquisque nostrum orationem dominicam, salutationem angelicam et professionem fidei catholicae, tum et decalogum debet scire, tenere, intelligere cum liberis, quibus ii fuerint et cum familia sua in domibus quisque suis.

II.

Cum magna reverentia, devotione et attentione sacrosanctae missae sacrificio quotidie adesse, circa illud passionem D-ni et Salvatoris nostri Iesu Christi meditari, pro illo Deo agere gratias, ad sacrum vero, quod tertia feria de S. Anna cani solet ad fratres Bernardinos Cracoviae, Vilnae, Varsoviae, Leopoli et passim in Regno, Lithuania et Russia, sive aliis in locis peculiaribus, templis et sacellis ex devotione hominum constructis, vitam S. Annae ac B. Virginis Mariae et nativitatem, incarnationem D-ni Redemptoris nostri recolere. Absentes vero, negotiorum suorum gravium causa impediti, excusentur.

III.

Praeter tempora in S. catholica ecclesia constituta, et alia, pro more et devotione eiusque div. S. Annae, peccata sua humiliter Deo et sacerdoti idoneo confiteri et sacrosanctam eucharistiam devote suscipere; alii autem difficultatibus impediti, uberiorem elemosynam in pauperes erogabunt.

IV.

Ebrietatem et omne scandalum vitare, item detractionem proximorum fugere, perniciosus enim et turpissimus morbus hic est; nemini nocere lingua vel facto, imo omnibus prodesse, et esse auxilio opera nostra opus habentibus liberalitate, consilio, consolatione; hominum fidelium dissensiones componere eorumque concordiam promovere, de quolibet bene sentire et cogitare, neminem dolo, fenore, fraude circumvenire, sed cum omnibus vere et sincere in omni actione versari.

V.

Cum nos audire contingit aliquem contra S. catholicam ecclesiam eiusque doctrinam, vel in specie contra filium Dei, contra Spiritum S., quod iam, proh dolor, impune fertur, vel contra septem sacramenta ecclesiae,

vel contra sanctos Dei loquentem, vel potius bacchantem, eius blasphemias vel silentio, vel subrisione et quasi tacito assensu non excipere, sed, cuicunque nostrum est aliqua doctrina, placide et pro modestia catholica ubique reprehendere, ne stultus videatur sibi sapiens. Qui autem doctrina caret, debet tamen dicere id sibi displicere: quod secus S. ecclesia catholica doceat; et si haereticus ille a sermone suo non quieverit, sed verba sua continuare voluerit, ab illo assurgere et, sicut D. Iohannes Evangelista a Corintho, ocius, ne ira Dei in contemnentes superveniat, fugere et recedere.

VI.

Et quoniam assidue inter prospera et adversa rotamur, quae aequanimiter non ferimus, decet nos, fratres eius societatis, utramque sortem moderate ferre, in rebus secundis non efferri, neque Dei oblivisci, sed eas potius ipsi acceptas referre ac pro illis gratias agere, neque in superbiam extolli, aut per philautiam sibi placere, aut aliquid adscribere; in tristibus autem non murmurare, sed se Divinae voluntati committere ac recordari tribulationum D-ni Salvatoris nostri et B-mae V. Mariae et S. Annae, Sanctorum omnium, qui in asperis et molestis rebus semper Deo obtemperabant eiusque voluntati subiecti erant.

VII.

Cum autem omnes infirma vasa gestemus et infirmitati ita obnoxii simus, ut saepius ab officio nostro declinemus et lapsus ac vitia nostra non cognoscamus, statutum est, ut quisque nostrum alterum fratrem societatis de eius vitiis, quae certo explorata habeat, in caritate fraterna admonere et praecavere sit obstrictus, quod ab admonito fratre grato et inoffenso animo cum gratiarum actione accipi debet.

VIII.

Symbolum, seu signum huius societatis quisque nostrum pensile feret e collo aureum, vel argenteum, seu aeneum, catenula, vel velo, vel sericea cordula appensum — numisma eiusmodi in terrenorum principum gratiam ferri solet — ex una parte B. Annae, B. V. Mariae et D. Iesu in earum sinu, usitato more, impressam imaginem cum inscriptione in ambitu: »S. Annae Societas«, in altera vero parte haec tria verba: »Fructus caritatis salus«, directe posita, habens.

IX.

Senior frater unus debet in singulis annis eligi, qui ab aliis rerum necessariarum admonitus, et tempus congressuum communium designabit et omnis recte ordinis et bonae operationis atque disciplinae erit director.

X.

In omnibus congressibus suis, qui in templo, vel sacello S. Annae apud fratres Bernardinos, vel palatio, aut quolibet honesto loco circa alia loca S. Annae dicata habebuntur, fratres omni modestia et honestate utentur, nihilque ibi rerum aliarum agent, nisi ea, quae ad necessitates huius

societatis spectant. Quibus feminae non intererunt, sed de iis, quae a fratribus constituentur, e suggestu a contionatore edocebuntur.

XI.

Arcula, sive capsula societatis in templo asservabitur, cuius claves apud seniorem atque alterum fratrem a congregatione electum erunt. In hanc annuae elemosynae pro ecclesia, sacerdotibus et pauperibus loci a fratribus et sororibus inferentur. Quod ut ratum singulis annis sit, fratres et sorores, nomina sua in hanc societatem dantes et se in librum societatis, qui in templo semper servabitur, inscribentes, prout cuiusque voluntas erit, quisque se numeraturum pro elemosyna pollicebitur atque valorem et numerum exprimet, quot ad festum S. Annae daturus est.

XII.

In librum societatis huius fratres vel sorores sese inscribentes, hac vel simili forma utentur: Ego N. huic societati S. Annae subscribo eamque servaturum me ad Dei gloriam et S. eius ecclesiae catholicae incrementum et utilitatem promitto; ad usus huius societatis et ecclesiae et pauperum singulis annis, quoad vivam et ubicunque fuero, si potero, N. aureos, vel florenos, vel grossos pro elemosyna daturus sum. Scripsi die, mense, anno etc.

XIII.

Cum autem frater, aut soror eius societatis ex hac misera vita in coelestem illam transferetur, quisque nostrum sepulturae ipsius intererit et christiana caritate ultimum mortuo obsequium praestabit, illiusque exequias solitis caeremoniis, orationibus et elemosynis obibit. Absentes suam iustam absentiam aliqua elemosyna, qui poterunt, alioquin orationibus ad Deum pro eius anima compensabunt.

XIV.

Bis in anno exequiae generales et funebrae *(s)* sacrum pro fratribus aut sororibus defunctis huius societatis celebrabuntur: primo, postridie S. Annae, quod si dominica fuerit, transferetur in diem Lunae die festo non impedito; secundo, postridie die dedicationis ecclesiae vel sacelli S. Annae, quae solet fieri N. Quibus binis exequiis et sacris fratres et sorores adesse et oblationes, qui possunt, pro more facere debent.

Corollarium.

Coronula S. Annae veteri more una cum aliis rebus bonis, hoc erga Deum ingrato et prophano saeculo sublata et intermissa, sed tamen a piis et devotis hominibus, et praesertim matronis sanctis, hucusque conservata, recitabitur certis temporibus ab hominibus minus occupatis pro libito eo modo, quem contionator, seu confessarius explicabit, sed ad orandum sequentes orationes singulis diebus omnes obligati sunt. Qui vero legere nescient, loco orationum infrascriptarum, quinquies orationem dominicam et salutationem angelicam ad honorem quinque vulnerum D-ni N. I. Chri-

sti singulis diebus devote recitare ac pro S. ecclesia catholica, pro Ser-mo Rege et pro haereticorum conversione Deum orare debent.

Orationes societatis, singulis diebus dicendae:

Pater Noster. Ave Maria.

Deus, qui B. Annam matrem tuae Genitricis fieri voluisti, praesta quaesumus, ut apud te meritis utriusque, matris et filiae, Regna coelestia consequamur.

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate. Quaesumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noster. qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra devitare et ad te, qui via, veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui salvas omnes et neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni haeretica pravitate deposita, errantium corda resipiscant et ad veritatis tuae redeant unitatem. Per D-num N. I. Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus S. Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

S. Anna, patrona nostra honorandissima, ora pro nobis peccatoribus, S-ma Mater Dei, virgo benedicta, intercede pro nobis miserrimis. Iesu Christe, fili Dei vivi, Salvator noster, miserere nobis. Deus propitius esto mihi peccatori.

Ac pro parte eorundem confratrum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus institutioni confraternitatis huiusmodi, pro illius subsistentia firmiori, robur Ap. confirmationis adiicere ac faciendi processiones cum sacratissimo Corporis Christi sacramento et cum indulgentiarum concessione pro aliquibus diebus facultatem concedere ac alias in praemissis opportune providere de benignitate Ap. dignaremur. Nos igitur, Ioannes Andreas ep-pus et nuntius Ap. suprascriptus, qui ut praefertur, eorum votis libenter annuimus, per quae Divinus cultus incrementum suscipiat: confratres praefatos et eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, dummodo in eis per annum non insorduerint, ad effectum praesentium [absolvimus], duntaxat consequentes harum serie absolutionem et absolutos fore censemus; huiusmodi supplicationibus inclinati confraternitatis institutionem huiusmodi ac omnes et singulas constitutiones et ordinationes praefatas Ap. auctoritate, nobis per litteras Ap. nostrarum facultatum, ad quarum insertionem non tenemur, commissa et qua fungimur in hac parte, tenore praesentium approbamus et confirmamus ac illi et illis perpetuae firmitatis robur adiicimus omnesque tam iuris, quam facti defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus et insuper dictis confratribus, nunc et pro tempore existentibus, quod ipsi pro

utiliori confraternitatis huiusmodi directione et perpetratione constitutiones et ordinationes, cum consensu tamen et approbatione R. D. ep-pi loci ordinarii, declarare, ampliare et limitare possint, licentiam et facultatem concedimus et elargimur nobisque ipsis reservamus. Necnon eisdem praefatae confraternitatis S. Annae confratribus, sive sacerdotibus ecclesiae, in qua praefata confraternitas fuerit, praesentibus et pro tempore existentibus, ut deinceps Sanctissimum Corporis Christi sacramentum summa cum veneratione ipso die S. Annae, dedicationis ecclesiae vel sacelli, die B. Ioachimi, ubi mos est antiquus hoc festum celebrari, et praeterea quater in anno, videlicet quolibet primo die Martis post quatuor tempora in maiori eiusdem ecclesiae, sive in praefatae confraternitatis altari tenere a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive dierum ipsarum ac ante vel post missam itidemque utrasque vesperas cuiusque dierum eorundem publica processione etiam, quemadmodum in ipso eius festo, non tamen extra ecclesiae et cimiteriorum limites, deferre queant, eadem auctoritate Ap. nobis, ut praefertur, commissa, tenore praesentium facultatem impertimur. Utque ipsi confratres eo libentius devotionis causa dictis sacris, missis et processionibus intersint, quoad hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refertos, nos de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Ap., eius auctoritate nobis, ut praefertur, tributa confisi, omnibus et singulis in dicta confraternitate descriptis, qui suprainscriptis sacris missis, quae tertia feria de S. Anna cani solent, devoti interfuerint, pro qualibet vice 100, qui praefatis processionibus Venerabilis Sacramenti cum reverentia et devotione interfuerint, 200, qui etiam confessi et contriti, 300, qui vero in festivitate S. Annae confessi et contriti S-mam Eucharistiam sumpserint, 350 dies de iniunctis poenitentiis, seu quae merito iniungi deberent, misericorditer in D-no relaxamus praesentibus perpetuo valituris. Datum Varsoviae Posnaniensis dioecesis in Venerabili monasterio S. Georgii d. 11 m. Aprilis A. D. 1581, pontificatus praefati S-mi D. N. D. Gregorii PP. XIII anno nono.

Io. And. ep-pus Brittonoriensis, nuntius Ap.

Tarquinius Peculus, utr. iur. Doctor,

R-mi D. nuntii Ap. auditor et cancellarius.

Ioannes Demetrius Solikowski, nom. ac electus archiep-pus Leopoliensis, testor originali respondere, manu mea.

18. *Paulus Boxa S. I. Caligario.* *Cracoviae 21 Aprilis 1581.*

De exspeditione litterarum: de conversione cuiusdam nobilis Arianae.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 98 *orig.*

In questi quasi giorni ho ricevuto due di S. S-ria R., et nell'ultima mi La commandava che parlassi con S-r Montelupi intorno a quel plicho di

lettere, mandato per il M-ser Lorenzo Nelli a di 6 di febraro, il che ho fatto il medesimo giorno, dove egli mi disse di non haver particolar memoria di questo, ma che tuttavia sperava che non sian' andate male, essendo il M-ser Lorenzo un huomo fidato, diligente et da bene. Et il medesimo affirmava il M-ser Mazza, che si trovava allora insieme col S-r Montelupi.

Il P. Gasparo mio compagno, dice di non haver notato in particolare quelle persone che hanno abiurato l'heresia nelle mani sue; con tutto questo dice che in questi 18 mesi che sta qui, sono stati da 15 heretici di diverse sette et 5 utraquiste. Et fra l'altre è stata segnalatissima una conversione d'una gentildonna (il che acascò doppo che io sono qui), che è stata tutta la sua vita nell Arrianesimo, la quale inanzi et doppo la confessione, per molti giorni per tutto il tempo della messa, stette publicamente distesa in terra, piangendo et mostrando segni evidentissimi d'una vera conversione et contritione. Et la voglio nominar in secreto: è S-ra Strusowa figliola del S-r Strzała, heretico et Arriano pestilentissimo et perfidentissimo; nè bastava questo, ma anche puocho doppo ha fatto battezar una sua figliola di 7 anni, che ancora stava senza battesimo. Adesso mo' vive nel monasterio delle monache di S. Domenicho ad tempus, perchè il marito anchora vive; ha havuta et ha grandissime persecutioni dalla madre et altri parenti, li quali tutti sono heretici — —

19. *Vilnae 8 Augusti 1580—24 Maii 1581.*

Nomina eorum, qui abiurata haeresi vel schismate a die 8 Augusti 1580 usque ad diem 24 Maii 1581 in manibus fratris Felicis Posnaniensis, confessoris in monasterio Vilnensi Bernardinorum, ad auctoritatem ecclesiae catholicae sese revocarunt.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 17 *inter* f. 433—434 *fascic. separatus 10 fol. const., a Caligario inscr. u. s.*

I. N. R. I. 1580. Reliquum[1] resilientium ab haeresi et Ruthenismo et recurrentium ad auctoritatem ecclesiae (fratri Felici de Poznania fratrum ordinis Minorum regularis observantiae S. Francisci, confessario coenobii Vilnensis) praestitam per R-mum D. Ioannem ep-pum Brithonoriensem, nuntium Ap. etc.

D. 8 Augusti. 2 mulieres, Catherina et Anna de civitate et ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem absolutae.

Item d. 10. Tres viri de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

Item d. 12 Augusti. Quaedam mulier de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

---

19. [1] *Vid. sup. App. N. 6.*

Item d. 16. Quidam Stanislaus de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

Item d. 15 Augusti. Quidam Iohannes de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

September.

2 d. Iuvenis quidam de Mazovia prope Warszoviensem civitatem de ep-patu Poznaniensi.

4 d. Anna quaedam, quasi Maria Magdalena, integris 10 annis non usa sacramentis ob dissolutionem vitae, rediens ad cor, confessione facta poenitentiam suscepit; absoluta ad auctoritatem Vilnae.

11 d. Septembris. Quaedam virgo Dorothea de civitate Vilnensi resiliens ab haeresi, poenitentiam suscepit.

October.

1 d. Quidam iuvenis, Generosus D. Martinus N. de ep-patu Vilnensi, qui aliquot annis infectus 4 sectis delituerat, in Zwingliana, Saxonica, Iudaeorum et Turcarum, de quibus se iactitans, cum reprehendebatur ab hominibus, prima dimissa alteram sectabatur, secunda postposita amplexatus tertiam et hac reiecta quartae adstipulatus est. Finaliter et quarta spreta, monitis salutiferis onustus, veniens nostrum ad coenobium fratrum Bernardinorum Vilnensium, voto se constrinxit velle sequi deinceps ecclesiam S. catholicam in omnibus, in praesentia Venerandi P. Leonardi a Syradia, custodis et guardiani coenobii Vilnensis fratrum iam allegatorum.

2 d. Octobris. Quidam Urbanus coniugatus, ad auctoritatem.

15 d. Octobris. Quidam Stanislaus nobilis de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

31 d. Octobris. Quidam N. nobilis, ad auctoritatem.

November.

4 d. Quidam N. nobilis, ab homicidio.

15 d. Quidam Stephanus natione Ruthenus, revocato schismate, confessione facta, matrimonio iunctus est.

17 d. Quidam N. de ep-patu et civitate Vilnensi, ab homicidio.

28 d. Quidam Sebastianus de ep-patu Poznaniensi civitatis Warsoviensis, a casibus reservatis ad auctoritatem etc.

December.

4 d. Quidam spiritualis condicionis, ad auctoritatem.

16 d. Quidam N. nobilis ab haeresi resiliens, adhaesit S. ecclesiae.

12 d. Quidam spiritualis status, ad auctoritatem.

20 d. Quidam N., ab haeresi et ab aliis casibus homicidii absolutus.

21 d. Quidam Iacobus nobilis de ep-patu Plocensi Mazoviensi, ad auctoritatem.

Item eadem die. Quidam Adrianus, ad auctoritatem.

Item quidam Urbanus Almanus de Aspergensi*(s)* ep-patu[2] reiecta haeresi, sacramentis ecclesiasticis est munitus.

22 d. Quaedam virgo de villa Dubyno[3] de ep-patu Vilnensi, Ruthena, cuius pater Owszyne. Praedicta virgo haeresi reiecta, adhaesit ecclesiae sanctae.

23. Quaedam Catherina nobilis de ep-patu Wilnensi, ad auctoritatem.

Item mulieres duo de ep-patu Vilnensi, Lucia et Catherina, ad auctoritatem.

24 d. Quidam Paulus Pyotrowycz de ep-patu Vilnensi, ex Ruthenismo ad S. ecclesiam catholicam rediit; cuius pater Stanislaus, mater vero Barbara.

25 d. Quaedam nobilis Anna, vidua de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

26 d. Quidam iuvenis Ruthenus nomine Iwan, in conspectu 12 hominum adhaesit unitati S. matris ecclesiae et fecit confessionem sacramentalem.

27 d. Quidam Martinus cum uxore sua Hedvigi de ep-patu Vilnensi, de villa Kyiani[4], ad auctoritatem absoluti.

Sub anno Domini 1581.

Ianuarius.

7 d. Ianuarii. Quidam Ambrosius de villa Melczycze(?) ep-patus Vilnensis, iuvenis Ruthenus, reiecto schismate confessionem sacramentalem faciens, matrimonio iunctus cum Litwana, muliere christianissima.

10 d. Quidam Martinus de ep-patu Vilnensi, ex Ruthenismo conversus.

20 d. Michael quidam de oppido Choychol[5] ep-patus Vilnensis, ex Ruthenismo conversus; cuius pater Syemyon, mater Appolonia.

28 d. Quidam Stanislaus nobilis de Mazovia Czarniczky, ep-patus Plocensis, ad auctoritatem.

Februarius.

14 d. Quidam Petrus Tharnowski de ep-patu Poznaniensi Maioris Poloniae, a casibus absolutus, Vilnae.

16 d. Quidam Polonus, ad auctoritatem.

18 d. Quidam Iohannes Polonus, iam incorporatus Vilnensi ep-patui et civitati eidem, revocavit haeresim.

20 d. Quidam iuvenis Georgius Ruthenus de ep-patu Vilnensi et de oppido Żodziski[6], schismate reiecto confessionem sacramentalem fecit; huius pater Albertus, mater Marina.

Item quidam Stanislaus de ep-patu et de civitate Leopoliensi, Ruthenus, rediit ad S. ecclesiam.

19. [2] *Heilspergensis = Varmiensis.* [3] *Dubina, in distr. Oszmianensi.* [4] *Kijany, in distr. Vilnensi.* [5] *Chełchła? Chorchła?, in distr. Grodnensi.* [6] *Żodziszki, in distr. Swiecianensi.*

21 d. Quaedam mulier de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

22 d. Quaedam virgo Zophia Ruthena de ep-patu et civitate Vilnensi, reiecto schismate confessionem sacramentalem fecit.

23. Quaedam virgo Elizabeth de ep-patu et civitate Vylnensi, in haeresi 5 annis delitescens, conversa, fecit sacramentalem confessionem.

25 d. Quaedam mulier de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

26. Quidam iuvenis, ad auctoritatem.

Item. Quaedam Catherina de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

27 d. Februarii. Quidam nobilis Iohannes N. de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

28 d. Quaedam virgo Martha de Ruthenismo, ep-patus Vilnensis, conversa, sacramentis ecclesiasticis usa est.

Item. Quaedam mulier Anna, de Ruthenismo conversa ad S. ecclesiam.

29 d. Quaedam mulier Catherina, ad auctoritatem.

Martius.

1 d. Quidam Iohannes nobilis N. de ep-patu Poznaniensi, ab haeresi resiliens, fecit confessionem sacramentalem.

2 d. Quidam 2 iuvenes, absoluti ad auctoritatem.

3 d. Quaedam 2 mulieres Sophia et Catherina, ad auctoritatem.

4 d. Quaedam 2 ancillae de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

5 d. Quidam Iohannes nobilis N. de ep-patu Plocensi, ad auctoritatem.

6 d. Nobilis et Honesta virgo Regina Boguszewna de ep-patu Vilnensi, ab haeresi resiliens, confessa sacramentali confessione.

Item. Duae Honestae virgines Appolonia et Anna, ep-patus et civitatis Vilnensis incolae, ex Ruthenismo conversae.

7 d. Quidam Paulus Iacubowicz de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

8 d. Martii. Quaedam mulier Anna de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

9 d. Quaedam mulier Catherina de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

10 d. Quidam Maximilianus, ad auctoritatem.

11 d. Quidam Martinus Polonus, ad auctoritatem.

12 d. Quidam Albertus nobilis N. de ep-patu Vylnensi, ab haeresi.

Item. Quidam Andreas, ab homicidio.

13 d. Quidam Nicodemus Czaplyczky, ad auctoritatem.

14 d. Quidam nobilis Paulus Wołk Ruthenus de ep-patu Vilnensi, de Ruthenismo et haeresi resiliens, fecit sacramentalem confessionem.

15 d. Quidam N. nobilis, ad auctoritatem.

16 d. Quidam Ioannes Marsupiarius de ep-patu et civitate Wylnensi, ad auctoritatem.

17 d. Quaedam Catherina de civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

Item. Quidam Iacobus villanus de ep-patu Vilnensi, ab homicidio.

18 d. Quaedam mulier N., ad auctoritatem.

Item. Quidam N. bombardarius R. M-tis, ab homicidio.

Item. Quaedam mulier N., ad auctoritatem.

Item. Quidam duo viri de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

19 d. Quidam Ambrosius de Merecz oppido ep-patus Vilnensis, ab haeresi.

20 die Martii. Quaedam mulier N. de Lomza terrae Mazoviensis, ad auctoritatem.

Item. Quidam nobilis N. Grabowski ep-patus Cracoviensis, Polonus, cuius pater Iacobus, mater Anna, ab haeresi.

21 d. Quidam Stanislaus de oppido Mazoviensi Lukowo, ad auctoritatem.

22 d. Virgo Barbara de Livonia, alias Łothewka, ab haeresi resilivit *(s)*.

Item. Quidam Valentinus Smyciewsky, ad auctoritatem.

23. Quaedam mulier Anna Almana, ab haeretica pravitate resiliens, sacramentalem confessionem fecit.

24 Martii d. Nicolaus quidam de oppido Onixta[7] ep-patus Vilnensis, ad auctoritatem.

25 d. Quidam Ioachim de oppido Radoszkowicze ep-patus Vilnensis, a Ruthenismo resiliit.

26 d. Quaedam Catherina virgo de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

Item. Quaedam mulier Anna de ep-patu Poznaniensi, ad auctoritatem.

27 d. Georgius quidam nobilis de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

Item. Quidam iuvenis de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

29 d. Quidam Laurentius de terra Volynensi de ep-patu Luceoriensi, a schismate Ruthenico.

30 d. Quidam tres homines de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

31 d. Quidam duo coniuges de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

Aprilis.

3 d. Quidam Iohannes de ep-patu et civitate Vilnensi, ad auctoritatem.

9 d. Quidam nobilis N., M-tis R. servus, ep-patus Vilnensis, ad auctoritatem.

16 d. Quidam homo, ad auctoritatem.

28 d. Quidam Martinus de civitate Gedanensi, Almanus, valedixit haeresi et fecit confessionem sacramentalem.

30 d. Quidam 5 homines, ad auctoritatem.

Maius.

6 d. Maii. Quidam homo, ab haeresi etc.

19. [7] *Onikszty, in distr. Wilkomiriensi.*

10 d. Maii. Nobilis Bartholomaeus Dobek de ep-patu Vilnensi, ad auctoritatem.

12 d. Maii. Nobilis Stanislaus Dobkowicz, filius praedicti Bartholomaei, ab haeresi.

Eadem die. Nobilis virgo Barbara Dobkowna, soror praedicti Stanislai, ab haeresi.

14 d. Maii. Quidam nobilis homo, ab homicidio etc.

16 d. Maii. Iohannes sartellus de archiep-patu Leopoliensi, a Ruthenico schismate resiliit.

19 d. Quaedam Catherina mulier de Mazovia, ad auctoritatem; de ep-patu Plocensi.

20 d. Maii. Quidam vir cum sua uxore a Ruthenico schismate resilientes, confessionem sacramentalem fecerunt.

21 d. Maii. Quaedam, ad auctoritatem absoluta.

22 d. Maii. Quaedam virgo Sophia de civitate Vilnensi schismati Ruthenico valedicens, confessionem sacramentalem fecit.

Item. Quidam Napyrkowski nobilis, ad auctoritatem.

Item. Quidam nobilis iuvenis ab homicidio.

23 d. Maii. Quidam Laurentius, ad auctoritatem.

Quaedam Agnes mulier, ab homicidio.

20. *Possevini memoriale.* *Dzisnae 5—12 Iulii 1581.*

Episcopatus Vilnensis et Lituaniae adiuvandae ratio, in qua de statu item Lituaniae agitur.

Arch. Vat. Nunz. Germ. Vol. 93 f. 373 sq. (I), f. 379 sq. (II); Nunz. Polon. Vol. 15 A f. 15 sq. (III); *tria exempla. Prima copia a Possevino emendata et a tergo inscr. u. s. — Secunda cop. a Poss. inscr. u. s. cum addit.:* Se non sarà giunta la prima copia *(cum sup. N. 404 missa),* si degnerà il S-r Canobio farla copiar in buona forma. Duplicata. — *Tertia cop. ex cancell. Bolognetti inscr.:* Ep-patus Vilnensis adiuvandi ratio, qua item Rutenorum et Moscorum iuvandorum ratio indicatur.

In primis id statuatur atque ob oculos mentis verset Ill-mus ac R-mus D. ep-pus[1] officium suum id esse, ut animas subditorum suorum cum Deo uniat atque ad aeternam gloriam, tanquam ad finem proprium, disponat et adducat; huc igitur semper esse conferendum, quicquid pro dioecesi sua iuvanda orationum, sacrificiorum, laboris, redituum atque adeo (si opus esset) sanguinis impensurus sit.

Porro cum ep-patus quatuor hominum genera habeat, qui ad Deum D. N. dirigendi sunt: primum, schismaticorum id est Rutenorum, secundum, Tartarorum, Iudaeorum et haereticorum diversorum colluviem, ter-

20. [1] *De origine huius informationis, Georgio Radziwill porrectae, vid. sup. N. 404.*

tium, catholicorum laicorum, quartum, ecclesiasticorum, hi omnes variis rationibus curandi sunt.

Quod ut fiat (vinea illa praesertim sic dissipata), ineunda in primis illa ratio est, quam et Christus Dominus instaurando mundo adhibuit, pauperum nempe aliquorum exiguo numero instituendo, ut et hi postea euntes doceant omnes has gentes.

Cum autem demortuus ep-pus [2] aliquot (ut vocant) bursas Vilnae instituerit, in quibus pauperes scholastici saltem domicilium haberent, in quo vacare studiis literarum apud nostrum collegium possent, si Ill-mus D. ep-pus praesens aliquid siliginis et hordei, unde panis et cervisia, et aliquid (licet raro) carnis vel piscium, aut pisorum iusserit istiusmodi scholasticis dari, triginta vel 40 pauperes exiguo sumptu ali possent, in quibus tamen deligendis et aliqua specie disciplinae fovendis, esset procurandus honestus aliquis adolescens de sodalitate B-mae Virginis, qui sancti huius negotii curam susciperet quique postea, cum ei spes daretur ecclesiastici alicuius beneficii, magis erga totam rem afficeretur. Sed et in istis pauperibus alendis, potior adolescentum natu grandiorum (ceteris paribus) esset habenda cura, quo facilius Lithuania operarios assequeretur.

Ut vero hanc in rem exiguus sumptus insumetur, ita et ep-pus Samogitiae [3], quam summam ad hoc ipsum habere iam sepositam auditur, huic rei facilius attribuet, et aliqui religiosiores canonici Vilnenses unum vel alterum pauperem scholasticum (eo ep-pi vel tacentis exemplo) libenter sustentabunt. Quamobrem fiet, ut sensim disponantur ad iusti seminarii formam instituendam, ubi iam ex istis seminibus adeo parvis non mediocris fructus coaluisse videbitur.

Ad schismaticos vero iuvandos, quandoquidem hi primum Graecis erroribus imbuti, nunquam pene a multis annis habuerunt, qui eos errores illorum lingua detegeret, veritatem autem aperiret earum calumniarum, quas falso ecclesiae Romanae asperserunt, omnino quam primum curandum erit, ut catechismus parvus idiomate et charactere Rutenico conscriptus, prodeat in lucem, item R. P. Scargae Polonicus liber de schismate Graecorum [4], deinde Gennadii quinque breves tractatus de erroribus Graecorum, qui in synodo Florentina damnati sunt [5], denique evangelia recte versa, et vitae aliquorum sanctorum Graecorum, quibus fides ac pietas firmari et augeri queat. Sic facili hac ratione quaquaversum, usque in Moscoviam et per universam Russiam pervadet istius laboris fructus, de quo iustissimum item a Deo praemium R-mus ac Ill-mus ep-pus consequetur.

20. [2] *Valerianus Protaszewicz.* [3] *Melchior Gedroić.*

[4] O jedności Kościoła Bożego pod jednym pasterzem i o greckiem od tej jedności odstąpieniu. *Ed. 1577.*

[5] *Gennadius (Georgius Scholarius).* Apologia pro quinque capitibus concilii Florentini. *Versio Lat. ed. Romae a. 1579.*

In collegio autem nostro iam sunt matrices characterum Rutenicorum, ex quibus efformari possint quantilibet typi, quibus ista omnia mediocri impensa prodire in lucem poterunt; tum iidem libri variis adolescentibus, qui studiorum gratia confluunt ad Vilnense collegium, distribui poterunt, ut in omnes finitimas provincias eos subinde disseminent.

De Tartaris vero, si quis adolescens Arabice aut nosset, aut disceret, facili negotio agere posset cum iis, qui Tartaros solent docere, adhibita ea fidei professione, quam Latine et Arabice Romae impressam, attuli Vilnam, plura enim exemplaria illius reliqui in collegio[6]: quandoquidem ipsi Tartari solent aliquos in Arabiam mittere, ad eam linguam et characteres addiscendum. De Iudaeis autem si ea ratio adhiberetur, quae Romae non minimo cum fructu adhibetur, ut aliquando illis die sabbati ab aliquo catholico sancta scriptura exponatur[7] (quod quidem ut esset haeresibus quoque aliis extinguendis utilissimum, ita haud difficile a pietate Ser-mi Regis posset impetrari, ut Vilnae et alibi edicto iuberetur), intelliget Ill-mus ep-pus, quantopere muneri suo satisfaciet ac quantopere verum illud sit, quod ait scriptura: Verbum meum non revertetur ad me vacuum[8]. Nam et terra silvestris et arida si excolatur, aliquem denique fructum edit.

De haereticis, cum iam collegium libris catholicis edocendis et edendis plerisque operam assidue det, cumque nunc alterum Polociae collegium instituatur, quae ad dioecesim quoque Ill-mi ep-pi Vilnensis pertinet, eo sperandum erit plus boni, si quid eiusmodi fiet cum parochis, de quo paulo post dicetur.

De laicis catholicis, cum reliqua omnia, quae hoc scripto continentur, ad eos iuvandos faciant, tum curet Ill-mus ep-pus, ut cum multos nobiles suae domi alat, hi nec tempus terant, et vero aliquid habeant, quo boni illorum igniculi ad pietatem et ad bonas saltem historias et alia id genus possint excitari. Quam ad rem promovendam expediret, ut nonnulli meliorum librorum in cubiculis eorum distribuerentur, quibus et ipsi demum consaguineos suos iuvabunt.

Ecclesiasticorum vero cum duo quasi genera sint, alterum eorum, qui re ipsa paroeciis inserviunt, alterum illorum, qui contenti sunt reditibus Christi sine ullo labore percipiendis, primum caritas requirit, ut laborantibus in vinea Domini auxilium aliquod feratur.

Hoc autem initio expedire videretur, ut parochorum vel vicariorum catalogo conscripto, ii, qui minus mali vel etiam meliores sunt, Vilnam alius post alium accerserentur, ubi suaviter et commode per unum men-

20. [6] *Vid. sup. N. 178 adn. 10. De pluribus exemplaribus huius professionis, a Possevino inter Tartaros Lithuanicos distributis, scripsit quoque Paulus Campanus d. 10 Octobris 1581 ad Claud. Aquaviva (vid. sup. N. 376 adn. 1).*

[7] *Vid. E. Rodocanachi, Le St. Siège et les Juifs (Paris 1891) p. 272 sq. et H. Vogelstein - P. Rieger, Gesch. der Juden in Rom (Berlin 1896) vol. II pass.*

[8] *Isaia 55 d. 11.*

sem possent ea edocere, quae eorum muneri fungendo essent necessaria. Quod quidem et per collegium nostrum et per aliquem probum sacerdotem, vel per D. suffraganeum [9] effici posset, sic tamen, ut dum aliquis eorum a sua paroecia abesset, alter sacerdos vel ex ipsius sacellanis, vel alius eo ab Ill-mo ep-po mitteretur, tum ut absente parocho paroeciae inserviret, tum ut perspectis omnibus, liquidius de illarum animarum statu deque aptioribus ad rem Divinam adolescentibus in reditu referret ep-po.

Et unico illo quidem mense parochus, aut vicarius animari posset ad generalem confessionem rite faciendam, ad usum catechismi Romani, quem vel interdum ex scripto pro ratione temporum anni populis recitaret, ad dignoscendos aliquos communiores conscientiae casus et ad sacramenta ministranda. Deinde remitti posset cum iisdem libris, addito Concilio Tridentino, Summa Armillae, Postilla Vangrovicii, Vitis Sactorum a P. Scarga collectis, Catechismis parvulis [10], quos edocere pueros et rudes posset, atque adeo aliquibus imaginibus piis et rosariis, quae omnia quinque vel sex aureis nummis constarent, quamvis et parochi opulentiores aut partem istarum rerum habere poterunt, aut eadem suis sumptibus (si detur opera, ut Venetiis quamprimum in Lituaniam importentur) sibi comparabunt.

Atque haec certe prima saltem visitationis ratio facillima est et efficacissima, qua sine alieno onere, beneficii vero collatione atque doctrina, altas et sine ullo strepitu in universa dioecesi radices ad divinam gloriam aget, cum postea pietate maturescente manuque aliqua operariorum comparata, multa alia poterunt suavius et perfectius absolvi. Reliquum est, ut quando ii, qui plurium beneficiorum reditibus potiuntur, nec vero aut resident, aut sedulo operam animabus sibi commissis navant, de hac quoque re nonnihil scribatur.

Et primum, pro certo habendum est, cum haec, quae superius attigimus, in rem ab ep-po conferentur, fore ut Deus, tacente ipso ep-po, istiusmodi hominibus aliquid adspiret, unde ad muneris sui rectius exequendi rationem disponantur. Verumtamen, si neque hoc modo adduci possent, videtur esse cavendum, ut principio eorum animi non irritentur magis, quam incitentur ad bonum, si summo iure agendum esse cum iis iudicaretur. Nam si promulgatum et admissum in synodo Gnesnensi Tridentinum concilium, hortationesque tum Pontificis Maximi, tum nuntiorum pontificiorum, atque adeo catholica religio ipsius Ser-mi Regis, et res istius Regni ob tot haereses ac sectas attritae, deinde ipse conscientiae stimulus, quo vix aliquis tam impius est, quin pungatur, ob innumerabiles animas, quae quotidie pereunt, non fuere tanti, ut adduci ad officium possent: certe vix sperandum est, ut si edictis vel litibus initio cum eiusmodi ho-

20. [9] *Cyprianus O. Praedic., ep-pus Mothonensis i. p. i.*

[10] *Iacobi Wujek Vangrovecensis S. I. Postilla minor, ed. 1579 et 1580 (Wierzbowski, Bibliog. pol. I N. 379 et 391). Piotra Skargi Żywoty świętych Starego i Nowego Zakonu, ed. Vilnae 1579. De catechismis, vid. Estreicher, Bibliog. XIX p. 181 sq.*

minibus agatur, aliud inde, quam molestia ep-po possit accedere. Quin vero, ut aliqui horum rempublicam administrant, maiora negotia facessent ep-po, ut etiam reliqua, quae optima et facillima essent, traducentes, pro viribus impedirent. Et tamen, ut conscientiae suae satis faciat Ill-mus ep-pus, primum istorum ecclesiasticorum salutem ipse expetat necesse est, atque eam Deo serio commendet, si ab eius Divina bonitate serio cupit exaudiri: ut enim a Deo desideria bona proficiscuntur, ita haec solent esse certissimi praecursores, qui rem denique bonum exitum sortituram praenuntient.

Deinde per confessarios ii accuratius admoneri possent, quasi id nesciente ep-po, iis quidem rationibus allatis, quae magni ponderis essent, nec facile ab hominibus in suam perniciem argutis, aut callidis eluderentur.

Tertio, ubi ab Ill-mo ep-po cum aliquibus piis et prudentibus de huiusmodi rebus secreto agetur rationesque utrinque tam affirmantes, quam negantes erunt perscriptae, tum consulendus omnino videretur Mag-cus D. cancellarius ac denique Ser-mus Rex, qui pro eorum singulari pietate, Ill-mi ep-pi cum maturum ingenium et solidas rationes atque in primis prudentem ad omne bonum propensionem liquidius cognoverint, non solum eius conatus commendabunt, sed modum invenient, quo sine rerum turbatione ii ad aliquem exitum perducantur. Ut vero aliquid effectum erit, iam id ipsum ad alia bona viam complanabit, ac sternet item ad persuadendum Ser-mo Regi, ne permittat, ut tot sacerdotia vel indignis, vel uni tantum homini attribuantur. Atque ut haec omnia non succederent, certe magnam apud Deum conscientiae suae levationem sentiet Ill-mus ep-pus, qui tum denique S. Pontificem consulere posset, si quid eiusmodi esset, in quo morderi suam conscientiam sentiret, si vel censuris temperaret, aut nimis propere iis uteretur, priusquam non satis lucis hausisset ad istam molem recte disponendam.

Interea vero curandum esset, ut quoscunque cognoscere poterit ad divinas res administrandas atque ad sacerdotia futuros esse aptiores, ii ut catalogo adscriberentur, quos et a Rege Ser-mo nominandos, et a S. Pontifice confirmandos queat opportune proponere.

21. *Supplex libellus Stanislai Karnkowski, Cardinalibus exhibitus.*
Romae m. Iulio 1581.

Pro parte R. P. D. electi archiep-pi Gnesnensis infrascripta capita et causae, quibus benignitas S. Sedis Ap. circa expeditionem litterarum ecclesiae Gnesnensis imploratur, exhibentur[1].

Romae, Bibl. Vat. Lat. Ms. 6432 *(Acta Sirleti)* f. 26 *scheda, a tergo inscr.:* Ill-mo et R-mo D. Cardinali — Pro R. D. electo archiep-po Gnesnensi.

21. [1] *Vid. sup. N. 366.*

Primo, quod in administratione ecclesiae Wladislaviensis, cui hucusque praefuit, coactus est maximas impensas facere in defensionem et conservationem bonorum ecclesiasticorum, in alimenta pauperum sacerdotum et parochorum, qui populo sacramenta ministrarent et sunt per haereticos suis reditibus spoliati, tum etiam in recuperationem ecclesiarum ab haereticis occupatarum, quarum non pauca tum in Polonia, tum in Prussia non solum maximo suo sumptu, verum etiam periculo vitae, per Dei gratiam recuperavit et catholicis sacerdotibus et religiosis viris ac contionatoribus ex propria bursa vitae praesidia suppeditavit.

Deinde his proximis interregnis, quibus haeretici rem ecclesiasticam maxime affligere conati sunt, nulla comitia, nullos conventus intermisit, in quibus magno suo sumptu non adesset et hoc maxime provideret, ut ne quid detrimenti ecclesia Dei pateretur: seminaria aliquot instituit, scolae praeceptores, ministros ecclesiae suis sumptibus aluit et a mensa sua aliquot villas cum non contemnendis reditibus alienavit et pro alimentis quotidianis canonicorum suorum convertit, ut eos reditibus suis spoliatos, ad residentiam invitaret.

Insuper tempore rebellionis Gedanensis bona ecclesiae Wladislaviensis, illi civitati vicina, a militibus misere vi vexata et expilata fuerunt, unde de reditibus mensae ep-palis magna est facta diminutio.

Praeterea coactus est certum numerum equitum magnis suis sumptibus alere ad defensionem reliquorum bonorum; et commissarii Regni munere functus est in eadem civitate Gedanensi per unum fere annum, ubi coactus est pro vitae suae defensione propter haereticorum insidias magnum comitatum maiori sumptu alere [2].

Ex quibus causis factum est, ut idem R. D electus coactus sit aes alienum non contemnendum contrahere.

Nunc in archiep-pum Gnesnensem electus, archiep-palis mensae bona aeque ac magis etiam distracta, dilapidata, dissipata et expilata cognovit, propter negligentiorem defuncti archiep-pi ob illius decrepitam senectutem, administrationem, nam viri nobiles et potentes multa oppida, villas, praedia occuparunt et occupant, quae si recuperare volet, ut vult et tenetur, non solum ingentes impensas facere, sed aliquod etiam vitae periculum adire cogetur.

Reliquae autem arces, castra, palatia, domus, praedia sic sunt deserta et collapsa, partim etiam ruinam minantia, ut ad ea reficienda et alia necessario extruenda ingentes impensas facere cogatur.

Et cum de reditibus mensae archiep-palis iam decesserunt ad 34 milia florenorum, plura adhuc decedant necesse est, si colonos ad deserta bona excolenda revocare et sublevare voluerit, ut vult.

21. [2] *A. 1569—1570 Stanislaus Karnkowski inter commissarios, e comitiis Gedanum missis, fuit.*

De hac tamen reliqua parte proventuum, quae exigua est, cogitur adhuc mediam partem haeredibus defuncti archiep-pi concedere, iuxta provincialia illius Regni statuta, cum tamen a suis colonis propter assiduas et ingentes in hoc bellum Moscicum *(s)* contributiones, quas et ipse de bursa sua et coloni eius, qui tamen quotidie a transeuntibus militibus praeterea expilantur, facere ex publico decreto coguntur, vix ac ne vix quidem consuetos census extorquere possit.

Deinde instat synodus provincialis necessario celebranda, in qua erunt magni sumptus faciendi, quos nulla ratione evitare potest.

De quibus rebus si Ill-ma D. V. pleniorem et particularem de singulis informationem volet, procuratores D. electi separatos offerunt de omnibus reddere rationem.

Huc accedit, quod in hoc bello, quod Ser-mus Poloniae Rex pro fide catholica Romana contra coniuratos S. Sedis Ap. hostes Moscos gerit, Regnum pecuniis quotidie exhauritur, cum in milites et in alias belli necessitates maxima vis pecuniae distribuatur, ita, ut D. electus magnam sit difficultatem passus, antequam eam pecuniam, quam pro expeditione per suos familiares misit, in unum congregarit.

Quamobrem humiliter supplicat Ill-mae et R-mae D. V., ut horum omnium benignam rationem habere velit et in eam gratiam consentire, quae sit et praesenti necessitati, et Ser-mi Poloniae Regis expectationi, et R. D. electi petitioni consentanea

Cetera magis particularia exposita sunt Ill-mo et R-mo D. Card. Sabello, Regni Poloniae viceprotectori.

22. *Contractus et concordia inter Stanislaum Ostrowski, abbatem Sulcioviensem electum et Georgium Fabium, ad eandem abbatiam a Rege praesentatum* [1]. *D. 24 Iulii 1581.*

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 18 f. 199 sq. *cop. authentica, sigillo (cuius vestigia prostant) administratoris archiep-patus Gnesnensis communita.*

Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo,
die Lunae vigesima quarta mensis Iulii.

Coram Rev-do D. Ioanne Powodowski praeposito Posnaniensi, canonico et sede vacante archiep-patus Gnesnensis administratore et iudice ordinario, et ad acta praesentia in meique notarii publici et testium infrascriptorum praesentia constituti personaliter Rev-di ac Religiosi Domini Stanislaus Ostrowski electus abbas, necnon frater Petrus Crussowski prior, Iacobus custos, Ioannes senior, Simon subprior, Christophorus presbiter

22. [1] *Vid. sup. N. 421.*

cellarius, Christophorus et Valentinus subdiaconi, fratres conventus Suleioviensis ordinis Cisterciensis, Gnesnensis diocoesis, ad infrascripta libere et publice consentientes ac sese omnibus infrascriptis omni modo subiicientes ex una, et D. Georgius Fabius, praepositus Premisliensis, Wilnensis, Varsaviensis canonicus Sacraeque M-tis R. Poloniae secretarius et supremus capellanus ac poenitentiarius, ad hanc ipsam abbatiam Suleoviensem vigore literarum mandati et commissionis S. M-tis R. in personam eiusdem gratiose concessarum, commendatus ex altera partibus, non coacti, nec compulsi, aut aliquo devio errore seducti, sed sponte et libere, palam et per expressum recognoverunt et sunt confessi, volentes inter se lites, controversias, dissensiones et simultates omnes, quae ex iurium ratione eiusdem abbatiae Suleioviensis oriri et suscitari procul dubio possint, complanare et sopire, talem per medium certorum virorum amicabilium compositorum inter se fecisse et inivisse concordiam. Principio, R-dus D. Stanislaus Ostrowski, considerans et animo volutans bona ecclesiastica, signanter tamen conventualia, in inclito Poloniae Regno ea temporum iniuria in tantum ictum discriminis devenisse, ut, nisi auctoritate S. M-tis R. propugnentur acerrime, tristis illorum exitus et prope interitus expectetur: quare, cum R-dum D. Georgium Fabium ab eadem S. M-te R. ad abbatiam Suleoviensem commendatum, apud eandem tantum valere videat, ut per ipsum ob eam gratiam et favorem defensionem omnimodam conventus et monasterii Suleoviensis, praecipue bona, quibus saeculares inhiant, habere possint, se non posse deesse officio suo ea in parte commendationi declaravit, sperans ipsum fratres conventus eiusdem amore paterno complecti et ea, quae pro ipsorum monasterii felici regimine et bono spectare videbuntur, facere, provideque his et aliis rationibus legitimis adductus, gratiam quoque S. M-tis R. concilians, de abbatia Suleoviensi et illius bonorum occupatione pariter et omni iure suo, quod illi ad abbatiam eandem quocunque iuris titulo et ordine competebat, se omni meliori modo, via, iure et forma cessisse et condescendisse ac illud omne et integrum in personam R-di D. Georgii Fabii transfudisse regimenque conventus et omnium dictae abbatiae bonorum, attinentiarum, villarum et universarum obventionum nullis exceptis, R-do D. Georgio Fabio dedisse, contulisse et commisisse sponte et libere recognoscit, prout cedit, condescendit, transfundit et ex nunc resignat, dat, confert et committit praesentibus, ut postmodum, electione et approbatione intercedente, abbatiam et bona eiusdem universa iure proprietatis et dominii iustoque et legitimo titulo teneat, possideat, illorum regimen habeat et eisdem utifruatur, ac omnia, quae ad verum et legitimum abbatem attinent, tam in ecclesiasticis et temporalibus, quam saecularibus rebus pro voto suo administret; ipsum R-dum D. Georgium Fabium post electionem et confirmationem abbatem, in possessione abbatiae et illius bonorum nunquam sive per se, sive per submissas personas turbaturus et quovis quaesito colore, ingenio et iuris strepitu mo-

lestaturus, quibus omnibus renuntiat et iura sua omnia cassat et in nihilum redigit et nullius valoris esse vult. Rev-dus vero D. Georgius Fabius, abbas Suleioviensis, indemnitati conventus praedicti, tum et ipsius Rev-di ac Religiosi D. Stanislai Ostrowski obviando, condicionibus infrascriptis subiacebit et omnino erit obligatus. Atque principio, promittit et se obligat, quod eum ipsum R-dum D. Stanislaum Ostrowski, personam qualificatam, in monasteriis eius ordinis in seminando verbo divino per multos annos conversatum eodemque beneficio non minus dignum, Ser-mo Regi Poloniae commendabit et pro posse efficiet, ut pro ea, qua ipsum complectitur, gratia, consensum suum in coadiutoriam abbatiae Suleioviensis ipsi largiri et literis autenticis ipsam coadiutoriam approbare auctoritate sua regia dignetur, ipse vero R-dus D. Georgius Fabius abbas se in coadiutorem talis abbatiae accipere et literas consensus sub titulo et sigillo suo et conventus eiusdem expedire, dare, seu publicum instrumentum coadiutoriae eiusmodi conficere, accedente tamen ad id D-ni Ostrowski mutua opera et diligentia, dabit operam. Praeterea ad provisionem amplioris reditus et gratiae ipsi R-do D. Stanislao Ostrowski praestandae, quo toto vitae suae tempore, vel aliter ad istius abbatiae, vel cuiuspiam eiusdem ordinis, vel alterius melioris condicionis, seu provisionis D-ni Ostrowski assecutionem, victum et amictum sufficientia *(s)*, pro nobili et ea, qua in abbatia per eum resignata pollere debebat, condicione, habeat, idem ipse R-dus D. Georgius Fabius abbas cum suo toto conventu et fratribus ad id sponte et publice consentientibus, sese successoresque suos abbates cum conventu obligat et omni meliori modo, stilo et forma, quibus melius potest et possunt, inscribit: quod, dum et postquam electus, publicatus, institutus, confirmatus benedictusque ac in possessionem realem, actualem corporalemque abbatiae et illius bonorum inductus et positus fuerit, ipse trecentos florenos monetae et numeri Polonicalis consueti, ratione pensionis, seu potius provisionis honestae et sufficientis singulis annis, quam diu ipse D. Ostrowski mortalem duxerit vitam, et nisi eandem assecutus fuerit abbatiam, vel alias meliorem condicionem et provisionem habuerit, pro festo Nativitatis D. Salvatoris N. solvendos in mense Decembre realiter, integraliter, incunctanter et omni seclusa mora, quibus renuntiat, solvet, reponet, successoresque sui, abbates et conventus de bonis, vacante abbatia, solvent et in effectu numerabunt. Quoniam vero abbatia praedicta vacante, in usum et necessitatem ecclesiae et conventus ac ad tuenda manuque tenenda bona abbatiae mille quingentos in personam suam Generoso D. Stanislao Roxiczki contraxit florenos, memoratus R-dus D. Georgius Fabius abbas cum suo conventu, legitimam et quietam assecutus fuerit possessionem quam primum abbatiae, promittit et se obligat, prout praesentibus promittit, obligat et inscribunt *(s)*, quod saepe nominatum R-dum D. Stanislaum Ostrowski fratrem pro mille quingentis florenis eidem D. Stanislao Roxiczki contractis intercedet, a solutione eiusmet summae contractae ac ab omnibus actionibus, cita-

tionibus, molestationibus, turbationibus iuridicis, per ipsum Dominum Roxiczki et eius successores ipsi in iure et iudicio quocunque intentandis, evincet, eliberabit et indemnem faciet, quemadmodum iam ex nunc post electionem et confirmationem suam ad abbatiam ipsum D. Ostrowski pro summa praedicta debita intercedit et cum conventu suo consentiente eliberat, evincit, ac se memorato D. Stanislao Roxiczki praesenti et evictionem eiusmodi acceptanti, principalem posuit et fecit, ac in se assumpsit, ac illud in bonis omnibus abbatiae Suleoviensis cum conventu obligat soluturum se et soluturos, ac itidem in amplissima obligationis forma assecuravit et assecurat.

Praeter haec idem R-dus D. Georgius Fabius abbas promittit et se cum successoribus suis abbatibus et conventu Suleioviensi obligat soluturum se et soluturos Nobili Ioanni Kiewski, notario monasterii Suleioviensis, centum aureos Ungaricales boni auri et iusti ponderis, vigore et chirographi et obligationis a conventu eidem datae.

Quae quidem concordia et talis obligatio ut suum debitum sortiatur effectum et in omnibus condicionibus irrevocabiliter observetur, sponte et libere tam idem R-dus D. Georgius Fabius abbas cum successoribus suis abbatibus et toto conventu Suleioviensi, quam ipse D. Stanislaus Ostrowski frater eiusdem ordinis in omnibus et singulis bonis abbatiae eiusdem mobilibus, utpote pecoribus, pecudibus, et immobilibus ac aliis suis proprietariis per dictas partes ubilibet et quomodolibet possessis, tum et summis peccuniariis habitis nunc et in posterum habendis, obligant et inscribunt praesenti concordiae et obligationi taliter super praemissis factae, et omnibus illius condicionibus, clausulis et articulis, nullis penitus exceptis, satisfacturus, nec eidem in parte, vel in toto contraventurus; idque sub hypotheca et obligatione bonorum suorum mobilium et immobilium quorumcunque, ob non satisfactionem praesenti concordiae et obligationi camerae Ap. medietatem et aliam medietatem parti concordiae et obligationi in toto vel in parte tenenti, per partem contravenientem applicandorum, necnon sub poenis et censuris ecclesiasticis per quemcunque iudicem ecclesiasticum fulminandis, renuntiantes omnibus exceptionibus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus ordinis et iuris factique quibusvis remediis.

Quam concordiam, obligationem evictionemque ac in ea omnia contenta resignationemque abbatiae R-dus D. administrator ratam et gratam habens, approbavit et auctoritate ordinaria, qua ex dispositione sacrorum canonum fungitur, confirmavit, resignationemque et cessionem taliter factam, iuramento ab resignante consueto recepto, admisit et praesentibus approbat, praesentibus R-mo, R-dis, Venerabilibus, Generosis Nobilibusque D-nis: Stanislao Karnkowski, Dei gratia nominato archiep-po Gnesnensi, ep-po Wladislaviensi et Pomeraniae, Petro Gawlowski, Wolboriensi et Wladislaviensi praeposito, Regiae M-tis secretario, Patre Basilio Cerrino Societatis Iesu theologo, Mathia Pstrokonski canonico Welunensi, Sebastiano

Grabowieczki S. M-tis secretario, Petro Tarnawski vexillifero Lenciciensi, Ioanne Kiewski et Martino Miross notariis publicis ac aliis plurimis testibus fide dignis, ac me Alberto Turcio, coram eodem Rev-do D. administratore actus praesentis notario et publico scriba. Ex actis Rev-di D. Ioannis Powodowski, praepositi Posnaniensis et sede vacante archiep-patus Gnesnensis administratoris, extractum et sigillo eiusdem communitum.

Idem qui supra, notarius, manu propria etc. *L. S.*

23. *Stanislaus Karnkowski, archiep-pus Gnesnensis confirmatur.*
Romae 7 Augusti 1581.

Romae, Arch. Concistor. Acta miscell. Vol. 43 (vet. sig. C. 3075) *inscr.:* Acta consist. Pii V, Gregorii XIII — ab a. 1570 usque ad a. 1595, a Iulio Antonio Sanctorio Card. S. Severinae descripta f. 760.

Die 7. Augusti feria secunda fuit consistorium secretum, in quo — — R-mus D. Card. Sabbellus proposuit ecclesiam Gnesnensem in Polonia per obitum vacantem, et translationem ad eam R-di ep-pi Vratislaviensis *(s)*, prout in schedula, cum gratia saltem pro medietate; et omnes fuerunt pro expeditione et pro gratia, vel saltem in parte; nonnulli vero fuerunt contra gratiam propter exemplum in Regno Poloniae. Sed S. D-nus N. dixit, quod ille non intendebat aliquid solvere propter causas narratas, sed vix adductus est ad medietatem et quod ita videbatur faciendum et ideo eum transtulit ab ecclesia, cui praeerat, ad ecclesiam Gnesnensem, illi praeficiens in archiep-pum et pastorem, cum gratia pro medietate [1].

23. [1] *Cf. Korzeniowski, Acta consist. N. 237 (Analecta Rom. p. 127). In eodem codice* (Misc. 43 f. 760) *etiam legitur:* D. 25 *(sic, loco 24)* Iulii feria secunda fuit consistorium secretum, in quo D. Card. Sabellus, viceprotector Regni Poloniae, pronuntiavit ecclesiam metropolitanam primatialem Gnesnensem in Polonia, datis libellis pro gratia ex parte nominati seu electi in archiep-pum, pro quo transmissae sunt schedulae super causis gratiae obtinendae *(vid. App. N. 21). Matthaeus Massa, qui negotia Card. Farnesii, protectoris Regni Poloniae, Romae agebat, eidem Card. d. d. Romae 24 Iulii 1581 haec significavit:* Questa mattina è stato consistoro, nel quale non s'è fatto altro, se non che il S-r Card. Savello ha preconizato pro V. S. Ill-ma la chiesa Gnesnense in Polonia, quale al primo si spedirà. *D. autem 7 Augusti:* Questo, è stato consistoro — Il Card. Savello ha proposto pro V. S. Ill-ma la chiesa di Gnesna in Polonia in persona di Stanislao vescovo di Wladislavia, con gratia pro medietate. La chiesa Gnesnense è in tassa scudi d'oro 5000, ne vengono a V. S. Ill-ma scudi d'oro 750, la cedola bancaria de quali ho dato a Don Bartholomeo (Parmae, Cart. Farnes. *orig.*). *In cod. autem* Arch. Concist. Misc. Vol 43 f. 767 *de pallio pro archiep-po Gnesnesi, haec habentur:* Die 20 Octobris 1581 Tunc D. Card. Sabellus verbum fecit de pallio pro electo archiep-po Gnesnensi in Polonia et facto signo apertisque foris, ingressus est advocatus consistorialis Stalla cum procuratore illius et magistro caeremoniarum et postulavit pallium de more; eoque cum illis egresso et omnibus DD. Cardinalibus annuentibus, S-tas S. innuit D. Card. Estensi, priori diaconorum, ut illud traderet. *Praeterea procurator archiep-pi Gnesnensis*

24. *Iacobus Górski Caligario.* *Cracoviae 23 Septembris 1581.*

De libris quibusdam a se confectis; annotationes Romani cuiusdam a se reprehendi.

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 113v *cop.*

Liber meus redditus est mihi, quem secundum ea, quae notata sunt, emendari curabo nostrisque legendum exhibebo. Patronum facile inveniemus, quoniam non visum est R-mae D. V., aut amicis eius, ut sub nomine R. D. V. prodiret in publicum meaeque voluntatis et observantiae perpetuae sinceraeque erga R. D. V. et integerrimae legationis actae a R. D. V. testis esset. Et quanquam videam Romanae ecclesiae et matris meae defensiones meas non plane gratas Romanis esse curiosiusque in eas inquiri, ego tamen, dum vivo, in statione persistam et quod video salubre vulneribus matris meae inter nostros sanandis, non praetermittam. Scribo nunc etiam quaedam, quae nondum perfecta sunt.

Refellam etiam multas calumnias, quas Marloratus effudit contra Romanos in expositione Novi Testamenti ex omnium haereticorum scriptis collecta [1]. Hic labor deinceps meus erit.

Nunc autem mitto ad R. D. V. Paraenesim meam, testem observantiae meae et sinceritatis erga ecclesiam Romanam, quam olim Reg. M-ti unacum R-mo archiep-po designato tradideram Varschoviae, in qua qua fide et audacia apud Regem causam ecclesiae agerem, facile R. D. V., si legere eam dignabitur, cognoscet [2]. Nemo ante me tam aperte cum Rege agere ausus est; quod scriptum ita tradideram, ut peterem, ne in alterius manus, quam Regis veniret, sunt enim, quae mihi periculum, apud evangelicos praesertim, creare possent. Scio Regem legisse, quid autem effecerimus, res ipsa indicat. Regnet simonia, seu qui patrocinentur, cognoscet R. D. V. ex aliis. Regem tempora excusant; facit, quae non vult, nec probat. Mitto item oratiunculas duas dictas a me in promovendis magistris, ad deferendam miseram academiam [3], cui nunc laicus rector praesidet.

(Łempicki) m. Septembre per Matthaeum Massa Card. Farnesio petitionem misit, ut sibi ex monasterio Trium Fontium reliquias quasdam in Poloniam evehere liceret. Massa Card. Farnesio d. d. Romae 19 Septembris 1581. Parmae, Cart. Farnes. *orig.).*

24. [1] *Marloratus Augustinus (1506–1562), Gallus, exegetes et martyr Calvinianus, scripsit:* Novi Testamenti catholica expositio ecclesiastica (*Genevae 1561*). *Vid. sup. N 251 adn. 8.*

[2] *Vid.* Iacobi Gorscii orationes gratulatoriae, apud Ser-mum Regem Poloniae Stephanum Batoreum diversis temporibus habitae. His adiuncta est in calce quinta, ad Ill-mum et Mag-cum D. Ioannem Zamoscium, cancellarium Regni etc. Cracoviae anno D. 1582. *Oratio secunda ad ea, quae G. affirmat, prope accedere videtur, sed sine dubio non eodem modo manu scripta Regi tradita, quam typis expressa, exarata fuit.*

[3] Apologia D. Iacobi Gorscii pro Academia Cracoviensi, publico in renunciandis novis magistris dicta anno D. 1581 die 2 mensis Martii, unacum Parenesi ad professores eiusdem Academiae Cracoviensis. Cracoviae in officina Lazari anno D. 1581 8° *fol.*

qui olim inter haereticos concionatus est [4]. Monenda videtur academia, ne laicis gubernacula sua tradat: facile haereticus inter eos obrepere poterit, qui turbas facile excitabit, evangelicorum audacia armatus. Felix iter R. D. V. opto — —

P. S. Dum litterae describuntur, relegi annotationes a R. D. V. missas; plane video virum illum bonum multa, nescio quo animo, notasse et dum nimium cautus esse velit, ineptum fieri, quasi ego ex meo cerebro illa profudissem. Maximam partem eorum damnat, quae ego ex libro eius episcopi, cuius in praefatione memini, accepi, qui liber Romae probatus, S. Pontifici dedicatus. Quem librum iste si legerit, aliter notasset. Si R. D. V. huc venisset, singulorum illorum rationem reddere poteram. Et si velit vir ille bonus, dabitur mihi materia et mea defendendi et sua refellendi. Videtur mihi mysticum corpus Christi, quid sit, non intelligere. Non negamus verum esse corpus Christi, quod mysticum catechismus Romanus vocat. Iubet pleraque citari, quae protuli aperte, cum non videat, dum nos celamus aliquid haereticos proferre et fraudis nos accusare, hortari, ne deinceps nobis credatur. Non videt scopum disputationis meae, cuius obtinendi ea, quae ille notat, adhibui. Videtur mihi non legisse Augustini, Hieronymi et aliorum disputationes contra adversarios, qui multa vincendi causa, quae videntur vel aliena, vel infirmiora, dixerunt, ut Athanasius et Hieronymus aperte testantur. Scopus notationis est, ne meus liber authoritate R. D. V-rae ornaretur [5]. Quam disputationem misi R. D. V-rae, e schola Societatis Iesu misi, illa nihil habet, quo quaestio illa bis cocta (?); video verum maxime nos amare et pulchra nos videre, aliena displicere. Cum venerit ad nos Basilius [6], et librum illi et annotationes exhibebo, qui procul dubio et nostra probabit, et annotationibus parum tribuet, quemadmodum et illis, quas Roma R-mus Plocensis de Mediatore misit, nam dum illa legeret, risum tenere non potuit.

25. *Georgius Fabius Dalmata.* *Exeunte a. 1581.*

Elenchus actorum ad electionem suam in abbatem Sulciowiensem pertinentium.

Arch. Vat. Nunz. Polon. Vol. 27 B. s. p. *inscr.:* Expeditio litterarum pro R-do D. Georgio Fabio ad abbatiam Sulieioviensem. Anno et diebus, quibus infra. *A tergo alia manu:* De abbate Sulioviensi.

---

23. *dedicata Stanislao Karnkowski archiep-po Gnesnensi a Ioanne Lazaro Ianuszovio Cracoviae 1 Iulii 1581.*

24. [4] *Stanislaus Zawaczki, cognomento Picus, philosophiae et medicinae doctor, d. 24 Aprilis 1581 rector electus (A. Chmiel, Album studios. III p. 120).*

[5] *De Iacobi Gorscii Praelectionum Plocensium libro quarto (vid. inf. App. N. 27 adn. 4) agi videtur.*

[6] *Basilius Cerinus S. I. Vid. sup. N. 90 et N. 313.*

1) Praesentatio Ser-mi Stephani Regis Poloniae etc. R-di D. Georgii Fabii ad abbatiam Sulieioviensem dioeces. Gnesnensis morte religiosi Stanislai Falienczki, illius ultimi et immediati possessoris, in a. D. 1581 d. d. Vilnae d. 19 m. Iunii obtenta.

2) Mandatum seu citatio eiusdem Ser-mi Stephani Regis contra monachos et conventum Sulieioviensem, quod ipsi monachi in eligendo abbate saltum fecerunt: primo, quendam Krussewski constitutum abiecerunt. tandem iidem monachi alium quendam Ostrowski obtruserunt contra praescriptum legum publicarum ac statutorum etc., prout latius in eodem mandato seu citatione regia ad instantiam instigatoris regii emanata, latius disponitur. D. d. Vilnae feria secunda ante festum S. Ioannis Baptistae proxima *(19 Iunii)* a. D. 1581.

3) Mandatum, seu citatio eius[dem] Ser-mi Stephani Regis contra Religiosum Ostrowski, quod videlicet ipse ingerit se in munus abbatiae Sulieioviensis minus iuste ac illegitime in derogationemque iuris Regii etc., prout latius in ipsa citatione continetur, d. d. Vilnae feria secunda ante festum S. Iohannis Baptistae proxima *(19 Iunii)* a. D. 1581 obtenta.

4) Contractus et concordia R-di D. Georgii Fabii cum Religioso Stanislao Ostrowski intruso. Constitutio pensionis annuae resignatioque dictae abbatiae ac transfusio iurium in personam praedicti D. Georgii ac tandem approbatio dicti contractus per D. Ioannem Powodowski, tunc temporis administratorem archiep-patus Gnesnensis, in a. D. 1581 die Lunae 24 Iulii facta [1] (vertatur).

5) Institutio canonica de persona ipsius D. Georgii per R. D. Ioannem Powodowski, administratorem sede vacante archiep-patus Gnesnensis, in a. D. 1581 die Lunae 24 m. Iulii d. d. in monasterio Sulieioviensi.

6) Mandatum totius conventus monasterii Sulieioviensis sub sigillo eiusdem conventus et subscriptione religiosorum post factam professionem, canonicam institutionem et possessionis assignationem in abbatiam etc., ad nobiles proconsules oppidorum, capitaneos, tenutarios, arendatores, praefectos, advocatos, scabinos, officiarios, cmethones, subditos eiusdem abbatiae Sulieioviensis super obedientia eidem D. Georgio abbati praestanda directum, d. d. in monasterio Sulieioviensi d. 26 m. Iulii a. 1581.

Item citatio ad eligendum novum abbatem. Deinde actus electionis et nominationis novi abbatis D. Georgii, item professio regulae iuxta canones et ordinem dicti conventus. Item praestatio iuramenti de observandis constitutionibus et consuetudinibus dictae abbatiae et de non alienandis bonis. Tandem idem Georgius a conventu in abbatem susceptus, publicatus, installatus. Item productio litterarum praesentationis S. R. M-tis, de qua supra. Item institutio canonica, de qua supra, sequitur. Item monachi iuramentum praestiterunt in manibus ipsius D. abbatis de reveren-

25. [1] *Vid. sup. App. N. 22.*

tia et obedientia. Iste actus observatus in monasterio abbatis Sulieioviensis sub a. D. 1581 d. Lunae 24 m. Iulii.

Item mandatum Ser-mi Stephani Regis Poloniae ad universos oppidorum, villarum incolas abbatiae Sulieioviensis, ut ipsi abbati pareant et obediant, et eius vicesgerentibus, cum sigillo et subscriptione S. R. M-tis d. d. Vilnae a. D. 1581 d. 14 m. Iunii.

Item litterae M-tis S. R. ad D. archiep-pum, quibus mandabat, ut aboliret pensionem, quam D. Georgio Ticinio singulis annis mihi iusserat dandam per mille flor., quam Ser-mus Rex recepit se solvendum.

Item consecratio eiusdem D. Georgii abbatis Sulieioviensis, facta in a. D. 1581 die dominico post festum S. Martini proximo *(12 Novembris)* per R-mum D. archiep-pum Gnesnensem modernum in ecclesia monasterii Sulieioviensis, assistentibus duobus infulatis abbatibus, videlicet Andrzeioviensi et Vitoviensi [2].

26. *Iacobus Górski Caligario.* *Cracoviae 24 Februarii 1582.*

De studiis suis amicorumque suorum.

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 118 *cop.*

Quid agat et ubi sit R. D. V., nihil certi cognoscere potuimus. Alii R. D. V. Romae esse, alii in ep-patum recta hinc iussu Pontificis S. advenisse. Mercatores illi [1], quos R. D. V. non amavit, Pontificem offensum esse iactant, quod eorum mercatum apud principem improbaverit officiique monuerit. Hic iidem mercatores improbantibus infesti sunt tantumque non Summum Pontificatum sibi promittunt; nisi mercatus isthic comprobetur, nescio, quid inveniant, tanta est istorum impudentia — —

Nostra studia vigent, quae ut maxime vigeant; Camillus Veronensis Franciscanus et Annibal Calaber Bernardinus [2] operam dant, uterque publice meis adhortationibus, in academia nostra magna auditorum frequentia theologiam profitentur. Socolovius, qui iam meliore valetudine utitur, librum Cracoviae edidit [3]. Ego eum, quem R. D. V-rae obtuleram, secundum pleraque ea, quae notata R. D. V. ad me misit [4], emendatum et virorum doctorum iudicio approbatum, intra tres hebdomades Coloniam mittam et alterum, in quo de lapsu et reformatione hominis copiose disputo ac iustitiae nostrae rationes explico adversariorumque argumenta refello [5],

25. [2] *Abbas Andr. ord. Cisterc., Stanislaus Białobrzeski; abbas Vitoviensis (Witów in distr. Piotrcoviensi) ord. Praemonstr., Mathias Kielliński. Omnia haec acta excepto 4, desiderantur.*

26. [1] *I. e. fautores Simonis Ługowski, praepositi Miechoviensis, a Caligario de simonia accusati. Vid. sup. N. 428.*

[2] *Camillus Tacchetti, provincialis. Hannibal Calaber Roselli, insignis theologus.*

[3] *Vid. sup. N. 251 adn. 6.* [4] *Vid. sup. App. N. 24 adn. 5.*

[5] *Vid. inf. App. N. 27 adn. 5.*

hac, ut spero, quadragesima perficiam. Quo opere absoluto, ad Marlorati calumnias, quas in ecclesiam Romanam profudit, refellendas me conferam [6]. Socolovius refutandi rationem meam vehementer probare solet, hortaturque ut coeptum novum, quod cogito, aggrediar; cum quo R. D. V-rae integritatis saepe meminimus desiderioque eius non modico accendimur.

27. *Iacobus Górski Caligario.* *Cracoviae 2 Septembris 1582.*

De rebus atque studiis suis; de Socolovio.

Brisighellae, Cod. »Bracchini« f. 128v *cop.*

Litteras R. P. V-rae, amoris et gratiae erga me testes, accepi, quibus lectis magnam voluptatem cepi, tum quod R-mae P. V. eundem animum erga me esse, quem mihi multis et indubitatis argumentis hic demonstravit, perspexi, tum quod eam condicionem R. P. V-rae obtigisse, quam R. P. V. luculenter describit, cognoverim. Cupio enim ex animo omnia ex animi sententia R. P. V-rae evenire, propter R. P. V-rae singulares virtutes et munus legationis sincere et pie obitum, quod semper et apud omnes testari soleo.

Nostri mercatores [1] moleste ferunt merces non venire; patronis fidunt, sed Pontificis est praesentatos vel dignos pronuntiare. Rex Varschoviam venit, comitia acturus. Ecclesiae nostrae eadem facies est. Non spero decimas redituras ad nos; laetamur spe. Ego mortuo Sigismundo doctore iurisconculto, canonicus ecclesiae Cracoviensis in locum eius consensu omnium collegarum delectus sum [2], aliquando tandem praemium laborum meorum percepturus. Totam aestatem a feriis Paschae morbo gravi oppressus exegi, a quo nondum liber sum videorque lente consumi eo genere morbi, quem phthisim vocant [3]. Libros, quos in manibus habui, absolvi: alterum Reginae dicatum Coloniam misi, qui intra mensem prodibit [4], alterum pro nundinis, quae in illis locis instant, mittam ad eundem calcographum, in quo libro multas materias comprehendi, quarum scopus

26. [6] *Vid sup. App. N. 24 adn. 1.*

27. [1] *Vid. sup. App. N. 26 adn. 1.*

[2] *Sigismundo Stenzicensi (de Stężyca), iurisprudentiae doctore, praeposito Sandecensi, canonico Cracoviensi, qui novies universitatis studiorum rector fuit, mortuo, Górski 3 Augusti 1582 electus, 5 h. m. a capitulo Cracoviensi receptus est (Morawski, Jak. Górskiego życie i pisma, p. 275).*

[3] *Górski d. 17 Iunii 1585 mortuus est.*

[4] Iacobi Gorscii Praelectionum Plocensium liber quartus. De usu legitimo Sacrosancti Eucharistiae sacramenti sub altera specie, sive reprehensio erroris eorum, qui ecclesiam Romanam eo nomine accusant, quod communionem sub specie panis tantum populo dari antiquitus solitam, approbaverit et retineat. Coloniae. Apud Maternum Cholinum 1582. Cum gratia et privilegio Caes. M-tis, 8° *pag. 237, dedic. Annae Iagieloniae Reginae Poloniae. Vid. sup. App. N. 24.*

est iustificatio nostra; in eo libro in adversarios liberius provehimur, Romanam auctoritatem tuemur; quem librum vix absolutum morbus subsecutus[5]. Si vires et corpori et animo redditae fuerint, blasphemas voces Marlorati aggrediar[6], qui ultimus labor meus fuerit. Academia nostra litteras non negligit, religionis studiosa, instituto R. D. V-rae a promovendis iusiurandum exigit, ne nobis lupuli obrepant. Rectoratus meus me excruciat infirmum, utinam eum aliquando excutiam. Archiep-pus noster libros ecclesiasticos ad praeceptum S. concilii Tridentini conformatos imprimi apud nos mandavit, ceteri quiescunt. Socolovius nobiscum, nondum morbo suo liberatus, versatur; de ecclesia conciones apud Regem habitas expolit, opus elegans in lucem iussu Regis editurus[7], qui litteris Regis evocatur hinc. Ego me meaque studia — — —

28. *I. A. Caligarii de S. Carolo Borromaeo commentarii.*

Circa a. 1606.

Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 397 sq. ***min. a Caligario emendata, inscr.:*** De S. Carolo Card. Borromaeo[1].

27. [5] Iacobi Gorscii Praelectionum Plocensium liber quintus. Sive de lapsu et restauratione iustificationeque hominis. Opus novum, solidum et elegans, in quo, quam falso et impie adversarii in iustificationis materia hallucinentur, clare demonstratur. Coloniae Apud Maternum Cholinum. Anno 1583. Cum gratia et privilegio Caes. M-tis. *8⁰ pag. 38; 592. Dedic. Petro Dunin de Wola, ep-po Plocensi.*

[6] *Vid. sup. App. N. 24 adn. 1.*

[7] De verae et falsae ecclesiae discrimine, ad Ser-mum Stephanum I Poloniae Regem Stanislai Socolovii libri tres, ex sacris scripturis vetustissimorumque patrum sententiis collecti ac concinnati. Quibus adiuncta est pro dignoscendis et fugiendis falsis dogmatibus, eiusdem concio. Cracoviae, in officina Lazari anno D. 1583. Sumptu et impensa Regia. *fol. pag. 16: 238: 1. Dedic. 13 Februarii Sokołowski Caligario d. d. Cracoviae 11 Iulii 1583 scripsit:* — Scriptionem quandam meam, quod et superiore anno feci, illi (*Caligario*) mitto — (Brisighella, Cod. »Bracchini« f. 138 *cop.*).

28. [1] *Alterum exemplum in archivo familiae Caligariorum exstitisse videtur, ex quo Salettus in Commentario suo (vid. Proemium) quaedam descripsit, quod tamen hodie deperditum est. Cur et quo consilio commentarios hos Caligarius exaraverit, in principio operis ab ipso auctore explicatur. Cum enim Romae de canonizando Carolo inde ab a. 1604 ageretur, Caligarius, qui olim cum celeberrimo archiep-po Mediolanensi consuetudine iunctus erat eumque toto animo admirabatur, a commissariis ad processum canonizationis formandum delectis (vid. Gio. Pietro Giussani, Vita di S. Carlo Borromeo, Roma 1610, p. 508 et 714, necnon Ant. Sala, Biografia di S. Carlo Borromeo, Milano 1858, p. 225 sq.) invitatus, relationem suam composuit, quod circa a. 1606 factum esse videtur. Quamquam in scripto hoc nonnullis locis errata quaedam apparent, minoris tamen momenti, quae memoriae debilitatae tribuenda sunt et narratio ipsa senem prodit — Caligarius octoginta tum fere annos natus erat — afferuntur tamen singula et satis gravia, quae non tam multa ad vitam et pietatem notissimam S. Caroli illustrandam addunt, quam potius quaedam momenta vitae Caligarii ipsius uberius et fusius tractant nobisque plane ostendunt, quantum S. Caroli exemplum apud Caligarium valuerit, qui relationem hanc non parvi aestimavisse videtur.*

Cum Romae iussu S. Pontificis serio ageretur per doctissimos et selectissimos viros, quibus hoc negotii datum erat, de referendo inter sanctos Dei, et more maiorum sollemni ritu et caeremonia canonizando Beato Carolo Card. Borromaeo, archiep-po Mediolani, nonnulli ex patribus illis, quos non fallebat, quanta caritate ille ipse Cardinalis vivens, me ipsum complexus fuisset, et vicissim quanto ego vel studio, vel observantia illi ipsi addictus fuissem ac laudi et gloriae illius semper favissem, atque eius vitae sanctissima instituta et castissimos in religione nostra atque adeo in omni genere mores, in omnibus legationibus meis ad exteras gentes palam et publice praedicassem, petierunt de me, ut, si quid haberem de gestis paulo memorabilibus eiusdem sancti viri, in medium proferrem.

Respondi me libenti animo summaque voluntate, quod de me petebatur, praestaturum, si quidem hoc pertinebat ad grati animi mei officia erga divinum illum virum, cui ego vel vivo, vel ad coelos translato omnia summa debuissem. Collegi itaque nonnulla tanti Cardinalis vel ab ipso dicta, vel facta, vel de illo ab aliis etiam summis Regibus commemorata [2], quae cum ipsa rei veritate nitantur et ante oculos meos propemodum nata sint, puto bonis omnibus non ingrata futura. Ea cuiusmodi fuerint, mox narrabimus.

Postquam immortalis Dei beneficio flores quoque apparuerunt in terra nostra et complures viri, graves et lectissimi ecclesiarum episcopi, vel collapsos mores ad auctoritatem veteris ecclesiae revocando, vel castam puramque vivendi rationem, prava consuetudine intermissam, restituendo, ecclesias clerumque ad sacrarum legum praescriptum praeclarissimo exemplo conformarunt atque ea potissimum, quae fidelis populi salutem complectuntur, in medium attulerunt: decet quoque nos, qui quamvis eodem ordine, eadem tamen virtute praediti non sumus, illos ipsos sanctissimos episcopos non modo non fraudare debitis laudibus, verum etiam cunctis virtutum praeconiis extollere. Inter quos cum omnibus huius saeculi Carolus Borromaeus, Cardinalis S. Praxedis, archiep-pus Mediolani, episcopali laude longe praestiterit, et anno prope millesimo ducentesimo S. Ambrosium, decessorem suum, universalis ecclesiae doctorem longe clarissimum, retulerit, egoque Caroli Cardinalis Borromaei, optimi et praestantissimi viri, gratia et benevolentia maxime floruerim, meas quasdam praecipuas partes esse intelligo, si hominis de me optime meriti memoriae operam dabo.

Verum enim vero, priusquam ad hanc dicendi rationem ingrediar, nonnulla superioris vitae meae instituta, et actiones breviter percurrendae sunt.

Eo igitur tempore, quo iussu Pii IV Pontificis M., huius ipsius Card.

28. [2] *Sebastianus Lusitaniae et Stephanus Poloniae Rex.*

Borromaei avunculi, S. universalis synodus Tridenti a patribus celebrabatur, et maxime anno 1561, vir venerabilis memoriae, Bernardinus Card. Tranensis, ep-pus Placentiae[3], homo antiqui moris et sanctimonia severioris disciplinae clarus, me a laboribus et negotiis Romanae aulae avulsum, quinimo ex turbulentissimis illis fluctibus ereptum, vicarium suum generalem constituit in ecclesia Placentina, nobili illa in primis et opulenta[4]. Ego, nulla adhibita mora, viri innocentia et sanctitate praestantis voces, quasi Dei iussa accipiens, continuo mutata vitae ratione ad ecclesiam ecclesiasticosque mores totum me composui, sacrisque ordinibus et sacerdotio susceptis Placentiam veni, qua in civitate usque adeo reperi perturbatos veteris ecclesiae mores, ut rara admodum maiorum nostrorum SS. patrum vitae consuetudinisque vestigia apparerent. Ego tamen iis difficultatibus nullatenus perterritus, nec spem, nec animum bene gerendae rei abieci, quamvis tali munere nunquam antea functus fuissem, sed ne attigissem quidem. At pro captu illius aetatis meae (annum trigesimum quintum agebam) iactans cogitatum meum in Domino, cum satis per me provisum esset, ne quis integritatem animi mei quoquo modo labefactare posset, coepi pedetentim quasi ad causam accedere, clerum recognoscere, doctrinae et morum illius periculum facere, initioque facto a Venerabili capitulo cathedralis ecclesiae, omnes deinceps ecclesias tam civitatis, quam dioecesis per memet ipsum visitavi et clerum omnem ab effusa licentia ad officium revocare conatus sum priscamque vivendi formam paulatim restituere et inducere. Seminaria tria clericorum, quod quidem institutum tunc ita, ut novum, sic et plausibile admodum fuit, praeceptoribus datis attributisque ex aerario ecclesiae salariis, in civitate erexi, collapsas vetustate ecclesias reficiendas curavi et quae pro dignitate loci minus ornatae erant, ut decentius ornarentur, edixi effecique; clericos beneficiatos et in sacris ordinibus constitutos, qui prava consuetudine saecularem habitum induerant et clericalem deposuerant, ut vestibus ordini suo congruentibus uterentur, coegi. Desertores ecclesiarum parochialium, ut in eis residerent, ex auctoritate litterarum Ap. eiusdem Pii PP. IV[5] summo labore summoque periculo evici. Erant enim complures clerici ex primaria nobilitate, qui consuetudinem maiorum deflexerant et munerum largitione in depravata vivendi ratione sese ipsos probasse tuebantur. Quibus cum ego de mea quadam perpetua abstinentia aditum interclusissem, negarunt postmodum in discessu meo illinc nihil unquam eos magis perterruisse, quam cum me prorsus clausum inexpugnabilemque ad accipienda illorum munera viderunt. Itaque triennio toto cum in eo regimine magna animi et corporis contentione versatus fuissem, immor

28. [3] *Bernardus Scotti (Scottus)* [4] *Vid. Vitam Caligarii in Proemio.*

[5] *Bulla Pii V P. M. d. d. Romae 8 Iulii 1568:* De residentia rectorum ecclesiarum parochialium (*Bullar. Rom. ed. Taurin. T. VII p. 683 sq.*). *Caligario id scribenti excidit bullam eam, cum Placentiae commoratus esset (1561–1564), nondum prodiisse*

tali Deo bene favente, prava illa vivendi consuetudo tota commutata est atque ita certe, ut si non ad pristinam illam veterem, ad aliquam omnino recte vivendi normam traducta sit. Quae res cum percrebuisset, et maxime in proxima vicina regione, ad aures quoque Beati Caroli Cardinalis Borromaei pervenit. Sed et Raynutius Cardinalis S. Angeli, qui paulo ante ecclesiam Bononiensem, dimissa Ravennate, nactus fuerat [6], cum haec inde de fratre suo Octavio, duce Placentiae et Parmae, saepe et serio per litteras audierit — — [7] testimonio permotus, magnopere adnixus est, ut ego, absoluta Placentina procuratione, sibi in ecclesia Bononiensi vicarias operas praeberem et pro eo ecclesiam illam, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis, regerem et administrarem. Quod et factum est, quamquam vix quatuor elapsis mensibus Raynutius Cardinalis S. Angeli, vir optimus et eloquentissimus, vitam cum morte commutarit meque liberum pristine restituerit.

His fundamentis per me iactis regendae administrandae ecclesiae, coepi paulatim magis innotescere viro sanctissimo et pastori vigilantissimo, Card. Borromaeo [8], qui cum iam diu datus erat patronus et protector a S. Sede Ap. ordini fratrum Carmelitanorum, quidam pater Frumentius, eiusdem ordinis contionator insignis verbi Dei, a fratribusmet suis apud illum ipsum Cardinalem protectorem reus factus multorum criminum fuerat. Quam causam placuit Cardinali protectori sponte sua mihi delegare, ea lege tamen, ut sibi facultatem reservaret sententiam pronuntiandi reumque vel absolvendi, vel condemnandi, ad praescriptum sacrorum canonum. Ego cum Bononia necdum excessissem, eiusmodi causae delegatione cognita, nulla retractione mandatis Cardinalis parui causamque suscepi. Itaque paulo post veni ad ecclesiam et monasterium S. Martini Bononiae, in qua Carmelitani degunt et pater Frumentius custodiae traditus erat, et illum ipsum saepe et saepius diligenter interrogavi quaestionesque sine tormento, tamen rite peregi totaque causa prius bene perspecta et cognita, acta quaecunque ad causam spectantia in commentarium retuli illudque absolvi scripsique ad Cardinalem quaecumque imperasset, facta fuisse; benigneque respondit diligentiam nostram sibi gratam et acceptam, sed longe gratiorem futurum adventum meum Mediolanum, quo me evocabat ea de causa, ut et una coram colloqueremur et communicaremus; et ut ille ipse (ita enim scribebat) mea opera uti posset in concilio provinciali, quod adornabat [9].

28. [6] *Card. Raynutius Farnesius, d. 28 Aprilis 1564 ep-pus Bononiensis nominatus, d. 29 Octobris 1565 mortuus est.*

[7] *Carta subter resecta aliquot verba legi nequeunt.*

[8] *Iam pridem Card. Borromaeo notus erat. Caligarius enim d. d. Romae 30 Augusti 1561 Commendono scripsit:* — Parlai al Card. Borromeo per le decime — — m'ordinò che desse il memoriale — (Arch. Vat. Princip. Vol. 23 f. 81 *orig.*).

[9] *Quae Cal. cum Card. Bor. egit, non ad a. 1565, quo Bononia discessit (vid. Ap. N. 29), sed ad tempus posterius spectant. Card. Borromaeus enim d. d. Mediolani*

Eo cum venissem, deducente me Iohanne Francisco Bonomo, ep-po Vercellensi, homine docto et vero antiqui moris Cardinalique vetusto iure amicitiae coniunctissimo, totos quindecim dies in domo eiusdem Cardinalis, sed quid dico in domo, immo re vera in officina potius sapientiae et in omnium virtutum domicilio, commoratus sum. Illo temporis spatio Cardinalis, ut industriae et ingenii mei (sic enim opinor) periculum faceret, ut erat in illo summa gravitas coniuncta cum singulari humanitate et comitate, scite sane et suaviter me exagitavit, nunc dubias res in iure civili vel canonico proponendo sententiamque meam ex tempore exquirendo, quandoque aliorum scripta ecclesiastica mihi recognoscenda emendandaque tradendo. Etenim unusquisque ex sexdecim episcopis suffraganeis, quos habet ecclesia Mediolanensis, certatim ad illum suas constitutiones, decreta et synodos dioecesanas corrigendas deferebat. Verum enimvero cum mihi visus essem non incommode opinioni de me conceptae respondisse, facile sensi Cardinalem cupere, ut apud eum remanerem familiaeque eius ascriberer: sed improvisae mortis felicis recordationis Pii PP. V [10] nuntius allatus Mediolanum, illum Romam ad comitia scilicet pontificia, me in patriam redire coegit. Ceterum cum post eius discessum Romam, adhuc eius mandato nonnullos praeterea dies Mediolani in eius domo haesissem mandataque omnia eius exhausissem, quamvis otio non abundarem, tantum tamen temporis horis subsicivis nactus sum, ut mihi breviter conscripserim admirabilem vitae rationem tanti Cardinalis et archiep-pi, familiaeque et ecclesiae Mediolanensis disciplinam et regimen. Quae quamvis mihi raptim adnotassem, magno deinceps usui, ut apparebit, extiterunt, licet in eo scripto ego usque ad mortem Pii PP. V anno scilicet 1572 ineunte Maio pervenerim et Card. ipse Borromaeus deinde su-

---

5 Martii 1572 ei scripsit: Resto sodisfatto dell'opera sua nella causa del F. Frumento, con ringratiarla della fatica e discommodo che si ha preso per amor mio in questa parte, di che io terrò questa memoria che conviene. Intanto, poichè altro non le resta che fare per questo conto in Bologna, prego Dio che l'accompagni alla sua residenza (*Piere di Thò*) e le conceda ogni buon progresso nel suo santo servitio. Tutto suo il Card. Borromeo (Brisighella, Commentarius Saletti f. 1009ᵛ *cop.*). *Alia autem epistola d. d. Mediolani 26 Martii 1572 Card. Borromaeus Caligarium ad se evocavit:* Il buon testimonio che ho del suo valore e prudenza, fa che io desideri assai di conoscerla in questa occasione, specialmente del mio concilio provinciale, nel quale mi potrebbe essere di qualche aiuto, però ho voluto significarle questo mio desiderio - e certificarla che mi sarà di molta sodisfattione che per questo poco tempo pigli questo incommodo di venirsene in compagnia di Mons. Buonhuomo; e con questa occasione, essendo lei informata della causa del P. Formento, tanto più facilmente se ne potrà trattare per finirla qui, essendo lei presente. Scrivo anco l'alligate a Mons. di Faenza, a finche si contenti di lasciarla venire, che è — — (Brisighella, Commentarius Saletti f. 1009ᵛ *cop.*). *Synodus tertia, ad d. 15 Aprilis 1572 indicta, propter affectam valetudinem S. Caroli celebrari non potuit (Giussano, Vita di S. Carlo Borromeo, Venetiis 1615, p. 118).*

28. [10] *D. 1 Maii 1572.*

pervixerit usque ad annum 1584, quo tempore toto maiora et mirabiliora multa effecit, quam per me adnotata fuissent.

Mortuo Pio V et ad pontificatum electo Gregorio XIII, ab eo ipso S. Pontifice sequenti anno 1573 ego utriusque signaturae referendarius creatus sum, et paulo post idem Pontifex allegavit me Senas ad conficiendam scilicet novam taxam decimarum beneficiorum ecclesiasticorum in toto dominio Senensi existentium, quod quidem dominium octo episcopatus continet [11].

Quo negotio ex sententia Summi Pontificis per me absoluto, ab eodem in Regnum Portugalliae quaestor sive Ap. collector designatus sum. Quo cum venissem et Regem Sebastianum gladio pileoque sollemni ritu et caeremonia in ipsa sacratissima nocte Natalis D. N. Iesu Christi benedicto, eiusdem Gregorii Pontificis nomine donassem, paulo post commodius salutavi cum Regem ipsum, tum Henricum Cardinalem. Sedis Ap. in eo Regno legatum eiusdemque Regis Sebastiani patruum magnum. Cumque utrique reddidissem litteras Card. Borromaei, qui Regni illius protector erat [12], continuo patefacta est mihi porta ad enarrandam admirabilem vitae rationem eiusdem Card. Borromaei. simul et insignem disciplinam, qua utebatur in repurganda et conformanda ecclesia sua. atque adeo provinciam totam Mediolanensem *(s)*. Quod quidem vitae institutum cum omnes admirarentur in ea aula et summis laudibus efferrent, ego vero, ut magis incenderem cupiditatem Regis in amorem Card. Borromaei. curavi e vestigio, ut commentariolus, quem mihi privatim conscripseram Mediolani de vita et rebus gestis Card. Borromaei, ex Italica in Lusitanam linguam verteretur. Quo facto Regi ipsi libellum donavi et. quod optaveram, mihi maxime contigit, ut Rex in meam sententiam descenderet et mihi plurimam fidem haberet, maximeque cuperet quam arctissimo amicitiae vinculo cum tanto Cardinali obstringi.

Paucos post dies, cum in sermone familiari Rex cum intimis et domesticis proceribus suis sese suavissime effudisset in Card. Borromaeum eiusque ingentia merita divinis laudibus ornasset, nullo negotio haec effusa animi propensio Regis ad aures quoque meas permanavit. Qua re cognita non destiti, capta occasione idonea, persuadere atque inculcare Regi pertinere ad eius gloriam et maiestatem, si primus omnium Regum christiani orbis enixe postulasset atque adeo impetrasset a S. Pontifice Gregorio XIII Card. Borromaeum, talem et tantum virum, legatum a latere venire in Regnum suum, clerumque et ecclesias omnis generis Ap. auctoritate visitare et reformare: posse hoc pulcherrimum exemplum fini-

28. [11] *Vid. infra Vitam Caligarii Ap. N. 29.*

[12] *Tempore legationis suae Lusitanae Caligarium cum Card. Borromaeo commercio litterarum iunctum esse apparet ex epistola eiusdem Cardinalis ad Caligarium d. d. Cremonae 31 Augusti 1574 (ed. Aristides Sala, Documenti circa la vita e le gesta di S. Carlo Borromeo, Milano 1861, Vol. III p. 546).*

timis Hispaniarum Regnis magno suo cum honore maximas utilitates atque ornamenta afferre, si Philippus Hispaniarum Rex, eius avunculus, praestanti pietate [et] singulari prudentia vir, hoc exemplo permotus, pariter ea fecisset, ut idem Card. Borromaeus Regna quoque sua legatus obiret clerumque et ecclesias, si forte a SS. patrum regulis declinassent, in rectam religionis catholicae semitam revocaret, et quae inimicus homo dormientibus pastoribus zizania superseminasset, evelleret et combureret. In hanc quoque sententiam nostram Rex Sebastianus, ut erat catholicae religionis amantissimus eiusdemque propugnator acerrimus, facile descendit decrevitque primo quoque tempore Romae per oratorem suum serio apud S. Pontificem agere, quemadmodum quidem et legationem et legatum, quem supra commemoravi, obtineret. Quod quidem religiosissimi Regis salutare propositum susceptumque summa ratione consilium cum subolfecissent nonnulli, qui gratia et auctoritate apud Card. Henricum plurimum valebant eiusque sive ignoratione rerum, sive patientia abutentes, magnas sibi opes et copias compararunt, exhorrescentes scilicet tam severi legati adventum, per eundem Card. Henricum admirabili artificio perfecerunt, ut Regis Sebastiani praeclarissimus conatus irritus omnino redderetur, consilium autem hoc nostrum, non insipienter a nobis excogitatum atque adinventum, licet nobilissimarum provinciarum et amplissimorum Regnorum salutem et dignitatem complecteretur, compendii sui causa ad nihilum redigeretur.

Sub finem anni 1577 cum e Lusitania evocatus fuissem Romam, ab eodem Gregorio Pontifice M. destinatus fui nuntius in Poloniam, ad Regem scilicet et sapientem et fortem, Stephanum Bathorium. Quo cum venissem anno sequenti 1578, nihil mihi prius visum est, quam ut eundem Regem, episcopos, praelatos et nobiles catholicos edocerem, quam admirabilis esset consuetudo vitae et morum Card Borromaei, quam severa et constans disciplina, quam diligens et accurata regendae Mediolanensis ecclesiae ratio. Eo in officio eo libentius accuratiusque versabar, quo ea ratione consiliis quoque meis velificabar et quodammodo viam mihi aperiebam ad ea, quae meditabar et molliebar de conversione haereticorum ad catholicam fidem, de reformatione cleri et ecclesiarum ad praescriptum sacrorum canonum ac S. concilii Tridentini: qua in re votis meis benignus Deus opportune respondit. Quandoquidem Regnum Poloniae ab haereticis contaminatum, a Moschis direptum et devastatum, ex eo tempore magna ex parte pietate et consilio optimi Regis Stephani ad auctoritatem S. Sedis Ap. se contulit, et multi ex principibus haereticorum ad S. catholicam ecclesiam ab impietate novatorum reversi sunt, eorum sinagoga exterminata, ecclesiae autem dirutae, restituitae clerusque, ut est nobilitate praecipuus, sponte sua se ad regulas SS. patrum et formulas SS. canonum sese ipsum revocavit, Moschusque vi et armis fortissimi Regis domitus, et non modo, quae de Lituanis ac Polonis per insidias ceperat, recepta sunt, verum

etiam Moschus complura de suo amisit, ab exercitu fortissimi Regis Stephani vi capta et occupata. Rex autem ipse usque adeo bene sentire et loqui de Card. Borromaeo coepit, ut, quotiescumque tanti viri mentio fieret, non dubitaret unum illum multis et verissimis laudibus cunctis ep-pis et Cardinalibus anteferre. Porro cum ego Regi persuasissem, ut Andream Bathoreum, fratris filium nondum pueritiae fines egressum, e Transilvania in Poloniam accerseret et praeclarae indolis adolescentulum in spem cardinalatus erudiendum curaret, nullo negotio impetravi: venit enim, ut paulo post dicam, et egregie opinioni meae respondit[13]. Hoc enim mihi praecipue cordi erat, hoc in animo fixum haerebat, ut Regem fortissimum et bellicis artibus instructissimum S. Sedi Ap. et Romanis Pontificibus quam obsequentissimum redderem et multis ac magnis officiorum vinculis Romanae ecclesiae devincirem illiusque voluntatem et studium nostro beneficio demererer, quo alacrior dicto audiens esset. Hac eadem ratione permotus ipse et praeterea, ut morem gererem Regi, id de me enixe appetenti, totis viribus elaboravi, ut S. Pontifex in gratiam Regis ad cardinalatum pariter promoveret virum catholicum et ex magna familia ortum, Georgium Ragivillum, ep-pum Vilnae et partium nostrarum contra haereticos acerrimum defensorem, quod facile impetravi, nam paulo ante Card. Ragivillus in S. collegium Cardinalium cooptatus est, quam Card. Batthoreus[14]. Illis autem florentibus cum magno honore et decore S. Sedis Ap., habebat catholica ecclesia quasi duas marmoreas columnas, firmas et stabiles in partibus illis, quibus tuto niteretur. Gratissimum autem Regi ipsi accidit hoc tanto beneficio, per ipsum a S. Pontifice impetrato, factionem Ragivillorum sibi adiunxisse et devinxisse, quandoquidem in M. Ducatu Lithuaniae ceteris praestat omnibus sive nobilitate, sive auctoritate, sive opibus. Et nisi nimis praepropera mors aetate et sapientia florentem Regem abstulisset, habebat Romana ecclesia, habebant principes christiani fortissimum ducem, cui tuto suos exercitus committerent et

28. [13] *Andream Bathory iam pridem in Polonia commoratum esse, antequam Caligarius Regem allocutus esset, elucet e sup. N. 55. Verum tamen est Caligarium diligenter operam dedisse, ut A. B. vitae ecclesiasticae se addiceret.*

[14] *De Georgio Radziwill ad hanc dignitatem a Rege commendato, vid. sup. N. 248 adn. 2, N. 426, 431 et 433. Operae suae hac in causa Caligarius nimium tribuere videtur, Georgius R. enim 12 Decembris 1583, Andreas B. autem 4 Iunii 1584 Cardinales creati sunt, dum Caligarius a. 1581 e Polonia reversus, Brictinorii commorabatur. Card. Radziwill tamen d. d. Vilnae 10 Martii 1584 ei gratulanti ita respondit:* Poichè V. S. R-ma ha havuto parte nel procurare la mia promotione al cardinalato, era ragionevole ch'ella fosse partecipe del prospero successo, et che ne sentisse quella allegrezza, che mi dimostra ne la sua lettera, conveniente a la nostra amicitia et a l'amore che io le porto. Pertanto la ringratio con tutto l'animo — — I signori miei fratelli saranno avvisati da me del cortese offitio di V. S. R ma, et si dimostreranno sempre pronti ad ogni servitio di quella. Dio mi conceda gratia di venire in Italia, come ella mi invita, acciò la possa un giorno abbracciare et godere *(ed. Scelta di curiosità letterarie, Bononiae 1883. Dispensa 198, p. 159 sq.).*

quem potentissimis Turcarum armis obiicerent. Ut enim erat peritissimus rei militaris et ardentissimus belli gerendi adversus Turcam, ita nunc provincias et Regna christianorum ab eo occupata, e manibus illius, vi et armis erepta, vindicasset. Haerent memoriae dignae tanti Regis voces et sermones, quos mecum habuit, cum ego de foedere christianorum contra Turcas ineundo cum eo nomine S. Pontificis tractarem, quas voces, ut ex eius magnanimo ore profluxerunt, hic referre non pigebit. Ait enim clara voce: »Ego tunc libenter animam meam profunderem, si viderem Ungariam patriam meam ereptam de manibus istius canis«. Sed, ut dixi, eius immaturus interitus et sibi et suis, immo toto christiano orbi incredibilia detrimenta attulit. Verum ut ad rem redeam, cum e Transilvania in Poloniam Andreas, fratris filius venisset, continuo traditur in disciplinam viris doctis et religiosis, patribus Iesuitis: ille vero, ut erat ingenio docili et praeclara ad omnes virtutes indole, totum septennium consumpsit apud illos in gymnasio Plocensi [15], ubi et humaniores litteras didicit et studia eloquentiae tanto ardore prosecutus est, ut optime et eleganter Latine loqueretur. Sed cum iam bene maturum tempus videretur et ita bonis artibus assidue instructus esset, qui Romam mitti posset et in ea aula pro dignitate Regis maiorumque suorum posset versari, missus est bene comitatus, idque praecipue in mandatis habuit, ut, cum primum Italiam attigisset, Mediolanum versus iter arriperet, ad salutandum venerandumque Card. Borromaeum, quem ut parentis loco perpetuo haberet, serio imperabatur eiusque praecepta et monita, tanquam de coelo missa, suspiceret et memoriae mandaret. Erat enim iam cognitus Card. Borromaeus Ser-mo Regi per litteras, quae quidem, me monente et quasi interprete, inter illos ultro citroque commearant; et praesertim, cum Rex primo anno contra Moschum moturus esset. Diligentissime enim per litteras se exercitusque suos orationibus et sanctis sacrificiis Card. Borromaei commendaverat [16]. Quo quidem ex bello paulo post Rex victor et magna cum eius gloria reversus est in Poloniam. At ubi Andreas Bathoreus in Italiam venit, statim Mediolanum versus iter arripuit et mandatis regiis paruit. Exceptus est honorificentissime et amantissime a Card. Borromaeo atque per nonnullos dies non secus tractatus, atque si filius illius esset [17], a quo deinde divertens, Romam versus iter suum intendit. Cumque hieme tota Romae permansisset et numerosae Cardinalium lectioni a Gregorio S. Pontifice factae interfuisset adornaretque postmodum ad evitandos calores aestivos reditum in Poloniam, idem S. Pontifex Gregorius XIII illum ipsum Andream Bathoreum, seorsum ab omnibus, in numerum Cardina

[15] *In collegio Iesuitarum Pultoviae, qua in civitate ep-pi Plocenses residebant.*

[16] *Vid. sup. N. 126 adn. 2 et N. 245 adn. 3.*

[17] *De Andrea B. Mediolani excepto, vid. G. P. Giussano, Vita di S. Carlo Borromeo, Venetiis 1615, p. 296.*

lium retulit [18], ut admirabilior honoratiorque eius lectio esset Dedit hoc sapientissimus Pontifex tot rebus praeclare gestis a Stephano Rege, dedit et virtuti adolescentis, qui cum in adventu suo in consistorio secreto coram S-te S. et universo S. collegio Latine et luculenter orasset, omnes omnino in admirationem sui pertraxit. Verum enimvero illud non praetermittam, quod discedente Andrea e Polonia Romam versus, Rex ad declarandam animi sui moderationem haec mandata adiunxit praefecto domus [19]: »Si S. Pontifex pro sua benignitate voluerit creare Cardinalem nepotem nostrum, accipite cum gratiarum actione, sin minus, revertemini ad nos cum benedictione S-tis Suae«.

Creato Andrea Cardinali cum in Poloniam iussu Regis evocaretur, hoc in primis habuit in mandatis, ut iterato Mediolanum ad patrem suum (ita enim appellabat Cardinalem Borromaeum) reverteretur et cum illius benedictione Poloniam versus iter intenderet. Venimus Mediolanum, deducebam ego quoque Card. Bathoreum officii causa cum multis aliis nobilibus adolescentulis, et praeterea ad multos alios principes, Bononiam ad legatum scilicet, Ferrariam ad D. Alfonsum Atestinum, Mantuam ad Ducem Vincentium Gonzagam, Cremonam ad Card. Sfondratum, qui electus est postmodum in S. Pontificem Gregorium XIV, et deinde secundo Venetias ad Ser-mum Ducem Venetiarum eiusque senatum, Tarvisium usque [20]. Dum autem Mediolani commoraremur et Card. Bathoreus regio propemodo more, summa paterni amoris significatione a Card. Borromaeo tractatus fuisset eidemque omnia videnda proposuisset, quae possent animum Regis Stephani atque adeo ipsius Cardinalis ad reformandam religionem in Regno Poloniae et Transilvaniae inducere, inter ceteras vero res memoria dignas memini in ipso die festo S. Augustini ep-pi, clarissimi universalis ecclesiae doctoris [21], Card. Borromaeum seduxisse Card. Bathoreum, duos episcopos, qui Mediolanum dedita opera venerant ad percipiendam disciplinam regendarum ecclesiarum, et me ipsum [a] in secretiora cubicula; cumque Cardinales ambo assedissent et nos omnes deinceps pariter assedissemus, Card. Borromaeus ad evitandum otium proposuit, ut unusquisque diceret, quid sibi occurreret pro laude tantae festivitatis. Dixit primus ipsemet Card. Borromaeus magna cum modestia et insigni pietate, mox deinde Card. Bathoreus, ut erat eloquentissimus et Latine eleganter et expedite loquebatur, ita dixit, ut Card. Borromaei expectationem longe superaret. Tertio loco dixere episcopi duo, quos supra commemoravi, unus post alium; ego vero loco meo, qui postremus fuit, memini dixisse universo orbi christiano celebrem diem illum festum S.

---

[a] et Stanislaum Rescium Card. Bathorei domus praefectum. *Cancellatum.*

[18] *Octava promotione 4 Iulii 1584, qua Andr. B. solus, Card. diaconus (tit. S. Adriani d. 23 Iulii) creatus est.*

[19] *Stanislaus Rescius (Reszka), protonotarius Ap., olim secretarius Card. Hosii.*

[20] *Vid. Vitam Caligarii in Proemio.* [21] *D. 28 Augusti 1584.*

Augustini atque in honore fore debere, sed potissimum civitati Mediolani, in qua S. Augustinus a S. Ambrosio, ep-po Mediolanensi, ab haeresi Manichaeorum conversus fuerat ad S. fidem catholicam et Ap. Romanam: et cum postea eas progressiones habuisset in fide catholica, ut eruditissimus et acutissimus omnium doctorum ecclesiae haberetur et paene universo orbi terrarum sua doctrina et vitae sanctitate illuxisset, non posse satis ab humano ingenio pro merito laudari. Et hac actione absoluta, surrexere Cardinales ambo et nos illos secuti sumus [22].

29. *I. A. Caligarii Vita ac res gestae ab ipso describuntur.*

Inter a. 1605 et 1609.

Brisighellae, ***duo exempla;*** 1) Cod. »Bracchini« f. 263 sq. ***inscr.:*** Summa brevis vitae Rev-mi D. Io. Andreae Caligarii, ep-pi Bertinorii. 2) Commentario di Val d'Amone di Francesco Maria Saletti f. 483 sq. ***De utroque exemplo vid. Proemium.***

[22] ***Caligarius, cum Card. Galamino (vid. inf. Ap. N. 29 adn. 1) relationem hanc mitteret. d. d. Brittonorii 20 Septembris 1612 ita ei scripsit:*** Se la carità de la patria nostra, et il vedere et leggere li suoi primordii et attioni honorate et principali (*Cronaca di Brisighella. Vid. Vitam Cal in Proemio*), ha commosso tanto V. S. Ill ma, che ne habbia ricevuto piacer grande, come mi scrive ne la lettera sua di 19 de lo stante, spero che l'alligata scrittura, che contiene la pietà di due grandi Re christiani et la divina virtù di S. Carlo Card. Borromaeo, darà maggior gusto a V. S. Ill-ma, et molto più solido, poichè si tratta in essa cose verissime et occorse alla presenza mia di tanto Cardinale et di così grandi et pietosi Re. La quale rivoltando le mie scritture vecchie, mi è data ne le mani, et havendola riletta diligentemente, non mi è parso bene che resti occulta. Anzi, havendo inteso che infin' ad hora non è stato fatto nè offitio particolare, nè oratione ecclesiastica a S. Carlo glorioso, io, per la devotione che porto a quel santo, il quale amò tanto me in vita, che ne le sue lettere a me si sottoscriveva fratello amorevole, il Cardinale di S. Prassede, per ragione di gratitudine gl'ho fatta la presente oratione che V. S. Ill-ma vedrà, la quale, se non dispiacerà al suo purgatissimo giuditio, sperarò non haver fatto male, almanco di havere satisfatto, quanto più brevemente ho potuto, a la gratitudine che devo a così grande Santo. So che queste orationi non si possono leggere in chiesa, senza che siano approbate dal S. Pontefice o da li concilii universali, ma io la mando a V. S. Ill-ma come a protettore di tutte le mie fatiche, et non perchè altri la vedano — — (Arch. Vat. Nunz. Spagna Vol. 1 A f. 406 *cop. reg.*). *Preces ad S. Carolum in fine relationis a Caligario additae sunt:* B. Vers. Amavit eum Dominus et ornavit eum. Stolam gloriae induit eum (*s*). A. Ana. Sacerdos et Pontifex et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum. Oremus. Deus, qui Beatum Carolum, confessorem tuum atque Pontificem huius mundi pompas fortiter calcare atque in aeterna gloria coelestibus triumphis iugiter interesse voluisti, da, quaesumus, ut quem magistrum vitae habuimus in terris, deprecatorem habere mereamur in coelis. Per Dominum nostrum Iesum Christum etc.

Io. Andreas Caligarius, Iuliano Caligario et Cornelia Gualmanna[1], honestis parentibus, ortus est Brasichellae:[2] id est oppidum insigne et frequens in primis, in ipsa media Valle fluminis Anemonis[3] provinciae Aemiliae situm, idemque ferax virorum, qui ad omnia studia virtutum sive belli, sive pacis ingenia haud obtusa afferunt[4].

Nicolaus Caligarius, Florentinus apprime nobilis, atavius Io. Andreae, seu Cola, ut Florentinorum mos est nomina contrahendi, ceterique eiusdem familiae complures spectatae virtutis homines, saevientibus Florentiae factionibus Guelforum et Gibellinorum, tum Nigrorum et Alborum, trecentesimo iam propemodum anno patria exacti, domibus, possessionibus, castris, in quibus familia Caligariorum ea tempestate iurisdictionem exercebat in Valle Marinae[5], bonisque omnibus spoliati, exulare iussi sunt. Illi autem, si quando spes aliqua affulgeret in patriam revertendi, ne longius abessent, superato Apenino in ipsa Anemonis Valle consederunt in his locis, in quibus itinere unius diei Florentiam facile reverti possent[6].

---

29. [1] *Galamini et Caligarii ex eadem stirpe originem suam duxerunt. Ep-pus Brittonoriensis enim affirmat:* De Caligari di Valle di Amone sono poi nati i Galamini, secondo l'antica usanza de la casa di procreare sempre nuove famiglie: Il cognome di Galamini è nuovo ne la casa de' Caligarì, perchè ne gl'instromenti dell'anno 1538 si legge che li Galamini de la Torre di Fognano *(ad Brasichellam)*, che hoggi si chiamano Galamini, si chiamavano Caligari come gli altri. Questa parola Galamino in Romagna vuol dire giovanetto o giovanetta bella, et ben disposta dela vita, garbata, et piena di leggiadria *(Giov. And. Caligari, Origine de la famiglia de' Caligari in Romagna. Scelta di curiosità letterarie. Disp. 198. Bononiae 1883 p. 7). Celeberrimum membrum huius familiae fuit Augustinus G., magister domus Pontificiae, generalis ord. Praedicatorum, 17 Augusti 1611 a Paulo V P. M. Cardinalis creatus.*

[2] *D. 14 Octobris 1527.*

[3] *De „insigni" Brasichella aliam opinionem Ioh. Bapt. Schianus in epistola sua d. d. Romae 14 Februarii 1579 ad Octavium Santacrucium (S. Croce), ep-pum Cerviensem, nuntium Ap. in Sabaudia, cuius negotia Romae agebat, protulit:* Tengo lettere da M-ser Carlo dell'arrivo suo in Brisighella, et mostra di restar mal contento, dicendo esser luogo da pecore et capre (Arch. Vat. Borgh. III 65^{ab} f. 15 *orig.). Amone vel Lamone, flumen, quod ex Apennino Tusco effluit et in Mare Adriaticum evadit.*

[4] E se bene questa Valle — — produce continuamente huomini dati a l'arme et a l'esercitio militare, tuttavia da molti anni in qua si sono dati a le lettere, a le scienze a la religione, dove non hanno mostrato manco ingegno e vivacità di spirito, congiunto con giudicio, pietà et bontà naturale, che si mostrassero gli antecessori suoi nel trattar l'armi e la guerra (*Giov. And. Caligari, Cronaca di Brisighella, Scelta di curiosità Disp. 198 p. 27).*

[5] *Valdimarina in prov. Florentina, municipium Calenzano.*

[6] *De maioribus suis Iohannes And. Caligarius haec scripsit:* Gl'huomini di questa casa Caligari in Romagna sono vissuti per ordinario molti anni d'età. Giuliano, padre del vescovo di Bertinoro, visse 92 anni, Egli fu figliuolo di Pellegrino, figliuolo di Galigaio, figliuolo di Cola, et questo Cola, o suo padre et avo, per quello che si può comprendere, furno de li discacciati di Fiorenza l'anno 1266; il che lo mostra il nome fiorentino di Cola, che in Romagna non si usa, ma si dice Nicola; et per haver vissuto cadauno di questo presso 100 anni, fra Giuliano, Pellegrino, Galigaio et Cola ab-

Caligariorum familia, ut Dantes, insignis Florentinorum poeta testatur[7], ceterique illius urbis annalium scriptores, et praesertim Ricordanus Malespina, Ioannes et Matthaeus fratres Villani, memoriae prodiderunt[8], inter familias veteres et primae nobilitatis Florentiae locum obtinebat copiisque et opibus vigente republica Florentina affluebat. At diuturno exilio macerata et exhausta, ut dignitatem familiae amissis opibus retinere non potuit, sic haereditariam quamdam ad omnes virtutes indolem non amisit.

Itaque Ioannes Andreas hac familia originem ducens, cum Brasichellae optimis praeceptoribus operam dedisset, humanioribus litteris atque iis studiis, quibus adolescentes ad virtutem erudiri solent, egregie institutus esset, Bononiam, propinquam civitatem et studiorum matrem, anno aetatis suae vigesimo venit; cumque septennium totum inibi in litteris consumpsisset, doctore praecipuo Gabriele Paleotto, qui ob virtutem et pietatem haud ita multo post cardinalatus dignitatem consecutus est[9], tandem ipse Ioannes Andreas de sententia collegii Bononiensis doctorum numero ascriptus est insigniaque doctoratus tam pontificii, quam civilis iuris adeptus est[10]. Ea re bene, Deo iuvante, ex sententia confecta, nihil sibi potius visum est, quam ut primo quoque tempore Romam ad aulam scilicet pontificiam se conferret. In ea autem cum septem annorum studio cognovisset, quo pacto ea doctrina explicanda esset, quam sibi Bononiae comparaverat, sive in pontificio, sive in iure civili tractando causisque diiudicandis, eaque in re non contemnendas progressiones iam haberet, Bernardinus Scotus Narniensis, Cardinalis Tranensis, vir et vitae exemplo,

sorbono facilmente il numero de gl'anni, che entrano fra il 1279 *(Caligariorum pars quaedam hoc anno Florentiam revertisse dicitur)* fino al 1500. Et di questa successione è sempre stato publica voce et fama tra gl'huomini di questa famiglia; et si bene l'arma, o l'insegna che usano hoggi li Caligari di Romagna, non è quella che usavano gl'antichi Caligai di Fiorenza, non è da maravigliare, atteso il corso di tante centinara d'anni d'esilio — — — Hora questi Galigai cacciati di Fiorenza per le partialità, varcato l'Apenino verso Romagna, si fermorno ad habitare in valle di Amone, come luogo più opportuno et vicino al ritorno, quando se ne fosse loro presentata occasione, poichè potriano ritornare a Fiorenza ne lo spatio di una giornata *(Giov. And. Caligari, Origine etc. l. c. p. 8 et 6).*

29. [7] — — — et havea Galigaio Dorata in casa sua già l'elsa e'l pome. *Parad. XVI 101. Caligarius Dantis opus, ex quo sententias quasdam repetere solitus erat, diligenter relegisse videtur (Metelli, o. c. p. 532).*

[8] *In* »Origine« *prostant plurima excerpta ad familiam Caligariorum pertinentia, quae ex Florentinarum rerum gestarum scriptoribus ab ep-po Brittonoriensi diligenter collecta sunt.*

[9] *A. 1565 a Pio IV P. M.; postea archiep-pus Bononiensis.*

[10] *In* »Matricola de' giuristi dello studio di Bologna« *1553 1612 primus sub natione* Romandiolorum *notatur:* D. Ioannes Andreas Caligarius, Brisicolensis, 27 Ianuarii 1553, *neque plus nobis occurrit* (Mutina, Bibl. Esten. Ms y. G. I. 3 già Campori 460 f. 61. *Pro hac informatione gratias agimus Clarissimo D. Iosepho Fumagalli, praefecto eiusdem Bibl.). A. 1554 igitur C. doctorum numero ascriptus esse videtur. In actis tamen cum doctor, tum magister quoque appellatur.*

et cultu catholicae religionis severiori insignis, qui hominis ingenio et litteris delectabatur, eidem facile persuasit, ut posthabitis Romanae aulae negotiis sacrisque ordinibus susceptis et sacerdotio insignitus, Placentiam se conferret ibique in administranda Placentina ecclesia, cui Cardinalis praeerat, vicariam sibi operam praestaret. Eo sine retractione profectus Io. Andreas et liberaliter sane a Cardinale adhibitus, ita se gessit, ut ecclesiam et clerum Placentinum, vitio temporum deformatum, summis laboribus summaque industria ad praescriptum sacrorum canonum et ad castiorem vivendi normam brevi revocaret. Quae res grata adeo Cardinal fuit, ut eum ipsum Io. Andream sibi successorem designaturum in ea ecclesia non obscure tulerit, quod quidem certe animi sui studium palam omnibus declarasset, nisi invidorum artes intercessissent, qui ob privata commoda a sanctissimi senis consilio propensioneque abhorrebant.

Itaqua triennio exacto eo in munere [11], cum Io. Andreas Placentia domum discessisset, Raynutius Farnesius, Sancti Angeli Cardinalis, vir praestantissimus et nobilissimus, qui tum ecclesiae Bononiensi praeerat, cum multa ab Octavio Parmae et Placentiae duce, eius fratre germano, de Io. Andrea audivisset, quae in regenda et ad meliorem frugem revocanda Placentinae cclesia fecisset, magna auctoritate evicit, ut idem Io. Andreas in administranda Bononiensi ecclesia vicariam sibi quoque operam praeberet. Paruit Io. Andreas, quamvis aegre, pertaesus contentionum, quas in corrigendis Placentinorum moribus subierat, Bononiamque venit: visitationem instituit egregiamque reformationem cleri ecclesiarumque adornavit. Verum enimvero cum Cardinalis S. Angeli post paullo intempestiva morte obiisset [12], Io. Andreas iis solutus vinculis, Romam e vestigio regressus est. Cumque nulli addictus esset liberoque otio frueretur, placuit sanctissimo viro Pio V Pontifici M. eum ipsum Io. Andream Augustam Vindelicorum, in quo paullo post conventus procerum Germanorum esse debebat, allegare, ut Io. Francisco Card. Commendono Veneto, viro doctissimo et praestantissimo, quem Pontifex de latere suo legatum crearat, praesto esset eo consilio, ut Cardinalis legatus iisdem comitiis Augustanis [13] unacum Maximiliano II Imperatore interesset, ne quid scilicet gravius ab haereticis hominibus de religione statueretur; voluitque Io. Andreas galerum rubrum, quem Commendonus dum nuntium Ap. in Polonia ageret, a Pio IV Pontifice M. ad cardinalatus dignitatem evectus, nondum receperat, ferre simulque crucem, quam sibi de more perferri curaret, et totum legationis commentarium. Erat enim Cardinalis Commendonus in Io. Andream dudum iam mire propensus eumque valde diligebat [14]. Paruit Io. Andreas iussis sanctissimi Pontificis et per equos dispositos Augustam Vin-

29. [11] *A. 1561—1564.*

[12] *D. 29 Octobris 1565.* [13] *A d. 23 Martii ad 30 Maii 1566 celebratis.*

[14] *Iam pridem Caligarius negotia eius Romae agebat.*

delicorum, nulla interposita mora, advolavit Cardinalique Commendono convento, quae a Pio V Pontifice M. in mandatis habebat, diligenter exposuit simulque fere per totum tempus comitiorum Augustae eidem ipsi Cardinali Commendono non instrenuam operam navavit. Cum autem sub finem comitiorum graviora quaedam negotia, quae catholicam religionem maxime complectebantur, tractari coepta essent eaque insciente Romano Pontifice et absque eius auctoritate ad finem deduci non possent, legatus eidem Io. Andreae, de cuius fide ac diligentia plurimum confidebat, provinciam dedit Romam excurrendi et de omnibus, quae gerebantur quaeque geri sperabantur, S. Pontificem certiorem faciendi. Venit sexto die Augusta Romam Io. Andreas commutatis ad celeritatem iumentis et Pontificem animo haesitantem et haereticorum perfidiam pertimescentem suo sermone magna cura levavit ac prorsus recreavit [15], atque ita certe, ut Pontifexmet paullo post palam et aperte dictitaret Cardinalem Commendonum non modo eius opinioni cumulate satisfecisse, verum etiam longe plura, quam de eo sibi repromisisset, praestitisse. Absolutis comitiis Augustanis Card. Commendonus Romam summo cum honore et magna cum opinione reversus est virtutis, et renuntiata legatione in consistorio secreto, summa apud Pontificem auctoritate haberi coeptus est.

Verum paullo post prioratus S. Iohannis in Octavo [16], prope oppidum Brisighellae Faventinae diocesis, rectoris morte vacuus factus est, quod quidem beneficium cum longe esset accommodum rationibus domesticis Iohannis Andreae, amicorum et propinquorum precibus ac litteris sollicitatus, Roma Faventiam venit, ad examen scilicet periculumque scientiae in concursu aliorum faciendum coram R-mo viro Io. Baptista Sighiselio Bononiensi, ep-po Faventino *(1562 - 1575)*, eiusque examinatoribus synodalibus. In palestram descenderunt competitores iure consulti quatuor, doctrina et moribus insignes, factoque inter illos periculo, ep-pi iuditio Io. Andreas ceteris omnibus praelatus est. Eo beneficio adeptus, quinquennio toto in eo permansit priorisque et parochi officio functus est cum libenter, tum diligenter, quamvis laboris socium sibi adiunxisset sacerdotem alterum. Eo tempore cum Io. Andreas saepius ab ep-po Faventiam evocaretur, eodem in ep-pali cura adiutore uteretur, factum est, ut diocesis eius magnam partem visitaverit, ep-pales constitutiones composuerit omnibusque in rebus, prout aequum erat, magno adiumento ep-po suo fuerit. Ad haec Io. Andreas ecclesiam prioratus sui, qua opus erat, instauravit, domum presbyteralem magna ex parte de novo a fundamentis aedificavit veteremque collabentem fulsit, sacra supellectili ecclesiam instruxit et ornavit, aedibus hortos amoenos adiunxit, vineas novas plantavit, veteres propemodum de-

29. [15] *Caligarius 12 Maii 1566 Romam venit eodemque die a. Pontifice M. exceptus est, qua de re subito Card. Commendono rettulit. Calig. Commendono d. d. Romae 12 Maii 1566, ed. Iacobus Laderchius, Annales eccl. T. XXII, Romae 1728 p. 120 sq..*

[16] *Pieve del Thò.*

sertas magno studio ad pristinum statum restituit. Primus omnium moros albos in agris ecclesiae plantare instituit, in eisdem olivas sevit, iura ecclesiae recognovit, vias munivit et direxit, et nullum prorsus officium intermisit, quod ad boni et strenui ecclesiae prioris munus pertineret. Cumque quinquennio toto in ea cura praesens resedisset, volens illam dimittere, non consanguineum quempiam, ut fit, sed probatiorem in clero vitaque et moribus insigniorem delegit, cui eum ipsum prioratum renuntiaret [17].

Iis ex sententia peractis, Io. Andreas rursus Romam rediit, domum et familiam conduxit, et a sanctissimo Romano Pontifice Gregorio XIII in gratiam Antonii Card. Carafae, qui Io. Andream studiose colebat plurimique faciebat, in referendariorum Ap. numero ascriptus est. Quo in munere cum egregie integreque versaretur, ea fama permotus idem Pontifex Gregorius XIII eundem paullo post Senas allegavit cum auctoritate cleri Senensis beneficia (continentur hoc nomine ep-patus octo) de integro taxandi, cum in solutione decimarum non constaret de vera taxa. Eo in officio cum plurimum laboris subeundum esset, et Io. Andreas summopere laboraret, ut Pontificis opinioni responderet, febri tertiana correptus est, quae tandem in quartanam conversa est; et delato Io. Andrea aegro per lecticarios Romam, tandem febris illum dereliquit. Cumque mirum in modum Io. Andreas Gregorio XIII eo in munere satisfecisset seque illi valde probasset, Pontifex, ubi primum convaluit, in Portugalliam collectorem Ap. destinavit [18].

Anno itaque Domini 1574 Io. Andreas in Lusitaniam iussu eiusdem Gregorii Pontificis M. Ap. collector et referendarius utriusque signaturae profectus est; utque eius adventus Regi Sebastiano atque universae aulae regiae magis gratus et acceptus esset, per eundem Io. Andream idem Pontifex dono misit Regi et gladium et galeam benedictam in nocte Nativitatis Domini N. Iesu Christi. Tradito gladio et galea benedictis sollemni pompa ac caeremonia adolescenti Regi et talibus muneribus vehementer laetanti, idem Pontifex Io. Andreae referendario et collectori causam delegavit fratrum monasterii de Thomar ordinis Iesu Christi [19], Collimbricensis diocesis. Annitebatur enim tunc utcummaxime Henricus Cardinalis, legatus Portugalliae, patruus magnus et tutor Sebastiani Regis, quemadmodum deturbatis fratribus Christi ex monasterio de Thomar,

29. [17] *In Plebe Octavi a. 1567—1572 Caligarius residebat. de prioratu tamen huius ecclesiae demum d. 21 Octobris 1575 cessit* (Brictinorii, Cod. Calig. f. 43 sq.).

[18] *Iam d. 16 Septembris 1573* Magistro Iohanni Andreae Caligario, in utraque signatura nostra referendario ac fructuum et proventuum aliorumque iurium camerae Ap. in Portogalliae et Algarbiorum Regnis debitorum collectori et super eis commissario nostro, *breve Ap. datum est* (Arch. Vat. Arm. 45 Vol. 43 f. 126 *cop.*).

[19] *Ordo militaris, a Dionysio Rege Lusitaniae institutus, ab Iohanne XXII P. M. d. 14 Martii 1319 confirmatus. Thomar, princeps conventus, 7 milliaribus a Santarem distans.*

bona monasterii, quorum fructus ad quindecim millia scutorum auri tunc ascendebant, in tot commendas equitum Iesu Christi converteret. Obstitit tanta constantia atque animi firmitate Io. Andreas eiusmodi Cardinalis cupiditati, ut eius (s) vitam propterea non semel in periculum adduxerit. Ad postremum tamen post infinitas concertationes, Iesu Christo benefaciente, monasterium illud de Thomar ita, ut erat, integrum et inviolatum fratribus Christi opera et diligentia Io. Andreae remansit. Quo ex tempore locus ille collectoris Portugalliae magis et magis aestimari coeptus est et desiderari, ita ut praelati insignes nobilitate et moribus eo dedignati non fuerint.

Eo in negotio Io. Andreas usque adeo voluntati ac studio Gregorii XIII S. Pontificis obsecutus est, talemque et tam intrepidum virum egit, ut Pontifex de eo augendo honoribusque cumulando iam tum cogitaret. Quare cum Romam ex Lusitania Io. Andreas rediret, a. D. 1578 idem Pontifex, dum Io. Andreas in itinere ipso esset, nuntium Ap. cum auctoritate legati de latere ad Stephanum Bathoreum Regem Poloniae declaravit[20]. Erat illa legatio admodum implicata et in primis difficilis propter interregni discordias haereticorumque potentiam atque audaciam, praeterquam quod longe gentium aberat et inter barbaras ferasque nationes nuntio versandum erat. Nihilominus tamen Io. Andreas Summi Dei praesidio fultus, integritate ac vigilantia sua comitatus, onus tam grave non recusavit eoque statim profectus est, atque ita se gessit, ut brevi tempore difficultates omnes superaverit Regisque et regiae aulae gratiam sibi potissimum conciliaverit. Qua gratia suffultus Sedisque Ap. honori penitus affixus, et deformatum magna ex parte clerum et collapsam disciplinam ecclesiasticam ad sacros canones et ad praescriptum SS. patrum restituit, et haereticorum conversioni ad fidem catholicam usque adeo sedulo vacavit, ut ex plebe greges propemodum et ex nobilitate tam viri principes, quam mulieres primariae abiurata haeresi, ad fidem catholicam quotidie reverterentur. Et cum bonis artibus Io. Andreas sese prorsus in gratiam et familiaritatem sapientissimi Regis insinuasset, facili negotio animum Regis ad meliora propensum, ad restitutionem ecclesiarum collapsarum, ad fundationem collegiorum Societatis Iesu, in quibus iuventus ad pietatem erudiretur, et ad aliorum monasteriorum et locorum piorum instaurationem inflexit, quae eo brevi progressa est, ut vix Stephani Regnum a Regno superiorum Regum internosceretur: tanta erat vel haereticorum conversio, vel ecclesiarum et cler. instauratio, et bonorum morum et studiorum quasi quaedam opulentissima messis. Quare factum est, ut cum Rex Stephanus bellum M. Duci Moscorum, insolentius sese iactanti, intulisset, illum ipsum Moscum de finibus Lithuaniae deturbaverit et in inti-

29. [20] *D. 28 Decembris 1577, Caligarius autem exeunte m. Ianuario 1578 Romam venit.*

mam Moscoviam compulerit, receptisque arcibus et provinciis, quae superiorum Regum tempore amissae fuerant, cumulatis victoriis et ingenti parta belli gloria eidem Mosco, pacem humiliter petenti, eas condiciones imposuerit, quae et Regno Poloniae Lithuaniaeque tutissimae essent, et sibi nominique regio honorificentissimae.

Dumque mire Io. Andreas propterea Pontifici gratus factus esset, illo insciente, Pontifex ipsa die 14 Octobris 1579, quae erat natalis eiusdem Io. Andreae, eumdem absentem et eius rei prorsus ignarum, ep-pum ecclesiae Bertinorii dedit[21]. Cumque in eodem Regno et in ecclesia Varsaviensi Io. Andreas munus consecrationis reciperet, ut de more, praesente Rege, Regina et omnibus proceribus Regni, Stanislaus Socolovius, theologus et concionator eiusdem Stephani Regis, luculentam orationem coram Rege et Regina et cunctis proceribus Regni, qui ad comitia convenerant, de consecratione ep-pi habuit, quae typis excussa, propter argumenti novitatem elegantiamque usque adeo placuit viris doctis et catholicis, ut Cracoviae primum, deinde Wratislaviae, tum Bononiae et postremo Romae et aliis in locis evulgata fuerit, non sine perhonorifica testificatione laborum eiusdem Io. Andreae[22].

Hac Polonica legatione confecta cum Io. Andreas, iam ep-pus Bertinorii, Romam revertisset, idem Pontifex Gregorius XIII eumdem Io. Andream, ep-pum Bertinoriensem, ad Carolum archiducem Austriae cum facultate legati de latere pari modo nuntium misit[23]. Ea in legatione cum visitationi et reformationi ecclesiarum et cleri serio incumberet, Omnipotente Deo benefaciente, archiducis gratiam amoremque conciliavit et magnum haereticorum numerum ad fidem religionemque catholicam convertit. Grassante vero pestilentia in Stiria, Gretio excedere coactus, Goritiam in Italia et in ditione eiusdem archiducis Caroli concessit. Cumque ex eo loco per litteras archiduci persuasisset, ut facile pateretur novas ep-porum sedes et ecclesias ad convertendos haereticos in eius ditione et patriarchatu Aquiliensi fundari et institui, summo labore summaque diligentia sex ep-patus de novo erigi posse demonstravit, reperta unicuique satis opulenta dote pro ep-po, pro capitulo et canonicis et ceteris ecclesiae ministris. Et cum res eo deducta esset, ut statim confici posset, senatus Venetorum rem totam disturbavit.

Eo labore irrito ep-pus Bertinorii Romam reversus est, ex qua urbe cum paullo post domum rediisset, honorificentissimis verbis a Sixto V Pontifice M. Romam evocatus est, nempe ut praetermissis omnibus aliis secretariis, qui plures erant, in rebus maximis et gravissimis ep-po Berti-

---

29. [21] *Vid. sup. N. 166 adn. 1.* [22] *Vid. sup. N. 192 et N. 229 adn. 2.*

[23] *Quid Caligarius in hac legatione sua (1584—1587) egerit, vid. Nuntiaturberichte aus Deutschland II Abth. I II. (Append.). ed. Rob. Reichenberger (Quellen und Forschungen der Görres-Gesellschaft Vol. X) a. 1905.*

norii solo secretario uteretur[24]. Quare cum Romam rursus rediisset, et Sixto V et tribus aliis Romanis Pontificibus, Urbano VII, Gregorio XIV, Innocentio IX, in arcanis et gravioribus rebus fidelem operam navavit, Clementi vero VIII per annum fere eodem in munere secretarii intimi se probavit, nempe quousque idem Pontifex Clemens VIII et Petrum Aldobrandinum fratris filium et Cinthium sororis filium in secretarios intimos sibi assumpsit, quos ambos haud ita multo post ad cardinalatus dignitatem evexit[25].

Ab eo tempore, qui fuit annus 1593, usque in praesentem diem idem Io. Andreas ep-pus in sua cathedrali ecclesia Bertinorii moram traxit, ubi minime otio se dedit, sed recognitis acceptisque sua pecunia ecclesiae suae bonis, et ecclesiam novam eleganti forma a fundamentis erexit, et palatium ep-pale longe amplissimum et honorificentissimum in ruinis arcis Bertinorii de licentia Summorum Pontificum Gregorii XIII[26] et Clementis VIII excitavit, cui quidem arci ex munere S-mi Romani Pontificis Pauli V insignis campana aenea addita est, ad terrendos perduelles et grassatores, et ad cives in officio continendos.

Dumque idem ep-pus Bertinorii resideret, a. 1597 mortuo Alphonso II Atestino, Ferrariae duce, et eo ducatu ad Romanam ecclesiam devoluto, cum arma movenda essent a S. Romana ecclesia contra eos, qui eidem ducatui Ferrariae incumbebant, ea in expeditione ep-pus Bertinorii a latere Cardinalis Aldobrandini, totius illius exercitus legati, nunquam discessit, bisque eo in bello in periculum vitae incidit. Exstant litterae Card. Cinthii tam suo, quam Pontificis nomine gratulantis, tam pro defunctis periculis, quam pro parta Ferrariensi victoria. Eae ipsae litterae totidem verbis hic describuntur[27] — — —

Et cum a male moratis et discolis Bertinoriensibus variis calumniis petitus esset, illis omnibus facile confutatis et repudiatis, ex toto corde et ex tota mente sua ecclesiae suae vacare perrexit illamque ipsam in capite et in membris colere et ornare contendens, illud ipsum magni solatii loco ducens, si honoris et decoris illius causa vel maximos et cum viris principibus labores et contentiones subiisset. Subsicivis autem horis et post peractas functiones ep-pales, ad ea etiam studia recolenda, quibus ab adolescentia deditus fuisset, saepius relabebatur. Laboriosum in primis atque

29. [24] *Revera apud iuvenem Card nepotem Alexandrum Perettum de Montalto, qui negotia secretariatus dirigebat, munere secretarii domestici fungebatur.*

[25] *D. 17 Septembris 1593.*

[26] *Gregorius XIII P. M. Caligario d. d. Romae 19 Septembris 1584:* Concessio arcis Brittonoriensis (Brisighella, Cod. »Bracchini« f. 153 *cop.*).

[27] *Sequuntur tria exempla epistolarum Card. S. Georgii (Cinthii Ald.) d. d. Romae 23 Ianuarii et 15 Martii 1598. Caput hoc, quod verbo* Exstant *incipit, unacum exemplis epistolarum in cod.* »Bracchini« *obsignatum, ut omitteretur, in Commentario Saletti revera omissum est. Hoc loco unico in Vita Caligarii epistolae integrae proferuntur.*

arduum opus aggresus est, quod de legatis et legationibus Ap. inscripsit atque illud ipsum non instrenue inchoatum prae manibus habet, et si ad colophonem perduxerit, iunioribus praelatis, qui Romae ad capessendam rempublicam ecclesiasticam maxime vacant, magnas afferet utilitates, et rationibus ipsis Romanae Sedis Ap., cui Io. Andreas ep-pus mirum in modum deditus semper et affixus fuit, non nihil conducet[28]. Scripsit variis temporibus cum Latine, tum Italice epistolarum volumina complura, in quibus utramque rationem mire complexus est sive legationum Ap. pro dignitate apud exteras nationes obeundarum, sive ecclesiarum rite atque ordinate ex SS. patrum regulis regendarum; nonnulla etiam sibi privatim adnotavit ad eorum maxime vitam excolendam, qui in aulis Regum vivunt; ea si recognoscere poterit, haud ingrata erunt iis maxime, qui politiores litteras atque artes in aula Romana sequuntur[29].

29. [28] *Opus hoc nos latet. De studiis litterariis Caligarii vid. eius Vitam in Praefatione.*

[29] *Hic explicit Vita Caligarii in cod.* »Bracchini«, *incipit autem additamentum (Italice exaratum) in Commentario Saletti.*

Index rerum et personarum.

In hoc indice notantur numeri epistolarum et actorum. Littera A numero praeposita Appendicem, numeri fractionum numeris cardinalibus additi adnotationes, numeri Romani praefationem, Arabici uncis inclusi paginam indicant.

GTU Library
2400 Ridge Road
Berkeley, CA 94709
For renewals call (510) 649-2500
All items are subject to recall.